A. franc ab .... Reg
..... Cuaso ...

PARS OCCIDENTALIS IN ACCOMMODAS HISCE TEMPORIBVS EVANGELIORVM

Quadragesimalium expositiones,

A DOMINICA SEPTVAGESIMAE,

vsq; ad feriam secundam Resurrectionis.

Ad hæc septem sermones beatæ Mariæ sub hoc, Beatus venter qui te portauit. pro diebus sabbatinis: & Passio compassionis Christi,

Per F. FRANCISCVM ab OSSVNA Bethicum in lucem prodita.

ACCESSIT INDEX LOCVPLETISSIMVS.



VENETIIS,

Apud Io. Antonium Bertanum. M D LXXXIII.

IN CHRISTO SIBI CHARISSIMO PATRI REVERENDO, F. FRANCISCO DE OSSVNA,

SACERDOTI, CONCIONAtori egregio, & confessori ordinis Minorum regularis obseruantiæ:

Frater Matthias Vuessen eiusdem ordinis Commissarius generalis Cismontanus, in filio virginis omnimodam salutem.

CVM ex officio, & cura paternali nobis iniuncta non minus teneamur dyscolos punire quàm bonos promouere, & in lege diuina cautum sit, ne quis alliget hos boui trituranti, id est doctori scribenti & concionanti: hinc est, ꝙ cùm te nouerim cõcinnasse perutilem sermonum cursum, quem ego vidi, ac placuit oculis intellectus mei, pro quo in lucem edendo iam (vt inspexi) habes testimonium inquisitorum patriæ tuæ, volentium

vt impressioni mandetur, quibus denique volens ego addere vel cubitum vnum prę cipio, vt excudatur. Tibique facultatem libens annuo, vt possis adire loca impressionum, ibique (si opus fuerit) moram trahere donec opera imprimantur. Et omnes qui tibi fauorem præstiterint, sciant se mihi rem gratissimam facturos, & omnibus concionatoribus, ac lectoribus. nec enim hic liber minus vtilis erit Latinis, quã alij sex, quos vernaculo idiomate Hispanis tuis edidisti, quos (vt noui) libros concionatores Hispani populis ingerunt. Vale igitur & ora pro me. Datum in nostro maiori conuentu Tholosano tempore Capituli generalis inibi celebrati, Anno Domini 1532. Die verò Pentecostes.

Frater Matthias, qui sua manu propria.

INDEX RERVM MEMORABILIVM, QVAE IN HOC OPERE CONTINENTVR,

secundum ordinem literarum.

A

Hora

I

L

Maior

M

FINIS.

PARS OCCIDENTALIS IN EVANGELIORVM QVADRAGESIMALIVM EXPOSITIONES,

Incipiens à dominica Septuageſimæ vſque ad feriam ſecundam Reſurrectionis,

PER F. FRANCISCVM AB OSSVNA Bethicum in lucem prodita.

Sermo primus Anagogicus, de uinea diuina.

THEMA.

Exiit primo mane conducere operarios in uineam ſuam. Matth. 20.

IN ILLO *tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: Simile eſt regnum cœlorum homini patrifamil. qui exit primo mane conducere operarios in vineam ſuam, &c.*

Inuocatio ad virginem, quam Dominus fecit vineam communem.

INTER leges antiquas Dei præcipitur, ꝙ eiiciatur à prælio platãs vineã, Si non prius fecerit eã cõem, qua veſci omnib. liceat: & quãuis hæc digna conſtitutio literaliter non multi ponderis videatur: ſpiritualis eius ſenſus ſatisfaciet omnium mẽtibus, quoniam Dei filius eſt egreſſus ad pugnam quãdo in Caluario monte

Deutero. 20.

Maria eſt uinea cõmunis.

principem mundi huius debellauit, illo bello de quo dicitur: Obumbrasti (ò pater) super caput meum in die belli quando tenebræ factæ sunt super vniuersam terram usque ad horam nonam, quando etiam lapides adinuicem pugnantes scindebantur, & orbis terrarum pugnabat pro eo contra insentatos. Iste noster propugnator ad saluandum tunc recordatus est quòd plãtauerat vineam, quæ est Maria mater eius: & plantauit eam quando factus est eius vitis vera, ut nos homines palmites Christi esse possemus. unde ei ait, Ego te plantaui (non Ioseph) vineam electam, hanc non fecerat communem, scilicet matrem, & antequam finiretur bellum impleta est pxophetia illa qua dicitur, uocauit vir (scilicet Christus) amicũ suum (Ioanne) subter uineam suam, quãdo ait: Ecce mater tua. Hic est uinitor qui ait die ac nocte seruo eam, indignatio nõ est mihi. Die resurrectionis, & nocte passionis: Ioannes Mariam seruauit vtrumque participãs, Sed fortè dices & bene. Si hæc vinea communis facta est ad quam licitum fuit imò & est etiam negantes Christum confugere quid opus est ut vinitorem nec custode habeat? hic custos non est ei datus vt arceat accendentes sed ut ducat etiã nolẽtes & ideo ait, Indignatio nõ est mihi, nisi (supple) cum non colligentibus racemos gratiæ suæ, & ideo clamo, ite & uos in uineam meam quòd si inuitamur fratres genibus flexis eamus ad eam & cito edemus de bonis fructibus gratiæ illius si pro deuoto pretio ei offeramus, Aue.

Iere. 2. / Mich. 4. / Esa. 27.

Argumentum super totum Euangelium.

Expositio literæ.

COmpertum habetis ex Euangelio, qualiter paterfami. exiit operarios summo mane conducere, & cum inuentis hora tertia non fecit cõuentionem, quoniam ipse plus ei dare disposuerat, quàm ipsi sperare ut ait Chrisost. In hoc nostri temporis agricolas redarguens cupidiores Manasse qui instãs messoribus obiit & tamen perfecto opere merces non solùm vsque mane contra Dei præceptũ, sed ferè semper manet cũ eis: uel in-

Agricolarum tenacitas. / Iudith. 8.

vel in ordei modio ſeu alterius rei promiſſione ſolui-
tur pro futuro quod ſtatim dari debuerat. Egreſſus eſt
etiam circa ſextam & nonam horam ſimiliter. vbi no-
ta, quòd tunc temporis horologium ſummo mane pri
mam aſſignabat horam, & deinceps taliter procedebat:
quod in ſero duodecimam, daret : vnde finis diei erat
circa vndecimam horã, qua increpat tota die ocioſos
exiſtentes in foro vt panes uenales: tamen ipſi manſue-
ti reſpondent, quia nemo eos conduxerit. Omnibus igi
tur ad uineã miſſis cum iam ſero eſſet factum, labore
finito vocantur ad præmiũ: quia hoc intereſt inter Dei
& dæmonis conductionem. Deus prius laborem expe-
tit quam det mercedem, quia ſcriptum eſt, Cum dede
rit dilectis ſuis ſomnum, ecce hæreditas. Sed mundus
aut dæmon nunc præmiant ſuos & coronant roſis an-
tequam marceſcant, in inferno autem ſuccenſos, cõcre
mabunt vſque ad infermi nouiſſima, quę nulla erũt: Cũ Deu. 32.
ergo contra morẽ Dei Lucifer mane oriens præmium
aſcenſionis ſuæ poſtulaſſet, ad ponẽdum ſolium ſuper
aſtra Dei, miſſus eſt tanquam fulgur ex cœlo: eo
quod ante laborẽ præmium efflagitauerit. Non enim
dum viatores exiſtimus, aliud petere oportet, niſi uictũ
gratiæ denarium gloriæ in poſterum reſeruantes. Iam
ergo vocatis operariis, prępoſtero ordine datur dena-
rius, ſed hoc cæteri diligentius intuentes, plus ſe acce-
pturos arbitrari ſunt, & ipſi nouiſſimi præ gaudio non
credebanr, donec tantum nummum attentius contem
plati ſunt: & primi aiunt, Si per patres proportionales
creſcit præmium, nos uel talentum accepturi ſumus.
Sed acceperunt & ipſi ſingulos denarios, tamen mur-
murantes conqueſti audiunt, Vilis eſt veſtra condictio
& oculus nequam, meæ ſunt pecuniæ, & certè licet mi-
hi quod volo facere, mercenarius huc conductus es tu
non iudex, tollat quiſque ſuum & vadat: Nec ſcãdalum
ex mea bonitate accipiat. Cõcludit ſaluator, quod hęc
parabola adducta ſit vt oſtẽdat qualiter Deus pręmiat
nouiſſimos prius, ſed quoniã ex parte ſua multos uo-

cat,& pauci ex nostra ueniunt operarii, subiungit: Multi sunt vocati pauci verò electi, vnde non ex toto quadrat parabola, quia iste paterfamilias omnes qui erant in foro adduxit, & omnes accipiunt denarium,& quanuis Deus velit omnes homines saluos fieri, pauci sunt electi, omnes tamen electi sunt operarii in uinea dominica de qua ad præsens erit sermo, cuius prima pars de uinea, secūda antem de operatione in ea exercenda.

Diuisio. SIcut sacra scriptura congregationes aquarum uocat maria, sic congregationes creaturarum rationalium uocat vineas, unde si à nouissimis incipiam, infernalis illa turba dicitur vinea ibi, vinea Sodomorum, vinea eorum, quia sicut super Sodomā deus pluit super eos sulphur, & ignem, unde alibi dicitur; Occidit grandine uineas eorum ne, scilicet, possint afferre fructum, quia occisus non fructificat. His euenit nox, qua nemo poterit operari, uenit inquam eis nox, quia tota die ociosi steterunt. Item totus hic mundus uinea dicitur. Sed Naboth qui pro sua lapidatus est uinea, quoniā tot bella, tot rixæ imperatoris & omnium aliorum quis dubitet esse nisi pro nobis mundi. Rex Achab occidit Naboth ac possedit uineam eius ut faceret hortum sibi & sic fit quotidie quia mortibus frequenter obeunt etiam reges pro nobis suis, & ut plurimum regnauit mors ab Adam & etiam usque in seculum rapinam machinans, vnde ait Dominus, Vineas amantissimas plantabilis,& non bibetis uinum earum, quia cognoui scelera uestra & fortia peccata uestra, hostes iusti, & pauperes deprædantes & deprimentes in porta. In porta uinæ deprimuntur pauperes immo diuites à ditioribus. Dicitur etiam uinea ecclesiæ & domini sabaoth,& religiones. Cant. 2. Vinæ florentes dederunt odorem suum. Et etiam illa felix congregatio beatorum dicitur uinea ibi. De fructu manuum suarū plantauit uineam, scilicet sapientia incarnata. Filius Dei qui adhuc manibus defert signa laboris sui, quem suscepit plantando uineam paradisi, quam lucifer dissiparat.

Margin notes: Prima pars. Deu. 32. — 3. Re. 21. — multiplex uinea. — Amos. 5. — Esa. 5. — Canti. 7. — Prou. 31.

ſiparat. Suprema verò vinea dicitur Dei eſſentia, de qua nunc amplius eſt dicendum, quoniam illa ſuperna Ieruſalem ſicut non eget ſole neque luna, ſic nec vlla re, nec aliunde defertur illuc vinum, de quo dicitur, Illud bibam vobiſcum nouum in regno patris mei. Vitis hæc quæ eſt Dei eſſentia nunquam marceſcit, ſemper vireſcit, ſemper dicitur habere non ſolum racemos ſed vinum & nouum quod non veteraſcit, & conditum ſponſæ, hoc beatos non ſolum potat, ſed inebriat, unde Dauid in Pſalmo ait, Inebriatbuntur ab vbertate domus tuæ, & torrẽte voluptatis tuę potabis eos. In vino materiali eſt luxuria, ſed hoc vinum diuinæ fruitionis germinat virgines, & lætificat cor hominis in æternum ne iam triſtetur amplius, ſed obliuiſcatur malorũ mundi. De hac etiam vinea poteſt intelligi illud pincernæ regis, Videbam coram me vitem, in qua erant tres propagines, creſcere paulatim in gemmas, & poſt flores vuas matureſcere, calicemq; Pharaonis in manu mea. Hoc ſomnium boni nuntii fuit, & reſtitutionis gloriæ, vnde quia ſancti ſunt regiæ maieſtati aſſiſtẽtes, totam ſuam gloriam exprimunt, in eo quod dicunt eſſe vitẽ notam coram ſe, ex quo tota eorũ pendet felicitas, non tamen felicitas Dei ſtat in hoc quod eos coram ſe habeat, ſed ſeipſum, vnde ait in Canticis, Vinea mea coram me eſt. vinea mea eſſentia mea quia nihil magis quam ego ipſe quam quod intra me eſt quanuis omnia mea ſint, & eſt corã me quãuis omnia nuda & aperta ſint meis ocu lis, tamen magis mea eſſentia eſt corã me, cũ ipſa ſit ratio vt oĩa alia ſint corã me, & ẽ corã me, quia me totũ feliciter in ſua cõtemplatione occupatũ tenet, vñ obiectum & tota gloria Dei eſt ſua eſſentia, & hanc eſſe corã ſanctis omnibus eſt gloria eorũ. Dicitur habere tres propagines, hoc eſt tria attributa præcipua videlicet poteſtatem, ſapientiam, & bonitatem, quæ creſcunt quo ad notitiam noſtram per gradus, primo in gemmas, ſecundo flores, tertio vuas maturas, & vltimo datur in gloria calix in manu noſtra, id eſt, menſura fruitionis

Mat. 26.

Vinea ẽ eſſentia Dei.

Ge. 40.

Attributa creſcunt.

in poteſtate, in lege naturæ creuit potẽtia: in lege ſcri-
2.d.1.q.7 pta creuit ſapientia, in lege gratiæ creuit bonitas. Iã er-
go cognita uinea paterfamilias totius entis (a quo om-
nis paternitas in cœlo & in terra) exiit primo mane &
operarios uocat cæteris meliores, pro quo notandum
quod generatio uerbi dicitur dictio uerbi, ſecundum
Scotum; quia pater dicit uerbum, & hoc dicere eſt uo-
care uerbum, non aliunde ſed a ſe. vnde quia ſemel lo-
cutus eſt Deus: hanc locutionem dicimus uerbi gene-
Eſa.49. rationem, & dictionem & uocationem de qua uocatio
ne ait ipſe filius, Dominus ab utero uocauit me: & pa-
ter ad hoc etiam ſimiliter ait. Ex utero ante Lucife-
rum genui te. Primo ergo mane uocatur filius Dei ex
amplo foro fœcunditatis paternæ, quia in principio
erat verbum: ſed non ſolus vocatur, quia ſpiritusſan-
ctus etiam huius uineæ, id eſt, eſſentiæ operarius eſt
& ipſe pater, quia in Euangelio reperio: Pater meus uſ
Operarii ſũt filius & ſpiritusſanctus. que modo operatur & ego operor. Hic non fit men-
tio de ſpiritu ſancto, tamen quia non diſcrepat ab illis
ſubintelligendus eſt. Tota ergo trinitas operatur circa
eandem eſſentiam. tamen principalis authoritas reſi-
det in patre, à quo omnium familia rerum procedit.
Hæc operatio ſeu negotiatio non eſt laborioſa ſed fe-
liciſſima & glorioſa: quia in diuinæ eſſentiæ contem-
platione beatificantur pater, & filius, & ſpiritusſan-
ctus. Iam ergo primos operarios a patre uocatos di-
cimus filium & ſpiritumſanctum, quos nullo modo in
uenit pater ocioſos. Nonnulli enim philoſophi cona-
ti ſunt dicere mundum ab æterno fuiſſe, ne Deus ſine
eo eſſet ocioſus, ignorantes hanc deificam operationẽ
quam diximus, in qua pater filio dat denarium deita-
tis: & filius, & pater hunc tribuunt ſpirituiſancto. dei-
tas dicitur denarius ob id quia omnia continet: habens
enim denarios omnia uirtualiter dicitur habere, & dei
tas omnia eminentiſſime continet. Dicitur etiam diur-
nus reſpectu illius diei, de quo dicitur, melior eſt dies
una in atriis tuis ſuper milia. Notandum tamen ꝙ hic

de-

denarius oẽs operarios occupat, differenter tamen & multum differenter: quia & pater, & filius & spiritussanctus hunc gloriæ denarium identicæ habent, cæteri autem obiectiue, Et quod filius hoc habet patet, quia ipse ait, Quod dedit mihi pater maius omnibus est. Viso ergo quomodo diuinæ personæ operantur erga essentiam uidendo & amando, intelligendo & fruendo eam: nunc de secunda vocatione notandum quod dicitur esse circa horam tertiam quando scilicet angelos creauit, conduxit ad fruendum sua essentia. quod etiã dicitur voluntatis operatio super cognitionem ipsius essentiæ: & dicitur tertia hora, quia tertio modo Deum viderunt statim quo creati sunt: vbi nota, quod primus modus cognitionis diuinæ est infinitus, apertus & distinctus. Secundus non est infinitus, sed apertus & distinctus. Tertius est nec infinitus, nec apertus, sed distinctus. Quartus est nec infinitus, nec apertus, nec distinctus, sed certissimus. Primus ad diuinas personas solummodo pertinet: secundus ad Christi animam: tertius ad angelos statim quando creati sunt: quartus nunc ad nos qui habemus cognitionem certissimam Dei minorem. quam angeli tunc habuerunt qui hora tertia dicuntur facti & uocati: quia triplici consistunt ierarchia, & in qualibet triplex est ordo, & in eis multum refulgent illa attributa præcipua, quæ propagines dicta sunt, potentia in multitudine eorum: sapientia in ordine, bonitas in gloria. Hi dicuntur stantes in foro libertatis suæ, quia cum malis non ceciderunt: qui nunquam decreuerunt stare in foro Dei, sed in seipsis per superbiam & propriam reputationem. De horum uocatione dicitur, stellæ dederunt lumen in custodiis suis & lætatæ sunt. uocatæ sunt, & dixerunt. Adsumus, & luxerunt ei cum iocunditate qui fecit illas, sed quia angeli tertia hora sunt uocati, & hi dicuntur ociosi in Euangelio: quærendum est cur sint ociosi, cũ velocius operentur, ut ait Bernardus. ociosum est ad uitandum ocium ociosa sectari, pro quo nimis notandum

Hora tertia angeli uocantur.

Baruc. 3.

Cognitio Dei quadrupes.

dum/eſt. quod quidam doctores dixerunt, quod omne opus infidelium peccatum ſit, etiam datio eleemoſynæ ſeu parentum honor,& fundantur in hoc quod ſine fide impoſſibile eſt placere Deo ſecundum Paulum, qui alibi ait: Quod non eſt ex fide, peccatum eſt. Cum ergo tale opus careat circunſtantia ultimi finis quæ ſecundum Ocham requiritur ad actum moraliter bonum, ſequi uidetur quod quilibet actus qui à fide non dirigitur,ſit intrinſece malus. Alii tamen dicunt,quod datur actus medius qui nec eſt bonus nec malus ſed indifferens: & tales ſunt uirtutes infidelium & omnium mere naturaliter ſe habentiũ, ſcilicet philoſophorum & gentilium immo & angelorum (ſi daretur) vnde quælibet creatura quanuis moraliter bona. dicitur ocioſa ſi non conducitur a Deo: ſi ei non dirigit actus ſuos qui ſolus dat perenne præmium. Si iuſtitiæ fidelium dicuntur pannus menſtruatæ, iuſtitiæ carentium fide rationabiliter dicuntur ocioſæ tamen ſtãt in foro,id eſt aliquo modo parati qui bene operantur ut conducantur a Deo. Nec parum eſt eſſe in foro, tamen ſunt ocioſi,qui Deo non ſeruiunt, quia cæteram uanitatem generat & euaneſcit. Hanc operum ocioſitatem denotat Paulus dicens, quod ſi dempta charitate dedero corpus meum ita ut ardeam nihil mihi prodeſt. Et etiam ipſi operarii dum dicunt,quia nemo nos conduxit, ubi datur intelligi, quod in illo foro non erat alius qui conduceret niſi paterfamilias Deus. Videte ergo ne opera ueſtra ocioſa ſint ne ob uſum tantum operemini,ut uetula Effraim. Sexta autem hora, exiit quando hominem ſexto die creauit in campo Damaſceno Deus, quem tulit in paradiſum uoluptatis ut operaretur & cuſtodiret illum. Ecce recentem operarium qui nec ſolum operari debuit manualiter ut Aſſuerus in horto manu regia conſito ad ſpatiandum hoc enim parum era :ſed ibi Adam operarius eſt poſitus,ut operaretur cibum qui nõ perit & ut amplius cognoſceret Deum, & cognoſcendo amaret & amando

Ocioſa eſt quælibet creatura.

Sexta hora Adam uocatur.

poſſi-

possideret: unde ibi propheta, Et ebrius factus est primus homo quando uigilans a bono vino ait. Hoc nunc os ex ossibus meis & caro de carne mea. Quæ de Christo & ecclesia secundum Apostolum ueniunt intelligenda. Sed notandum quod hæc sexta hora est meridies quo ad nos; in qua sol manet in culmine cœli ubi datur intelligi hominis primi altitudo in scientia & amore qui erat in culmine gratiæ & amoris ac iustitiæ originalis & cæterarum creaturarum, sicut sol in meridie est in culmine cœli, vbi magis lucet & ardet; sed sicut inde sol declinat ad occidentem, sic homo cum in honore esset non intellexit. &c. Ergo qui se existimat stare, videat ne cadat, si tamen ceciderit iterum vocatur: sicut & Adam cui dicitur. Adam Adam vbi es? Nona hora vocatur Hebræorum populus, quia de A- Nona hora.
braham dicitur: Vocauit ab oriente iustum vt sequeretur se. Ab oriente quia ortus est Deus animæ suæ: vt à patre suo infideli recederet. Et dicuntur nona hora vocati: quia nouenarium imperfectionem denotat, nam decimum damus Deo in decimando, qui numerus est perfectus manente apud nos nouenario, id est imperfectione. Quando in te aliquod bonum vides, tunc id Deo appropriare debes a quo omne bonum, qui solus est bonus. Si autem malum vides dic, iniquitas mea ex me, & tunc spiritualiter decimam das omnium quæ possides. Nona ergo hora denotat id quod ait Deus Decimatio bona
de Hebræis: Dedi eis præcepta non bona, quæ faciens homo viuet in eis. Non fuerũt tantũ bona sicut nostra, tamen ea faciens, vtcunque vixit in eis quanuis laboriosè: Vndecima hora quando venit plenitudo temporis ecclesia ex gẽtibus vocatur qui tota die ociosi steterũt sub quibus & nos sumus qui quotidie vocamur & acrius quia vocãs ait: Quid statis hic tota die ociosi? nõ Ezec. 20 Vndecima hora
est nobis nũc Euangelii respõsum quia multi nos cõducunt etiã nũc scilicet ipse Deus intus & angelus comes & predicator, & ipse conscientiæ stimulus, & sacra scriptura, & exemplum meliorum, & opportunitas: & mala

cuncta

cuncta quæ patimur,nos ad Deum ire cōpellunt. Tamē adhuc ociosi sumus, nec in labore hominum uolumus esse,ut ait Dauid, sed animalium quia in India sunt formicæ aurum congregantes cum quibus laborant auari superbi autem cum leonibus & feris feriendo, luxuriosi, cum porcis in uolutabro luti, ideo cum hominibus non flagellabuntur, sed in inferno cum eis quæ dilexerūt. Nota etiam quod undecimus numerus primo transgreditur decem ideo transgressionem denotat, in qua sumus nos transgressores decalogi, quibus dicitur imminente uespera uitæ, & nocte damnationis æternæ. Quid hic statis tota die ociosi? stamus in foro tanquam operas nostras uendituri, cum potius deberemus non stare, sed currere, nam bene agere est currere quia in epistola inuitamur ad cursum, curramus ergo ut comprehendamus denarium mercedis nostræ. Tamen ò fratres,quia nouissima hora est,acrius instemus operi,ut aliquid mereamur credendum est enim quòd ultimi quanuis pauco tempore multam vim operi dederunt. Sed vis videre quomodo vltima mundi est hora, & quòd nos sumus in quos fines seculorum deuenerunt:vt ait Paulus. Nota quod venit nox qua nemo potest operari:alacritas diei abit,sol occidit,umbra bra regnat,frigus aduenit,& rerū color deperit, tristisque apparet mundi facies. Si oculos mentis leues ad seculum præteritum lucidum & alacre,& nunc uideas vicem versam, diem obiisse iudicabis. Vbi nunc regum iustitia? vbi nunc fœdus nubentium? vbi charitas proximorum? vbi cor vnum & anima vna fratrum? vbi doctorum sanctitas, vbi monachorum humilitas & alienatio eorum quæ sunt mundi? vbi cura pastorum? vbi doctrinæ prædicantium? Prima ergo abierunt.& inclinata est iam dies,aduesperascit,& senescit tempus,& venit finis, & nouissima hora est:& dæmon acrius tentat, quia modicum tempus habet contra nos, & nos minus vt in vinea Domini laboremus. Quid ergo statis hic in loco & tempore laboris ociosi? O sensu paupe-

Vocatio gentium · *Labor uitiorum.* · *Hora ultima est nunc.*

res & sanctitate inopes, quid hic statis ociosi? cũ actitare opus sit victum, & uitã postulare? nudi meritis egressi estis de utero matris uestræ Euę: quoniam parentes nostri uiderunt se esse nudos, & nudos adimiserunt nos: ne reuertamur nudi, quia si nihil intulimus in hunc mundũ, operemur bona, dũ tẽpus habemus, ut egrediamur cum magna substantia. An nescitis ꝙ homo nascit̃ ad laborem manualem, & auis quæ est anima eius, ad uolandum in contemplationem creatur? laborate ergo, ut beati sitis & bene uobis sit, labores manuum uestrarum manducantes. Sed vulgo dicitur, precio ac pecuniis datis brachia sunt fracta adineros pagados bracosque brados: quia dum precio futuri laboris præuenitur operarius, minus laborat Et hoc est etiam verum spiritualiter sicut enim quibus multum debetur & paucum est selutum melius laborant: sic ditiores qui acceperunt mercedem suam hic in bonis fortunæ: non curant de labore bonorum operum. Immo ipso facto dũ ociosi sunt videntur dicere: Nec quicquam quærimus trans Iordanem: quia iam habemus possessionem nostram & cætera. Iordanis dicitur descensio eorum qua descendimus ad mortem. Væ autem diuiti qui cum obierit non sumet omnia nec descendet cum eo gloria domus eius. Diuitibus ergo huius seculi iam Deus soluit, ac dedit pretium laboris sed minime laborant, nec operantur salutem animæ suæ. Sed pauperes quibus parum solutum est. Nam clerici cum sunt in minoribus constituti exiguum possidentes, deuotiores sunt & habere uictum & uestitum pro diuitiis computant: hisque contenti sunt, & orant & in ecclesia, resident choro assistunt ac altaribus deseruiunt. Quando autem crescunt beneficia, tunc multum dormiunt, parum orant, abundant syncopæ, soluẽdarum horarum semper aliquid manet missa rara, uesperæ serotinæ, quotidie sanctæ Claræ recitant matutinale officium ecce quanter beneficia uertuntur isi maleficia, & sic in quolibet statu quia ut plurimum pauperiores amplius sentiunt

Labor noster manis est.

Nu. 23.

quæ

Diutes nolunt laborare.

quæ Dei ſunt,& proximorum anguſtias :ac orant attẽtius & citius obediunt in quocunque. Pecuniæ autem obediunt omnia, & diuites ſcimus ꝙ deuorant pauperes,& domos viduarum. Vnde dicitur in Euangelio, ꝙ inuitati ad nuptias noluerunt venire: abeuntes, alius in villam ſuam,alius ad negociationem ſuam, donec miſſi ſunt ſerui ad vocandum pauperes debiles, & claudos pro implenda domo Dei, & vinea excolenda. nam qui ſero venientibus ac fere nihil laborantibus tantum contulit pretium, credendum eſt quod non excluderet ab opere ſuo debilem uel claudum, qui non quantum ſed quanta mente feceris conſiderat. Vnum autem ſcio, ꝙ ſi laborare nolueris, Deus non ſeruabit te:quoniam & primum hominem tali pacto in paradiſo collocauit ut operaretur, & cuſtodiret illum Deus: alias relicturus eum periculis expoſitum : quia teſte Hieronymo uir ocioſus omnibus telis inimicorum eſt ſignum patens.

De modo laborandi in uinea Domini.

Sermo 2.

SEcundum diuerſitates operariorum, varius operandi modus eſſet aſſignandus, quia primi operarii nõ quomodocunq; ſed infinite operantur alii aũt non ſic nã unuſquiſque pro captu ſuo operatur: ſed aliis dimiſſis, de modernis noſtris agamus, & nunc quæ facieda ſunt nobis in vinea Domini videamus quoniã prius debet putari nam tempus putationis aduenit. Secundo eſt fodienda. Tertio vindemia fiet. Sed fortè ſuſpicaris malum,nec tibi videbitur rationi conſentaneum,quod a Deo aliquid ſit amputandum : nam ſi omnia quæ fecit erant valde bona,& nihil in nobis ſuperfluum inuenimus nec vnum digitum,qualiter ſuperfluitas inuenietur in eo qui cuncta condidit aſtra. Eccleſi.enim ait:Nõ eſt minuere,nec adiicere,nec eſt ĩuenire magnalia Dei. Quamuis hoc ita ſit nota quod dum hæretici aut philoſophi aliqua dicunt abſona de Deo quæ non ſunt in ipſo : ſicut quod neceſſitatur à cauſa ſecũda : vel quod pa

Amputatio Dei.

Eccleſ.18

ter

ter est maior seu antiquior filio hoc & cætera erronea sancti doctores falce linguæ amputant probantes non ita esse,& sic Deus dicit, ꝙ illum elucidandes uitã æter nam habebũt sicut boni operarii quæ est denarius gloriæ. Nec tamen in se eget elucidatione. qui lucem. habitat inaccessibilem, & in eo tenebræ non sunt vllæ: teste Paulo & Ioanne. De his ergo sanctis doctoribus dicitur, Fratres eius dederunt se periculo. & restiterunt aduersariis gentis suæ, vt starent sancta ipsorum & lex, & gloria magna glorificauerunt gentem suam. Hæc dicuntur de fratribus Simeonis, scilicet Petri, qui sunt doctores eius fidem fulcientes, & super petram ab eo positam Ecclesiam fundantes. Hi se dant periculo certando uerbis, & non minori q̃ si gladiis decertarent: nam multi uocantur inuidi, quia tali resistunt: uel inscii, quia tanto Rhetorico in faciem resistere conãtur: tamen ipsi fideles glorificant dum eis fidem illibatam restituunt. Oẽs tamen uiatores putare alio modo debent ipsum Deum, pro quibus attende ꝙ duas habet præcipuas propagines: quo ad nos. s. iustitiam & misericordiam, quia Dauid ait, Duo hæc audiui quia potestas Dei est,& tibi Domine misericordia. Et alibi. Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. Palmitem iustitiæ totaliter amputa, & palmitem misericordiæ scinde,ne longior sit:nam putatores inutilem palmitem totaliter præscindunt, utilem autem per medium mutilant. Cum sit nunc tempus miserendi, iustitia aũt nondũ simul orta sit, quæ nunc in inferno dãnatos cruciat, ꝓ illis videtur hic palmes reseruandus, & ideo putandus, ut faciebat ille qui ait: Manum tuam longe fac à me & tremor tuus nõ me terreat. Et regius propheta Dauid, Domine ne in furore tuo arguas me neque in ira tua corripias me. Sana me domine & miserere mei,quoniam conturbata sunt oĩa osso mea. Ille cuius ossa turbata sunt flagello uirgæ non indiget sed misericordia, quoniam infirmus est. Ideo nec furorem inferni uult, nec iram purgatori, sed gratiæ sanitatem

1.Ma.14.

Iustitia & misericordia.

Iob.13.
Psal.6.

tem optat. Palmitem autem iustitiæ reseruemus ad cõburẽdum damnatos, quia eos plus cruciat iustitia, quã dæmones, nam cum duo sint in peccato scilicet auersio & conuersio: & sic duplex sit pęna scilicet damni & sensus, iustitia Dei maiorem infert quam infernus, ut patet in diuite sitibundo. Hunc autem palmitem amputabis, & recedas ab iniquitate, quoniã Deus, vt ait Augustinus, non est primus vltor q̃ tu sis peccator. Vnde te non peccante amputatus est hic palmes. Dum enim determinas seu statuis apud te recedere ab iniustia, hic iustitiæ palmes recedit, quia Deus iam non recordatur amplius. Secundus autem palmes non uelis esse multum longus, ut arbitrantes se in mortis articulo reperturos misericordiam cum latrone, nam ipse mallem esse discipulum Christi, quàm illum latronem, qui tũc primò cognouit eum. Inscius est qui per uiam per quã non nisi vnus abiit ad cœlum ire cupit, quoniam quando iter non teritur, non est satis securus a perditione: & hinc est quod protensa misericordia multos ad tartara defer, quia filii hominum absque vllo timore perpetrant mala: putans quod vno miserere mei Deus absoluendi sint ab eo. Protensam ergo habent misericordiam, nec mutilant, nec temperant palmitem hunc, qui onerati sceleribus arbitrantur se ad paradisum uocandos. Nam si tu non mitteres in domum tuam iniquum & peruersum, quid putas Deum facturum erga domum cœlestem, de qua dicitur, quod nil coinquinatum intrabit in illam? Non dicas ergo miseratio Domini magna est, peccatorum meorum non recordabitur, quia peccatum sub intuitu misericordiæ diuinę dicitur fieri in spiritumsanctum. Modum ergo putandi hunc palmitem ponit Dauid cum ait secundum translationem Hieronymi ex Hebræo, Spera in domino & fac bonum, peregrinare in terra, & pascere fide, & delectare
Psal. 36. in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Et infrà, tace domino, & expecta eum. Hic Dauid spem aliquo, modo scindit, prima pars deum respicit, qui collationẽ bono-

bonorum faciet. Secunda autem recipientem intuetur qui bonum debet operari, unde ſpes ſine meritis dicitur præſumptio ſpiritus. uult enim Deus ſaltem vna hora vigilari tecum,& laborari (ut ita dicam) quia non niſi operariis qualibuſcunque dat denarium diurnum etiam pro una hora, qua ſuſtines eum, in uinea ſua laborando. Saltem uult quòd ſperes ab eo denarium pro vno ligonis ictu, qui mercedem ſuam promiſit calici aquæ frigidæ. Qui circa undecimam abierunt ad uineā uenerant inter alios accepturi mercedem, omnes rubore perfuſi & verecundia pleni. Alioquin impudentiores erant, o nos miſeros qua frōte, quo au ſu inter martyrum caternas æſtus martyrii ſufferentium, & inter uirginum & confeſſorum agmina pondus diei vitæ huius portantium apparebimus, qui nec ſemel vineam Domini intramus, quid hic ſtamus tota die ocioſi? operemur bonum ut Dauid conſuluit primo in terra peregrinos nos cognoſcendo,& mendicos, ſecundo ut paſcamur fide quæ eſt diuitię Chriſtiani, quoniam triuialis tranſlatio ſic habet, & paſceris in diuitiis eius. Tertiò delectemur ſpiritualiter in domino, tacendo per cōtemplationem ei, tace o anima mea domino taceat cogitatio tua, non murmures aduerſus patremfamilias, quia exiguum laborabis & fere nihil eſt quod petit. Si autem taces per mentis recollectionem dabit tibi petiones cordis tui. Pro uetulis nota exemplum hoc ſi regis filius per tua laſſus tranſiret oſtia, & a te uel vrceum aquę expoſtulaſſet, vel buccellam panis uicinus autem tuus ei hoc præſtaret, te hoc negante, ambolus poſtea euntibus ad curiam, ut apud regem intercederet, quis confidentius eum oraret? quis ſecurius ſpem ſuam ponet in illo? Si negās antea hoc poſtea petat, certè audiet Ite quia hoſpes fui & non collegiſtis me, eſuriens, & non pauiſtis Alio autem dicet, euge ſerue bone, veni benedicte patris mei, intra in gaudium Domini tui, q̄ a gaudium eſt in curia propter te. Ecce qualiter ſpes uel paruis operibus fulcienda eſt, vt congruam miſericordiam

Celum facile acquiritur.

diam habeamus in tempore opportuno, quia beati mi-
fossio est sericordes quoniam misericordiam consequentur.
carnisma De fossione autem uide quòd uitis ipsa non tangi-
cexatio. tur ligone, sed terra in qua est uitis est Deus, qui per gratiam in terreno homine nunc plantari vult, oportet tamen ut terram id est Corpus tuum euoluas ligone pœnitentiæ, de quo in epistola ait Paulus, Castigo corpus meum & in seruitutem redigo ut iumentum præstitum ad animæ seruitium durante uita. Si tantus vir se molitur & castigat, quid opus erit nobis? Si iustus, inquit Sapiens, in terra recipit, quanto magis impius & peccator? Nunc dominatur caro aduersus spiritum, uidens se tribulos & spinas uanitatum concepisse,& despicit animam dominam suam. Nunc caro floret uirore iuuentutis,euolue illam scinde ligone percute glebas vitiorum,ne floreat mundo, sed Deo, dum fossor terram euertit. tota uiriditas ad intus & tota pulchritudo reducitur ad compressionem, quòd etiam tu
Psalmus fac iuxta id Psalmi secundum translationem. Hier. Vol-
36. ue super Domino uiam tuam, & confide in eum, & ipse faciet. Totum quòd lucet mundo, luceat Domino, uolue super eum curam tuam. iam non sit tibi cura carnis in desideriis, sed cura conscientiæ in occulto, conuerte ad te solicitam curam. Via tua sit ad cor tuum, quia scriptum est, quod loquitur pacem his qui conuertuntur ad cor, qui autem conuertuntur ad mũdum, sicut fœnum & herba transeunt, quia transit mũdus & concupiscentia eius. Vnde quò durior est terra, eo minus durat quod nascitur in ea. Irriga ergo te lachrymarum profluuio, ut immarcessibilem fructũ afferre valeas. Discute conscientiam & hæc omnia Deo applica, quia oportet vitem esse radicibus coopertam, & quòd terra ei adhæreat. Felix ille qui cor suũ mollificat affectione munda, & in pectore suo velut lectulũ
Videmia præparat Deo, vt veniat in hortum & vineam suam.
virtutum Quotiens ergo pœnitentiam agis, uineam fodis. Tertiò vindemia fieri debet & fit quando dei perfectiones imitaris,

imitaris.quæ sunt uelut racemi eius, & quanuis ubiq; multæ sunt diffusæ,nunc autem in hoc Euangelio inue nies primo Dei charitatẽ, qui se patremfam. & uocat, nam si Princeps te cognatum nominaret, cito ad eum erigeres amorem, quia benignè te ad suā cognationẽ admittebat.Nunc autem ecce pater tuus Deus ecce pater tuorum, & pater totius familiæ tuæ. Propitius est non solum tibi, sed omnibus tuis.Imitare ergo hoc, Si est pater tuus, esto tu filius eius,unde Cyprianus. Esto tu Dei,& erit tuus Deus. Alioquin audies Deum dicentem.Si ego sum pater,ubi est amor meus?Secunda Dei perfectio est solicitudo uocationum, in qua nobis innuitur imitandus igniculus & stimulus propriæ salutis. Si enim est ei tanta cura de uinea tua,cur tu dormitas, cur tepidus es?utinam frigidus esses aut calidus.Nō uideris occiosus, sed mortuus,ac si aptitudo operationis etiā abesset tibi.Quid enim dominus tuus uult à te,nisi ut diligas eum, & solicitum te præbere Deo tuo? Ecce pater tuus non solum dies,sed horas diei computat, & uidetur ꝙ se affligat pro te, sicut Tobias pro filio suo, & cessas? Solicitus es de prandio, de cœna, de cibo, de uestitu,de omnibus quæ ad rem non pertinent, & Dei obliuisceris?Tertia perfectio est misericordia circa omnes,quia omnes,quos inuenit, uocat ad uineam suam, quod tu poteris imitari, si a te personarum acceptionem abiicias,nam si Deus omnes trahit ad se,& in omnibus non nisi suam imaginē cōsiderat. quid est hoc ꝙ tu hos plus quam illos amplecteris? Maior tamen misericordia fuit circa serotinos, quia quos magis peccare uidemus,amplius oportet flere. Dauid peiorem filium uisceroſius flet, & pro eo mori desiderat. O si, nobis adesset charitas tam præclara quòd pro peccatoribus pati optaremus,ne Deum offenderent, sicut ille qui cupiebat anathema esse à Christo pro fratribus suis. Alia Dei perfectio est correctio errantium, nam oculum neque iaculo rationis fregit. Sunt enim & nunc qui ex alterius bono opere scandalum patiuntur, sicut

Vindemia Virtutum.

Misericordia maiori sui per magis peccantes opus est.

qui ex Dei largitate murmurat cum liceat cuilibet in bono quod vellet facere, nec inuidia fraternæ gratiæ locum habeat apud fideles, qui se hortari debent vt fortior fortius laboret in vinea domini, & maiores maiora petant, & quilibet quod potest capere capiat. Alia perfectio Dei est munificentia, qua remunerat eos qui vna hora fecerunt, ac si per totum diem laborassent, docens nos præmiare seruos nostros non citra sed vltra condignum, ut in præmio etiam eleemosyna inueniatur, quinque ergo perfectiones debes imitari. nam qui non sic vindemiat vineam hanc deificam, ibit ad colligendum labruscas in infernum, vbi est acetum faciens stridorem dentium, & botrus amarissimus ac fel draconem pro vino. Bene autem operantes vinum gloriæ in cœlo bibent, cum beatis ebrijs vino vindemiæ defæcatæ diuinæ fruitionis, quod triplex est pro triplici animæ potẽtia, pro intellectu quam præclarum est, pro voluntate rubeum est atque dulce quasi simile cũ melle, pro memoria verò est speciebus conditum, pro sensibus corporis nostri sunt racemi corpora beatorũ, & præcipuè corpus Christi racemus terræ promissionis inter duos latrones velut sculcas portitores alia tus, qui est tanto pulchrior quanto fœdior pependit in cruce: crudelius q̃ racemus in torculari: vt sapidius esset in cœlo, atque non solũ aspectui, sed omnibus sensibus delectabilis: ita vt hunc racemum angeli videre cupiant, & odorare: vt nos similia faciamus: Hic recipiemus denariũ, q̃ propterea q̃ regis imaginẽ habet & nomẽ, æternæ felicitatis designat præmiũ: in qua imagine summi regis insigniti futuri sunt sancti, qui nomine & imagine regis æterni, fient reges: De primo ergo ait Apost. Nos aũt reuelata facie gloriã domini speculãtes in eandẽ imaginem transformamur. Cui aduenit illud Apoc. Scribã super eũ nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei nouæ Hierusalem, quæ descendit de cœlo à Deo meo & nomen meum nouum. Ecce quomodo asserit Christus, quòd scribet super electos nomen suum,

Vinũ gloriæ triplex. Esa. 25.

Denarius est premium æternũ.

2. Cor. 2. Apoc. 3.

suum.& nomen patris sui, & ciuitatis suæ nauæ. Nam boni operarij nominabūtur à Deo patre dij, & à superna ciuitate Hierusalē dicentur Hierosolymitani id est, pacifici, propter quod filij Dei vocabuntur. Et à Iesu saluatore dicentur saluati, palmæ nanq; in manibus eorū, & nomen Iesus erit scriptum in frontibus suis, vt ostendatur per illud ad victoriæ palmam deuenisse, hic in mundo ad gratiam, & in cœlo ad gloriam, quam mihi & vobis præstare dignetur ille, qui cum p.& s.s.&c.

Tertius dominicæ in Septuagesima sermo spiritualis de vinea conscientiæ.

THEMA.

Exijt primo mane conducere operarios in uineam suam. Matth. 20.

Inuocatio ad Mariam amatricem.

DIcitur in hoc Euangelio, ꝙ satis sit operatio denarium gloriæ recipere, ex denario, inquit cōuenisti mecum. Sed cum alibi dicatur ꝙ operarius dignus sit cibo suo, etiam cū denario cibum expectare licebit; quia nec ipsa gloria sine gratia obtineri contingit, vnde quemadmodum qui dat semen seminanti, & panem ad manducandum præstabit, sic operarios vocans ad vineam, & vinum gratiæ propinabit eis, tamen clauem dedit Mariæ matrisam. quæ ait, introduxit me Rex in cellam vinariam, & ordinauit in me charitatem. Ecce qualiter in manu fœminæ charitas Dei ad nos ordinata est, vbi primò aduerte ꝙ in feruore ampliori necessarior est ordinatior charitatis ordo, vnde postquàm cellam vinariam amoris ardentissimi est ingressa, de ordine charitatis suæ nos alloquitur, sed cum omne ordinatum aptetur ad aliud, ambiguū est, cui ordo iste applicetur, & quem primitus respiciat. Mariæ quidem amor potest ordinari ad Deum, ad se, vel ad

Charitas Mariæ ordinata. Can. 2.

nos, si ordinatur ad Deum super cardines cœli ambulat, si ad se, nunquid poterit deserere dulcedinem suam? Si ad nos, parum habebimus, quia parui sumus, nec digni vt nobis præstet affectum. Sed attende quòd Mariæ amor apprimè ordinatur ad ipsum Deum patrem fam. totius entis, & secudò ordinatur ad se digniorem amari, post omnem puram creaturam, & cum ei præceptū sit, vt diligat nos proximos suos sicut seipsam. grandis nobis erga eam extat fiducia ex hoc ordinatissimo ordine, quem non ex se tanquam ex se, sed ex cella vinaria patrisfamilias accepit, vnde securi de gratia eius impetranda pro præsenti sermone, ad eam genibus flexis eamus dicere, Aue.

Argumentum dicendorum, ubi agitur de uocatione Dei.

IN calce vigesimi primi capituli Matthæi dixerat dominus. In vita æterna erūt primi nouissimi & nouissimi primi. Pro huius sententiæ expositione posuit statim parabolā præsentis Euangelii de patrefami. operarios conducente narra eam quam eadem clausula finiuit, qua fuerat exorsus di sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi. Hanc similitudinem adduxit Christus volens ostendere, quòd Deus in omnes natura beneficus, non cessat variis modis, & variis ætatibus, & temporibus Adæ & Noe & Abrahæ, & Moysi, & Christi inuitare mortales ad cultum iustitiæ, in qua exercitatis, præmium est eadem via æterna, à qua nemo reiicitur si vocatus venit. Hoc præmium non debetur omnino meritis nostris, sed potius beneficentiæ Dei, tamen non contingit sine conatu nostro qnanuis etiam hoc debemus vocanti, quòd ad cultum iustitiæ accedimus perseueranter. Nam qui vocati recusant ire in vineam frustrantur ipsi se prēmio suo Quanquam autem inter sanctos, nec est liuor, nec est murmuratio aduersus Deum, tamen huiusmodi dictis expressit Christus summum honorem datum nouissimis, vt in præmio locum primum sortirentur, quæ dignitas tam insignis est, vt merito quis possit inuidere. Ybi & docuit bonos Iudęos

murmura-

murmuraturos aduersus gentes quod ex pessimis ido latris orti,& à lege Dei prorsus alieni & incircuncisi, subito pares fierant ipsis in euang.gratia,& ad eandem salutem adderentur admissi nullo legis onere grauati, cũ sum ipsi diu uersati in obseruationib.Mosaicis nihilo priores essent quàm Ethnici. qui recenter à uita prorsus impia fuerant admissi ad professionem Euangelii. Sed hæc differentiam non erit in cœlo, nam Chrisost.ait, Sicut in corona nec initium est, nec finis, nisi dum fit, ita inter sanctos cœli nemo nouissimus, nemo dicitur primus, vbi consum̃mata felicitate iunguntur, Plus ergo gentibus condonatur nunc, sed non ideo cõquerantur cum liceat ipsis Iudęis ad eandem felicitatem pertingere. Quod si malint inuidere quam imitari sibi imputent. Qui ergo uocatus fuerit, statim ꝓperet, ut etiam sit electus daus operam, alioquin quan uis multi sint vocati, pauci erunt electi. De uinea humanę conscientia agendum est in sermone, ad quam pa ter Deus operarios destinabit singul.s horis, de quibus fit mentio in Euang perlecto. Prima uinea, consciẽtia nostra est, quia unusquisque intus in anima sua habet uineam suam, ut facilius excoli queat. In nobis est uinea, quanuis non ex nobis sit excolenda, tanquam ex nobis, sed tanquam à Domini spiritu, unde conscientia cuiuslibet Christiani, dicit illud Canti. Vinea fui pacifico. in ea quę habet populos, tradit eam custodibus, uinea conscientiæ stet & uiuat Christo patrifa. de quà familia sequitur in ea. scilicet ecclesia quæ habet popu. collectos & peccatos, qui non dormitat, neque dormit oblitus uineę suę, sed tradit eam custodibus non uastatoribus, aut negligentibus, nel fugientibus lupum, aut simoniacis, sed pacificis custodibus pacificus Christus conscientias nostras tradidit, ne uastare conentur uineam suam, sed pacare. Custodes isti, aut sunt angeli, aut prælati, aut sacerdotes, aut prędicatorés, & nosipsi, quia scriptum est, Fecit Deus hominem, & reliquit eum in manu consilii sui, Contigit enim ut quis

Literalis expositio euangelii vineę.

Canti. 8.

Vinea cõscientię.

ſit cuſtos in alienis vineis, id eſt, conſcientiis, & in ſu
propria, cui maiori cura opus eſt, alioquin dicet. P
ſuerunt me cuſtodem in vineis, vineam meam non c
ſtodiui. Si propriam iſte conſcientiam cuſtodiſſet, alia
non dimitteret diſſipatas, ſed vinea conſcientiæ tali
eſt naturę, q quanuis ab alio non ſeruetur, ſeipſam p
terit cuſtodire, nec enim pacificos paterfam. Chriſtu
ſic conſcientiam tuam prælato tradidit ut ipſa deſit ti
bi, nec abſens ſit, quapropter incipit euangelium. Simi
le eſt regnum cœlorum &c. Chriſtus hic vocatur regni
cœlorum, quia ſicut cœli nunquam deſinunt influer
in agros cultos, & incultos, ſic nec ipſe Chriſtus deeſt
animæ per influentiam gratiarum donec nos ducat vſ
que ad perfectam diem gloriæ, vbi attende ſecundum
Richard. pater noſter Deus tunc exit, quando per inte
nam inſpirationem nobis meliorem vitæ frugem inſpi
rat, eius egreſſio eſt eius inſpiratio. Iteratio egreſſionis
augmentatio eſt participationis immiſſæ, multiplex e
greſſio multiformis, interna manifeſtatio. Diuerſitas
horarum eſt varius gradus profectuum vſque ad ſancti
tatis perfectionem, nam quemadmodum in mundo ex
teriori mane lux primo apparet. Ad tertiam dies iam
incaleſcit, ad ſextam vehemētius æſtuat, ad nonam ſol
inclinatur ad inferiora, caloremque temperat, ad vnde
cimam calor cum luce paulatim deficit. Sic in conſcien
tia ortus primæ lucis eſt illuminatio eorum quæ ad e
mendationem, vitæ pertinent. Exit ergo paterfamilias
Deus ad forum amplum miſericordiæ, vt viſis meritis
filii ſui conducat operarios ſcrutationes videlicet, atq;
ſolicitum examen ad vineam conſcientiæ Chriſtianæ
mittenda primo mane conuerſionis ad ipſum. Hos ope
rarios ad quendam peccatorem mittebat, quando ſub
hac parabola dixit ei, Ego autem plantaui te vineam
electam omne ſemen verum, quomodo ergo conuer
ſa es mihi in prauum vinea aliena? Si laueris te nitro,
& multiplicaueris tibi herbam Borith, maculata es in
iniquitate tua coram me dicit Dominus Deus. Vt nos
prouo-

Diuerſitas horarū diuerſi ꝓfectus

Prima cō ductio ad remorsū pertinet.
Ier. 2.

prouocet Deus ad excolendam vineam conscientię nostrę, dicit se eam in anima nostra plantasse, & pariter omne semen verum, vnde amplius dolet, quia diligimus vanitatem, & quęrimus mendacium. Cum ergo Deus remorsus mittit ad conscientiam humanam, scito iam operarios primos destinasse, vt ex vine alienata fiat vinea Domini, conscientia tua quę mundari non potest nitro, siue Sapone aut Borith, quę est herba fullonis. Quoniam nec tribulationes quas aliquando patiuntur peccantes, nec adulatio humana, nec mors ipsa mundare poterit animam in peccato manentem, per quod alienatur à Deo factore suo. Vnde quid offertis sacrificium eleemosynę frustra? aut ploratis inferni pœnam quam timetis non auferentes malum cogitationum vestrarum, & offensionem peccati ab oculis Dei? Remorsus ergo mortalium peccatorum commissorum quos mittit Deus conscientiam tuā, primi operarii sūt quibus interev vineam ad proprium Domini reducere, eisque conuenit eam Deo restituere per quandam uim, quam etiam regnum patitur cœlorum. Nam hęc vinea, ut dixit Propheta, conuersa est Deo in paruum & ab alienata, quę nisi resipiscat, non erit vinea, nisi qualis illa de qua dicitur. Inuenitque quasi vitem syluestrem, & collegit ex ea colloquintidas agri, quas conscidit in ollam pulmenti, cumque degustassent de coctione, exclamauerunt, dicentes Mors in olla, mors in olla. Quę olla est hęc fratres mei? vbi est mors, nisi conscientia hoīs praui? vbi peccatum mortale demoratur? Huic supponitur ignis concupiscentiæ ut peccatū coctum reddat, quod ignis inferni sperat. De hac vinea soli dęmones vinum mortis bibunt, non Christus qui ait. Ammodo, nō bibam de genimine vitiis huius donec illud bibam nouum in regno Dei, nam Christus semper vult vinum conscię nouum, sicut & Apostoli, de q bus dicebant, Musto pleni sunt isti, vnde ob istud vinum peccati myrrhatum noluit Christus in cruce bibere, quanuis ad mortem usque sitiret. Ergo vinum

4. Reg. 4.

Actu. 1.

conscię oppositum sit vino materiali. nō vetus, sed nuum quia poterit homo renasci etiam senex.

Tertia hora ē emēdatio vitę

Hora tertia iam sol incalescit, ideoque amplius incrementum perfectionis signat, nam tertio est desiderium veri boni, acceptatioque vitæ melioris, in qua e prædicto foro Deus ad conscientiam mittit appetitus efficaces resecandi sarmenta vitiorum, & cauandi cor terrenum atque durum, tolluntque peccatorum occasiones. Nec miremini fratres, q̄ hac hora Christus alios inuenerit ociosos, quos non dedignatur ad laborem vineæ mittere. Nec enim decens fuit ut sutores, aliosue artifices conduceret, sed expeditos, & uti venales existentes in foro, quia nemo se uni ex toto poterit tribuere, quin ab alio se subtrahat, nullusque venit ad terminum ad quem, nisi recedat à termino à quo. Quapropter in Dei seruitio plus quandoque laborant, qui fuerant in seculo dediti ocio, quoniam conuersi sciunt, quod nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus. Relinquite igirur impedimenta seculi, retia & etiā patrem & matrem abnegantes etiam vosmetipsos, vt vineam Domini excolere possitis, etiam toto vitæ huius tempore, quia scriptum est, Sex annis putabis vineam tuam, colligesque fructus eius, septimo autem anno sabbatum erit terræ. Totum tempus sex voluitur diebus, quibus operandum est. Sex etiam sunt ætates mundi, septima in sepulchro, vbi est sabbatum terræ, quoniam requiescit corpus in sua terra, & anima fructus recipiet operum suorum. Vbi non licet iam operari sed expectare octauam Resurrectionem ubi ambo fruentur Deo, tamen signanter nunc amputandi tēpus est, quia in Cant. dicitur, Tempus putationis aduenit, uox turturis audita est in terra nostra, ficus protulit grossos suos, vineæ florentes dederunt odorem suū.

Leui. 25.

Canti. 2.

Cōfessio quals fit

Putatio, est confessio qua fateor me peccasse corde, ore & opere. Vox turturis, planctus dolorosæ contritionis, & gemitus pœnitentis dicentis suam culpam percutiens pectora, non culpans eum qui suggessit,

fit, sed se, nec eum qui opem impendit non occasionē non tempus, non ætatem, non necessitatem, non egestatem, nec infirmitatem aut fragilitatem, sed se solum, exprimens etiam omnes circunstantias quæ sunt, Quid, quando, qualiter, vbi, quotidies, cum quibus, qua intentione, qua voluntate, quo contemptu peccauit. Sequitur, Ficus protulit grossos suos, Grossi sunt primi ficus rariores, quos vberior sequitur fructus, sicut in anima pœnitente sunt spirituales consolationes quas æterna sequitur salus, & tunc vinea florens dat odorem, quia spiritualis affectio exuberat in florem puritatis, quæ dat odorem suum. Vbi nota quòd feruor deuotionis odor est etiam angelis gratus, & Deo, nam panis olet dum calidus est & caro. & oleum & cætera, quoniam deuotio reddit animam odoriferam, sed est alter odor bonæ famæ, de quo se laudat Sapientia dicens. Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris, & flores mei fructus honoris & honestatis. Vinea materialis prius profert florem odoriferum quàm fructum maturum, sed vinea conscientiæ dixit, Fructificaui suauitatem odoris, quia prius dat fructum boni operis q̃ fama sit odorifera, unde rectè subiunxit, Flores mei fructus honoris & honestatis. Signanter dicit, honoris. quia nil est inhonoratius vite infructuosa, nec turpius, quoniam ideo quætitur quid fiet de ligno uitis inter omnia ligna syluarum? O peccator si tam turpis est conscientia tua dum fructum minimè habet, qualis erit dum malos fructus faciet? certē fel draconum vinū eorum & botrus amarissimus. Sed fructus bonorum redolet vt fructus vineæ cuius odor fugat bufones, quia exemplum bonum & fama celebris, peccata etiam aliorum profugat melius quàm prædicatio, quoniam efficacior est vox operis quàm vocis sermonis. Opinio ergo bonæ famæ peccata fugat, sicut malum exemplum peccata nutrit. quoniam de illis præbentibus dicitur. Capite nobis vulpes qui demoliuntur vineas. vulpes aīalia fœtida sunt, designantia malum exēplū, quod

Circūstātię peccatorum.

Ecc. 24. Fama bona.

Canti. 2.

vineas, id est aliorum conscientias demolitur. Sũt enim plurimi vulpes Samsonis ligati caudis igne turpi, quo etiam virides vineę cremantur.

Hora sexta. Sexta hora meridies est, quo vinea gaudet, vbi desiderium contemplationis, & inflammationem affectus mittit in vineam suam Deus operarios altioris exercitii. Vbi vt notat Richardus, quò tardior quis venit minus laborat, nam quantum crescit amor, tantum decrescit & labor, per amorem siquidem fit iugum suaue, & onus leue quod prius uidebatur intolerabile. Ad hos

Ioã. Gorson animæ uites sunt palmites. (vt notat Gerson, qui sexta hora venerunt) pertinet vt per eos vis rationalis fulciatur palo fidei viuæ, ne ad terram, id est terrenam cogitationem declinet. Quia nisi hoc fiat putrefiet racemus ex terræ contactu, & generabuntur araneæ curiositatum. Vis concupiscibilis palo spei certissimæ fulciatur, aliter nascetur vorax eruca cupiditatis. Vis irascibilis palo charitatis, aliter nascẽtur spurcidæ limaces crudelitatis, & ita non erit germẽ in uineis. Germina huius vineæ sunt cogitationes, flores sunt affectiones, vuæ autem sunt operationes quæ vinum conferunt dulcedinis gustus spiritualis, quod bene sapit Deus, quod lætificat cor hominis, immo & cor Dei, qui ait de talibus. Delitiæ meæ esse cum filiis hominum, vnde hoc vino spiritualis dulcedinis lętificatur

Cant. 7. Assuerus, ut dona confestim tribuat Hester dilectæ suę, cui ait, Vbera tua sicut borri vineę, & odor oris tui sicut odor malorum, guttur tuum sicut vinum optimum, quę immediatè respondens ait, Dignum dilecto meo ad potandum labiisque & dentibus illius ad ruminandum, ego dilecto meo, & ad me conuersi eius. Veni dilecte mi egrediamur in agrum, commoremur in villis, mane surgamus ad uineas, videamus, si floruit vinea, si flores fructus parturiunt. Hęc illa anima filia patrisfamilias, ad cuius conscientiam hora sexta vehemẽtis amoris miserat operarios subtiliores & feruẽtiores vt excitarent dilectam. In illis verbis vel vnum tantum pondera, quòd quãdo dixit sponsus, guttur tuum sicut

vinum

vinum optimum, quia vino optimo nimis fuerat assue tum, statim respondit sponsa. Dignum dilecto meo ad potandum. vbi datur intelligi, quòd tam dulcis eris tu Deo quantum Deus tibi, alioquin non diceret, Scio opera tua quia neque frigidus es neque calidus, vtinam frigidus esses ant calidus, sed quia tepidus es & nec frigidus nec calidus incipiam te euomere ex ore meo, quia dicis quòd diues sum & locupletatus, & nullius egeo & nescit, quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, cæcus & nudus. Hæc ibi, vbi vt ostenderet Deus peccatori hęc omnia mala euenisse ex defectu amoris sui subiunxit immediate, Suadeo tibi emere à me aurum ignitum & probatum ut locuples fias, & vestimentis albis induaris.

Deus erit tibi qualis tu ei. Apoc 3.

Ille tepidus erat ori Dei qui ne talis esset persuadeatur, vt emat gemitibus ab ipso Deo aurum ignitum amoris vt calefiat. Antea enim etiam tepidus erat ei Deus, & ideo ipse tepidus fuit ori Dei. Conclusio ergo prædicta veritatem habet, scilicet quòd si in ore tuo Deus fuerit tanqnam m̄el dulcis, pariter, & tu dulcis Deo eris. Væ autem nobis quibus nihil insipidius est quàm contemplatio, nil minus arridet, quàm diuina fruitio, nil minus placet nec dulcescit quàm diua charitas, cum cætera nobis sapiant, gaudiumque pręstent & lætitiam corporis sensibus.

Nona hora iam sol inclinatur ad inferiora caloremque temperat. In hac hora diei nostræ perfectionis Deus ad conscientiam mittit fastidium falsi boni, & abhominationē vanitatis, restrictionemque aut hebetationem voluptatum. Gustato enim spiritu desipit omnis caro, quoniam Sapiens ait. Anima saturata calcabit fauum & anima esuriens etiam amarum pro dulci sumet. Postquam enim Deus misit saturitatem spiritus sui in animas eorum qui eum diligunt, nec mirum ꝙ calcent fauum carnis, de quo dicitur. Fauus distillans labia meretricis, id est carnis, & nitidius oleo guttur eius. Quando ergo spiritus noster in contemplatione sagina-

Hora nona est depressio voluptatum

Prou. 27. Prou. 5.

ſaginatur repletus bonis Dei, nec mirum quòd ſibi nõ ſapiant ea quæ ſunt mundi, nam non ſolum eſt ita delicata diuina conſolatio quod non datur teſte Bernardo admittentibus alienam, ſed ipſamet excludit alienam, nec eſt ſecurior modus vincendi carneam libidinem, quàm ſi Deus præſtet guttulam aliquam dulcedinis ſuæ, quia ſic ſubito a ſpurcitia ſeculi conuerſa eſt Magdalena ad Dominum Deum ſuum, qui dum manducaret in domo Simonis Leproſi, eam ſpiritualius inuitauit ad epulas animæ quas tam bene deguſtauit, vt ſibi delitiæ mundi viderentur ſiliquæ porcorum. Hic aduerte vnam ſimilitudinem quòd ſicut potator vini dulcia non diligit nec mellea, ſic vinum contemplationis deguſtanti non placent mundalia, nec ea quæ carnis ſunt, quamuis ſecundum neceſſitatem ſæpe ſequantur ea, vnde propterea introducta ſponſa in cellam vini dicit ſe ibi charitatis ordinem ſuſcepiſſe, vt etiam carnalia ſpiritualiter diligat, quod notans Richardus ſuper Cantica, dum tractat illud, Venter tuus eburneus diſtinctus ſaphiris ait, Venter dilecti ſunt boni coniugati caſtè ſe habentes, & vtentes hoc mundo tanquam non vtantur. Elephans autem caſtum eſt animal, & frigidæ naturæ ex quo ſumitur ebur, unde & eos ſignificat qui non ideo copulantur, vel carnaliter ſe cognoſcunt vt libidini ſatisfaciant, ſed vel cauſa generandæ prolis vel uitandæ incontinentiæ nam prolis intentio habet meritum, uitanda incontinentia veniam: nam eam excuſat matrimonium, cauſa libidinis damnationem, quia eſt mortale peccatum. coniugati itaque qui voluptati ſuæ ſeruiunt non ſunt veri dilecti, ſed poſſeſſio diaboli, nec in his habet Chriſtus miſſionem. ſed diabolus poteſtatem, ſicut angelus Tobiam docuit dicens, Dæmonem habere poteſtatem ſuper eos qui coniugium ita ſuſcipiunt, ut ſuæ libidini vacent, ſicut equus & mulus. Venter autem ſponſi diſtinctus eſt ſaphiris. Saphirus lapis eſt ſpeciem ſereni cœli habens, vnde bonos coniugatos deſignat qui

Boni cõiugati.

cœle-

cœlestibus disciplinis imbuti sunt . superna meditantur & sapiunt Hi sunt distincti saphiris, quia inter mundanos actus cœlestia quoque opera faciunt, quauuis .n.diuisi sunt vt cogitent quæ mundi sunt quomodo placeant coniugi,cogitant nihilominus cœlestia,& quomodo placeant conditori. Hæc est distinctio saphiri, vt in carne ambulantes non secundum carnem militent, sed eorum conuersatio in cœlis est. Hæc Richardus, quæ non abs re sunt adducta, quia boni coniugati optimos reddunt racemos & fructus, cuidam enim dicitur. Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. Vidisti ergo hebetudinẽ carnis, quæ esse debet in iustis viris, qui si peragunt opera carnis non carnaliter tantum, sed spiritualiter operantur, vt corporalia spiritualibus deseruiant, quemadmodum in vinea folia deseruiunt fructibus. Sic ergo declinat sol non tamen retrocedit à cursu, & quanuis conscia nostra tendat ad perfectionem, si ad vitæ & status & corporis necessaria declinet, sic perseueranter & cautè hoc facit, vt a via perfectionis non uideatur declinare nec retro respicere, sed omnia dirigere ut in monte perfectionis saluum se faciat.

Vndecima hora qua sol vergit ad occasum, ea est qua mittit Deus ad conscientiam tuam desideria quibus Christum valeas imitari, maximè in ea parte qua morte succubuit. Quando ergo vel cupis dissolui & esse cum Christo, aut vis mori secum, vel martyrium sustinendo, vel iniurias, tunc ad vltimum perfectionis appropinquas, quia vix potest haberi maior charitas, quàm velle dissolui aut pati pro amico, quoniam ideo scriptum est. Qui ascendit super occasum Dominus nomen illi. Super occasum ascendis quando cadere optas pro illo qui ob amorem tuum cecidit sub crucis onere. Et tunc nomen est tibi dominus, quia dominaris in virtute tua mari passionum ingruentium. Dum ergo sic procedis in opere conscientiæ tuæ, quæ est vinea Domini, meritò nouissimi fiunt

Vndecima hora cupit esse cum Christo.

Psal.67.

primi

primi, q a hæc nouissima desideria quæ diximus in pas-
sione consistere: & ij affectus qui animam educere de
carne procurant nouissimi operarij sunt & cæteris me-
liores: vnde optimo iure fiunt in præmio primi: quia
exercitia quæ in tractu profectus nostri debent tardius
assumi, absque dubio sunt perfectiora: quæ nunquam
minus operetur magis proficiunt. Quapropter in pri-
mo extimationis loco debent collocari, namque in spi-
rituali profectu parum interest spatium temporis: quia
minores virtutes diutius seruiunt quàm maiores, nec
ideo magis valent: quoniam morosius debet quæri o-
ptima virtus: quæ si tardius veniat, non propterea mi-
nus valet, sed magis: quia maturiora, tardiora sunt &
meliora. Rarus & tardus venit mentis excessus aut ec-
stasis, tamen primum locum reputationis & præmii for-
tiri debent, quanuis sola hora fecerint. Denique dabo
tibi in sacra pagina vbi dicuntur primi isti qui nunc no-
uissimi nominantur: primumque ac potiorem obtinét
locum: quia Richardus in Canticis: super id: Labia illius
stillantia myrrham primam dicit. Stillant autem myr-
rham primam, qui in primis seipsos mortificant: & sic
mortificationem alijs prędicant, incipientes facere & sic
docere Myrrha quoque prima est pęna martyrij, quam
stillant fidelibus quando prædicant corpus exponendũ
morti, potius quàm a Deo recedendum, vel mortale
committendum. Mors etiam Christi est myrrha prima
quam specialiter prædicant. Ipse enim est caput marty-
rij à quo maximè cœpit martyrium, & per quem robo-
rati sunt fideles ad martyrium perferendum. Myrrha
prima est optima: vnde signat mortem Christi quæ fuit
optima: quia totus mundi redemptio. Hanc stillant
labia eorum: hæc ait de martyribus loquens, qui ha-
bent myrrham primam, & ideo sunt primi, quamuis
nouissimi venerint ad perfectionis culmen. Ij dant vi-
num rubeum sanguinis proprij ad acuendos Elephan-
tes in prælium martyrij. Nouissimus erat latro qui iux-
ta Christum pendebat, tamen primus efficitur, quia

Martyres habent mirrham primam.

teste Cypriano supplicium mutauit in martyrium quo solam horam expendit. Ecce igitur longiori sermone vidisti quot gradus aut horas habeat dies perfectionis nostræ, quæ vsque ad mortem non perficitur: vbi secundũ Thomam Aquinatem cuilibet confert Deus suam gratiam consummatam, quæ sic vocatur, quia non valebit deinceps amplius crescere. Nec vnusquisque nostrum in omnibus dictis horis laborat: sunt enim solum in prima laborantes non pertingentes ad tertiam, & aliqui laborauerunt in vndecima, qui prius malè vixerunt. De his ergo perfectionis gradibus ait Richardus. Mane itaque illuminatur intellectus, ad tertiam compescitur cõsensus, ad sextam inflammatur affectus, ad nonã refringitur, siue etiam hebetatur corporis sensus: ad vndecimam refrigeratur carnalis appetitus. Hæc ille tamẽ in Canticis dum filiæ Sion sponsam Dei conscientiam videlicet, iusti laudare conantur, hos gradus magis exprimunt dicentes: Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt luna: electa vt sol: terribilis vt castrorum acies ordinata. Et quòd hæc de anima intelligantur patet: quia hæc audiens sponsus immediate adiunxit, Descendi in hortum nucum, vt inspicerem si floruisset vinea. Hortus nucum est corpus rationi subiectum, vinea verò, conscientia in anima sita, vtrumque visitat sponsus audiens laudes sponsæ suæ, cupiens videre an ita se habeat. Primus ergo gradus innititur cum dicitur. Quæ est ista quæ progreditur, scilicet a nexibus peccatorum multiplici conatu. Secundus autem cum additur, quasi aurora consurgens, id est, cũ gratia Dei surgens totaliter a peccato tenebrarum nocte relicta. Tertius verò gradus ibi pulchra vt luna, nam talis anima reliquos homines prauos, qui noctem peccatorum noluerunt relinquere illuminat, vt luna quæ præest nocti. Quartus etiam gradus secundum Grego. super Cantica est ibi, electa vt sol, quia cum anima proficit in sanctitate, etiam iustos viros die gratiæ præclaros illuminat, sicut sol præest diei. Quintus notatur in

Quinque gradus perfectionis

Cant. 6.

Greg. sup. Cant.

reliquo vbi anima perfecta refertur terribilis vt castrorum acies ordinata. Namque si anima vltimum perfectionis gradum attingit cuicunque obuiationi aut tentationi siue tyranno terribilis est, nec sola est sed angeli secum & virtutes aliæ, quibus fit acies castrorum. non solum cum eis ordinata, sed cum deo & sanctis alijs per amorem. Nil ergo restat nisi vt Dominus vineæ pater æternus vocet Christum suum, qui est totius familiæ procurator ut reddat operarijs suis formam perfectionis, quæ in denarij rotunditate signatur, quàm Christum dare opus est. Nam sine cruce non tribuitur in qua litera thau imprimitur, vbi regis imago cognoscitur manu, id est, opere atque domo Christi expressa. Formam ergo perfectionis signãter dat filius Dei, quia eius crux & similitudo manet in ea. Idem etiam denarius, id est, forma perfectionis datur primis & nouissimis, quia perfectio quæ prius fuit in cognitione postea est etiam in dilectione, vnde prius perfectio est in desiderio quam in effectu, in cogitatione quàm in affectione, in sensib. exterioribus quàm in potentijs animæ, in fine tamẽ laboris pro quiete datur, vtrisque perfectio, & per prius appretiatiuè datur animæ potentiis, quanuis posterius tempore castigatiores fiant recepta gratia, vnde sic fiunt nouissimi primi, & primi nouissimi. Attamen secundum Richar. operarius qui primo introducitur & vltimo satisfit qui etiam nequam dicitur in hoc Euangelio est cogitatio accusatrix conscientiæ siue stimulus. Iste tanto est in nobis nequior & nòbis molestior, quanto dominus est benignior & munificentior, quia quo maiorem gratiam accipimus, eo amplius & acrius cõscientiæ stimulo vrgemur cum peccamus & negligimus. Oculis eius dicitur nequam, quia quandiu in nobis aliquid imperfectionis inuenire poterit, eius nos respectus confundit, perturbat & cruciat. Hic ab initio & semper laborat in vinea conscientiæ, sed adepta omni perfectione tollet suum & vadet, quia non inueniet quod iure reprehendat, ideo in sanctis viris quiescit & euanescit.

Denari⁹ est forma perfectionis.

Stimulus conscientię.

ſcit. Nemo tamen eſt qui cum beato Iob dicere queat. Nunquam reprehēdit me cor meum in omni vita mea. Videat ergo vnuſquiſque noſtrum fratres in qua vocatio ſit, ſatagat vt per operoſam diligentiam ſuam vocationem certam faciat, vt electus eſſe poſſit, nc in hac vnica Dei electione contingat quod in electione monachorum ad quam multi ſunt vocati, vnus tamen eligitur in prælatum, nos autem non ſic, quia Deus vult omnes nos ſaluos fieri, & etiam ad agnitionem ſuam peruenire hic per gratiam & in futuro per gloriam & cætera.

Quartus dominicæ in Sexageſima Myſticus ſermo ſuper Euangelium.

IN illo tempore. Cum turba plurima conuenirent, & de ciuitatibus properarent ad Ieſum dixit per ſimilitudinem, &c.

T H E M A.

Mane ſemina ſemen tuum, & veſpere non ceſſet manus tua. Eccl. 11.

Inuocatio ad Mariam virginem, ex qua pluuia gratiæ in nos uenit.

BEatos prædicat diuus ille propheta Eſaias eos qui ſuper aquas ſeminare nituntur, agricolæ quidem opus eſt vt pluuia præcedat. Ager quippe diſpoſitus vtiliter ſemen ſuſcipit. Siccus autem caſſo labore ſeminatur, quod ſpiritualiter Regius ille propheta Dauid intellexerat, cum ait Pſalmo. 142. Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi. Vnde ſi aqua gratiæ non præcedit, in vanū laborant prædicatores ſuper pectora arētia ſeminantes domini noſtri Dei verba. Nec ex æquo quælibet æqua ſemen cum agro conciliat; nam vt ait gloſa interlinearis ſuper illud Eſaiæ prophetæ, Semen Nili fluminis meſſis & fruges eius. Ter- Eſa.32.

ra & femen perit quando fluminis impetu irrigatu
Esa. 23. vnde pluuia in agro fecurior eft & fœcundior. fed qu
afcendet in cœlum & adducet eam de nubibus? Pluu
materialis difficilis eft obtẽtu, fed fpiritualis difficilio
Attende tamen quòd fecundum Naturales ex inferio
bus iftis humidis generatur pluuia: & præcipuè ex va
poribus maris tractis à radio folis ad fuperiora, qui p
ftea liquefactis in pluuiam ad terram defcendunt. Si
etiam pluuia fpiritualis gratiæ generatur ex defideri
& orationibus iuftorum, fed præcipuè Mariæ virgi
quę mare noftrum eft omnigenis plenum meritis, fin
3. Reg. 16 quo cætera parum valent, & hinc eft quòd quando be
tus Helias propheta voluit pro tellure ficca pluuia
impetrare, iuffit puero fuo vt fe ad mare verteret, vn
de fi prædicator inferiorem, id eft, naturalem gratia
paruipendens, quia non multum valet ad fœcunditat
agri fpiritualis, pluuiam falutarem impetrare malue
rit, populum moneat ad mare noftrum, hoc eft, ad Ma
riam Dei genitricem conuerti, vt pluat fuper nos pro
verbi femine cœleftem gratiam, quam vt affequi me
reamur conuerfi ad eam genibus flexis dicamus, Aue
Maria gratia plena Dominus tecum & cætera.

Argumentum dicendorum.

MAne femina femen tuum & cætera. verba funt pa
tris æterni ad Chriftum filium, cui de omnibus
curam commifit folicitiffimam, cuius feminatio ab ini
tio mundi ad finem vfque percurrit, ne fit ætas vlla
aut ftatus, aut creatura aliqua quæ eius verbum non
Pro. 8. audierit, vnde fapientiffimus ille Salomon ait, Nun
quid non Sapientia clamitat, & prudentia dat vocem
fuam in fummis excelfifque verticibus fupra viam, in
medijs femitis ftans iuxta portas ciuitatis, in ipfis fori
bus loquitur. Ipfe filius Dei increata eft fapientia, fed
iam factus homo etiam prudentia eft, quia miraban
tur doctores in prudentia, & refponfis eius. Vnde tunc
& nunc clamitans dat frequentiffimam vocem fuam,
non folùm vocem noftram, fed vocem fuam altiffi
mam.

mam. Vt autem suspiceris eius loquelæ profunditatem, aduerte quod vt ait Philosophus, Quicquid sententiæ inuenitur in ore, nota est eorum quæ sunt in corde. Vnde verba in ore correspondent notitiæ & scientiæ, quæ sunt repositæ in intellectu, cum autem Christus Iesus sit Dei sapientia & virtus in quo reconditi sunt thesauri omnium scibilium. Sequitur quòd nun quam sic loquutus est homo, tantum enim sua verba & doctrina nostra excedit, quantum sua sapientia nostram, vnde bene Sapiens dixit, Nonne Sapientia clamitat? id est, nonne altissimè loquitur? Sed primò innuit quòd Dei filius loquutus sit angelis ibi, in summis excelsisque verticibus, scilicet in cœlis & perfectionibus suis altis, postea supra viam factus viator viatoribus loquutus est, maxime his qui sunt in lata via perditionis, vt refrenentur per correctionem suam. Et loquitur etiam in medijs semitis, scilicet viris perfectis, rectiores facientibus per consilia Euangelica semitas Dei nostri, hos igitur ducit, illos minatur. Sed vltimo clamitat in portis, id est, in sensibus nostris per visibilia cuncta, & in foribus vt egrediamur per parabolas eius & verbi pascua inueniamus, maxime in præsenti parabola, vbi per similitudinem seminatoris exprimit qualiter mane semen verbi seminauerit, tam perseueranter quòd vsque ad mundi vesperam se velle perdurare ostendit. Videbimus ergo in toto sermone quomodo sator iste seminet quater vno die qui est vita mundi, cuius duratio dicitur dies vnus, cuius (teste beato Ioanne) nouissima hora est.

Verba Christi ꝗ profunda sunt.

Diuisio.

Vt nobis Dei filius patefaciat, quàm ad integrum satisfaciat, patris præcepto in præassumpto themate ait in præsenti Euangelio, Exiit qui seminat seminare semẽ suum Fortè & cum hoc diceret, seminabat, noluit tamen dicere qui seminauit, aut seminabit, aut seminabat, sed qui seminat, vt nullũ excludat tempus quin seminet, etiam in secreto dũ non est egressus. Connaturale est Dei filio seminare, id est, dona conferre, nec exiuit

Prima pars.

exurere terram aut lapides conterere, sed seminare

Naturalia dona præstat semper Deus.

Seminauit quippe filius Dei dona plurima naturalia te, antequã per susceptam carnem ad nos exiret visibilis in foribus sensuum nostrorum, nec paruam existimes hanc seminationem, sed velut pluuiam super te, peccator descendentem sicut super velus nullo strepitu personante, O si attẽderes quomodo non sit minus te nunc conseruare quàm te creasse. Quod contemplans Dauid ait: Ecce domine tu cognouisti omnia nouissima & antiqua, tu formasti me & posuisti super me manum tuam, mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, & non potero ad eam. Antiqua sunt naturalia nouissima sunt grauita quibus super nos manũ suam

Psal. 138.

seminantem habet Christus, etiam dum peccamus, etiam dum mali sumus, quia nec tunc cessat manus eius à largiendo. Et quodcunque donum eius dicitur semen vsuræ fructum denotans, quoniam nec capillus peribit à computatione sua, ideo ei ratio reddenda est etiam cum vsura. Non ergo minus agit erga te manutenentia Dei in hoc instanti quo te conseruat, quam in illo quo creauit te. O te miserum, quia vita tua non dependet nec tuipse ab vno gracili capillo sui esse, quod si Deus sineret, redires quidam ad id quod eras prius, videlicet ad non esse, vel fortè in deterius caderes. Si radius solis contentiose ac reluctans se conuerteret contra solem ipsum à quo dependet suum esse, quid iudicares de tali radio? Si vertens caudam suam loqueretur contra solem patrem suum ac diceret ei, Recede à me quia in alio volo clarificari, non me satiat fauor tuus. Nonne radius solis qui similia diceret, stultus esset? Nonne execrandus iudicaretur? Sanè quidem. Sic tu ò peccator, cum dependeas à deo sicut radius solis in esse, & in conseruari, quia in deterius ires quàm radius solis, dum te Deus dimitteret, attamen dum peccas contra Deum conuerteris, & eum spernis, dum vis in suo contrario, id est, in peccato gloriari, & adhuc dissimulat peccata

tua,

tua, ẽt ſine pnĩa, immo ipſe piiſſimus adhuc te conſeruat & detinet uitam tuam, quia ſemper ſeminat nec ue ſpere peccati, ut ait thema, ceſſat manus eius a tanto opere. Qui ſeminat ergo tã ſecrete naturalia dona, exit gratuita ſeminare quæ dicuntur ſemen ſuum, quia quã uis omnia noſtra ſua ſint dona tamen gratuita, ideo ſpecialiter ſua prędicãtur, quia ea dat, ſi peccaueris, mo uenda. Vnde ex lege ordinata confert nobis naturalia non amouenda etiam peccantibus. Gratuita verò mutat & reuocat, ac ſi illorum faceret donationem, horum autem accommodationem, ob idq; Paulus ait, De poſitum cuſtodi, vel gratuita dicuntur ſemen ſuum, q̃a ſe ſolo ea in anima efficit, naturalia verò cum miniſte rio creaturarum & ſecundarum cauſarum. In gratuitis dicitur exire, quia potiora ſunt & cum illis etiam ſeipſum tribuit & largitur, vnde naturalia quaſi iure hæreditario communia ſunt & bonis & malis, gratuita verò non niſi bonis. Vnde quia gratuita magis ſunt Dei q̃ naturalia, quæ ẽt in dęmone, teſte Dioniſio, remanſerũt integra, ideo ſuperbia de gratuitis deterior eſt quã de naturalib. In donis gratuitis nunc intelligi uolo tã gratiam gratum facientem, q̃ gratis datã, quia ſic vno nomine dicuntur communiter gratuita. De hoc ergo ſemine ſequitur. Et dum ſeminat, aliud cecidit ſecus uiam. De hoc ſemine ſemper in hoc Euangelio dicitur ꝙ cecidit, non quia in uanum, quia ẽt in bona terra dicitur quod cecidit, ſed cadere dicĩ quia in eo ſe Deus imperfectè communicat, reſpectu diuinæ cõicationis ad intra quibus perſonæ ſe adinuicẽ totaliter tribuunt. Cadit etiam à perfectione datoris, quia minus eſt quã dator ipſe & cadit a ſuperabundanti charitate dei, qui cum donat iſtud, dat nobis ſuam gratuitam voluntatẽ, minor tamẽ eſt gratia formalis, quã in ſe & ſuper ſe accipit aĩa, q̃ illa gratuita voluntas quę manet in deo, unde ob id cadere dicitur. Iã ergo hoc primũ ſemen quod ſecus viã ſcribitur, gratia eſt angelis cõicata. Via dicitur angelica natura, quia per eã ad extra ſe cępit deus

Dona gratuita dicũtur dei naturalia vero noſtra.

Dona dei cadũt ſupernos.

communicare,& quia primo creata est quando in primis dixit Deus. fiat lux. vnde quidam superior angelus dicitur principium viarum Dei. Secus naturam angelicam dicimus ꝙ cecidit gratia gratum faciens quæ in primo instanti creationis eorum à doctoribus in angelis ponitur fuisse creata, & eis communicata, quia vt ait Augusti, simul fuit Deus in eis condiens naturam & largiens gratiam. Secus eos cecidit, quia esse naturæ & esse gratiæ simul acceperūt unde satis secus & circa fuit alterum altero. Ac ēt cecidit secus eos dum eis communicata est conformiter ad sua naturalia secundum capacitatem vnicuiusque, inferiori minus, superiori magis secundum propriam virtutem naturalem indiuidualem. Præcipue tamen cecidit secus viam in malis angelis amantibus se, ad se referentes donum per amorem proprium & non ad Deum, vnde qui per inordinatum amorem sui erant secus seipsos non attigerunt terminum a quo egressi fuerant. O pessime, inordinate amor propriæ excellētiæ via omnis mali circa hanc viam erat homo ille qui descendens à Deo, incidit in latrones, qui sunt affectus commodi proprii. Quia igitur in his tam male cecidit, conculcatum est & villipensum ab eis,& male tractauerunt illud, tunc gratia Dei immo & ipse Deus conculcatur quando natura supra gratiam extollitur, non.n.contenti sunt mali angeli donis sibi collatis, sed plura ante tempus appetentes præhabitam gratiam pro nihilo reputantes parum sibi collatum putarunt sed nec ex toto perit quod a volucribus cœli comeditur, unde sequitur, volucres cœli comederunt illud. Boni angeli in sacra scriptura volatilia cœli dicuntur, qui pennis contemplationis extentis ad ipsum Deum volare non desinunt plumis desideriorū septi, quibus Deum attigerunt. Bonis ergo angelis profecit aliquo modo gratia data malis, ne ex toto periret. In sacra pagina dicitur ꝙ iusti tulerūt spolia impiorum, nec ob id credas ꝙ ex casu alterius alter fiat bonus, quia & scriptum est, Spoliis non indigebit.

Gratia qualiter est angelis data.

Homo cecidit in latrones. i. affectus proprios.

Pro. 31.

bit. In curia magnatorum terræ vt alter ascendat oportet ꝙ alter decidat, quia idem officium duobus non sufficit, non sic in regno Dei, vbi ipse Deus omnibus supra modum sufficit, & ideo nullus ex casu alterius emolumentum accipit vlterioris gratiæ, maxime gratum facientis. Tamen dicitur quòd aliquo modo bonis profuit gratia malorum, nam dum opposita iuxta se opposita magis elucescunt, videntur boni angeli auferentes à malis regnum Dei, quod est gratia (quia de ea dicitur, Regnum Dei intra vos est) vt illud traderent gentibus, quoniam digni erant vt suos facerent fructus. Dicitur vltra quod sicut in Ecclesia ex vnione membrorum spiritualium adinuicem aliquem fructum cuilibet per se accrescit, sic fuit in cœlo, unde primo dicitur in Ecclesia, Ecce quàm bonum, & quàm iocundum habitare fratres in vnum, sicut vnguentum in capite quod descendit in barbam Aaron vsque ad orã vestimenti eius. Aaron sacerdos magnus Christus est caput nostrum, a quo gratiæ vnguentum non solum descendit vsque ad barbam. i. vsque ad Ecclesiam suam quæ honor illius est, sed vsque ad horam vestimenti, id est, vsque ad quemlibet fidelem infirmioris status. Ex cohabitatione igitur mutua iustorum multus eis singulis accrescit fructus, vel gratiæ accidentalis & occasionaliter multum incrementum prouenit. Vbi nota quòd sicut in cœlo dicitur esse gloria essentialis & accidentalis proueniens ex cohabitatione, sic in via suo modo de gratia essentiali & accidentali videtur dicendum, tamen non videtur nunc ad oculum, quia hæc subtiliora nobis sunt & vix indagari possunt. Est igitur in cœlo sicux in terra, maxime dum angeli via tores fuerunt qui habuerunt simul gratiam & adinuicem proficiebant, & sicut hic multi reperiuntur in gratia cum his qui postea damnantur & prædestinati cum præscitis, post autem damnatis illis isti cum suo profectu manent, sic boni angeli cum malis qui & si postea damnati sunt remanserunt boni cum profecto

Alteri n prodest õ casus alterius.

Cõicatio charitatis

Gratia duplex sicut & gloria.

ſuo. Et ſi punctus hic clariſſime nequeat ad notitia deduci, tamen compertum habeo, quòd ſicut de iuſt dicitur: Letabitur iuſtus cum viderit vindictam, & manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris: ſic ſanct angeli lætati ſunt in malorum punitione, eoſque con culcauerunt, quia depoſitum noluerunt cuſtodire, ne afferre fructum. Vnde ſi aliquis fructus ex hoc ſemi ne prouenire potuit, hunc ſancti angeli adepti ſunt. E videas hanc expoſitionem rectam, quia ei quadra Chriſti expoſitio, qui cum quæreretur a diſcipulis re ſpondit. Quod autem ſecus viam, hi ſunt qui audiunt deinde venit diabolus & tollit verbum de corde eo rum, ne credentes ſalui fiant. In primo inſtanti audi runt verbum eius, ſicut & cæteri ad hoc creati, quia li cet communior ſchola teneat malos in inſtanti crea tionis peccare potuiſſe, non tamen fatetur eos de fa cto peccaſſe, ſed deinde quo gratiam per verbum Dei perceperunt, venit diabolus Lucifer qui eſt crimina tor, caput & rex filiorum ſuperbiæ, & tollit excitatiuè verbrum de corde aliorum, ne credentes ſalui fierent. Hortatus quidem eſt alios Lucifer, vt ſuum ſtatueret propoſitum contra verbum Dei, Sed aduerte quòd fuit fides in angelis quæ per peccatum ablata eſt, nullus enim conſequitur ſalutem niſi per fidem in abſentia Dei. Si aliquis autem quærat quomodo per incredulitatem perierunt, cum ſcriptum ſit, Dæmones credunt & contremiſcunt. Aduertat quòd fides in dæmonibus mortua eſt, nec informata charitate, ideoque magis eſt eis ad damnum quàm ad laudem. Quid tibi prodeſt homo quòd credas, niſi operibus fidem viuam oſtendas, cum dæmones credant & contremiſcant? tu credis, non tamen contremiſcis, quia es de il lis de quibus dicitur, Filij hominum abſque vllo timore perpetrant mala, eo quòd non cito profertur contra impios ſententia. Fidem igitur dæmonis non attingis, quia ille tremit tu autem poſtpoſito omni timore, falſa peccas quotidie ſecuritate. Vtinam ad te reuerſus

Parum valet fides mortua.

Eccl, 8.

uerſus verè credas, nam cum homo mortuus non ſit verus homo, qui fide mortua credit, non vere credit. Si credideris ſaluus eris, quia qui dixit ne credentes ſalui fierent, ſuppoſuit quòd fides ſalutem animæ operatur, ſed non mortua, vt patet in dæmone qui credit & nunquam ſaluus erit, ex quo ſequitur quòd fides informis propinquior eſt ad non fidem, quam ad veram fidem, ſicut & cadauer propinquius eſt ad non hominem, quàm ad uerum hominem. Et cauſa huius eſt, quia fides mortua per dilectionem non operatur, ſicut nec cadauer per uitam qua caret, vnde ſequitur ꝙ vitę fidei eſt operatrix dilectio. Sed fortè gloriaris quia ſaltem credis, habes fidem quamuis mortuam. Nemo vſque hodie de re mortua gloriatus eſt. Cadauer in domo importabile onus, fœtore eam replet, ſepulchrũ eã facit. Vide ergo ne glorieris de morticinio quo domus animæ tuæ impleta eſt. Vnde aduerte ꝙ omne peccatum Chriſtiani eſt grauius in eo, quam ſimile in infideli, excepto ipſo peccato infidelitatis. Vnde opus eſt clamare, domine Deus adauge nobis fidem, ne fœtidior ſit anima noſtra apud te ob fidei morticinium.

Nota contra Lutherũ &ſuos

Vidimus qualiter Chriſtus Dei filius mane ſeminauerit ſemen ſuum angelis vt eum cognoſcerent. Nunc in ſecunda diei ſuæ parte videamus qualiter adhibuit operam ſeminationi illi, de qua ſequitur, Aliud cecidit ſupra petram. Hoc ſemen omnipotentis Dei, & donum gratuitum eſt iuſtitia originalis, quæ in ſe & in effectibus ſuis aliud eſt a gratia illa de qua locuti ſumus. Gratia, de qua diximus, ſeminariũ eſt gloriæ angelorum, & animarum, nam quemadmodum, vt ait beatur Thomas, gloria eſt gratia conſummata, ita euerſis terminis dicere poſſumus, ꝙ gratia eſt gloria inchoata, ſic ergo iuſtitia originalis eſt ſeminarium gloriæ corporis, qualiter gratia eſt ſeminarium gloriæ animæ & imago. Hoc ſemen iuſtitiæ originalis cecidit ſupra petrã, quæ eſt caro humana de qua dicit propheta

Secunda pars ſeminis.

Iuſtitia originalis.

Caro eſt petra cõferenda.

ille

ille regius in Psalmo. Et petra refugium herinaciis, id est carnalibus motibus & passionib. quæ in carne sunt: hæc est petra quam primo dicitur conterere spiritus ostensus prophetæ Heliæ, antequam audias in contemplatione Sybillum auræ tenuis, quia oportet ꝙ prius carnem per abstinentiam domes. Cum ergo quæcunque caro ex sua natura rebellis & duræ ceruicis sit, vt ait venerabilis doctor Durandus, congruum fuit ut per aliquod donum disponeretur, vt homo securus supra petram carnis suæ statuisset pedes suos. Vnde sicut anima nequiuit in puris naturalibus Dei patris esse amica, nisi mediante gratia infusa, sic nec ipsa caro potuit esse amica & domestica animæ sine originali iustitia vnde hoc semen ideo dicitur super petram cecidisse: quia siue in corpore siue in anima illa iustitia subiectum accipiat, ad hoc tamen data est, vt durum corpus & ex sua natura adhuc ante peccatum animæ rebelle ei subiiceretur lene factum & mite, vt homo diceret cum beato Iob, Petra fundebat mihi riuos olei, sed cadens supra petram natum aruit, quando aliquantisper durans experti sunt primi parentes effectus eius dum nudi erant sine erubescentia, quia nullum erubescibile erat in eis, sed tandem aruit, quod plorans sanctus ille propheta Hieremias ait, Non est pax vniuersæ carni, seminauerunt triticum, & spinas messuerunt, hæreditatem acceperunt, & non eis proderit. Causa huius generalis flagitii, vt pax non sit omni carni est quia diuinæ personæ seminauerunt in primis parentibus triticum iustitiæ originalis, & patres nostri messuerunt spinas quæ sunt motus inquetantes etiam nos, ad quos illa hæreditas iustitiæ transire debuit per illam solam dationem, velut iure hæreditario, nisi destructa fuisset. Dat autem Christus Dominus noster rationem arefacti seminis dicens, quia non habebat humorem scilicet gratiæ, qua stante duratura erat iustitia illa, nec ipse credo quod in Eua manserit ante peccatum Adæ, quando ipsa consenserat licet aliqui oppositum teneant.

Hier. 12.

Iustitia originalis manere non potuit sine gratia.

neant. Vnde ob ariditatem gratiæ diuinæ illa aruit, q a per peccatum primò gratia perdita fuit, deinde ob defectũ gratiæ illa iuſtitia originalis aruit, quæ immediatæ non fuit oppoſita peccato. ſed ariditati gratiæ. Nec illi ſut audiendi qui dicunt, quòd in puris naturalibus haberi poſſit illa iuſtitia ſed aruit taliter, quod nec poſtea vireſcere viſa eſt, quoniam nec Chriſtus Dominus Deus noſter, nec beata Dei genitrix Maria eam habuerunt ſed innocentiam quæ eſt æquiualens. Huic cõformis Chriſti parabolæ expoſitio ſic habet, Quod ſupra petram ſemẽ cecidit, hi ſunt qui cum audierint, cũ gaudio ſuſcipiunt Dei verbum, & hi radices non habent, quia ad tempus credũt, & in tpe tentationis recedunt. Nimio quidem gaudio ſuſceperunt dona altiſſimi Dei & quia ad parum tempus quo in paradiſo fuerunt crediderunt, tpe quo à ſerpente ſunt tentati receſſerunt, qm̃ fides eorum radices non habuit, vnde mulier ait ſerpenti, Ne forte moriamur. Aliqui ponunt primũ eorum pecatum fuiſſe infidelitatis, ſed ab omnibus cõpertum eſt, ꝙ crediderunt veniale fore peccatum eorũ, nec pro tã parua re, tam cito plectendi, ſed mentita eſt iniquitas ſibi. Probari q dẽ ſunt nec in tẽtatione inuẽti fideles, circa hoc, in qua hora comederis ex eo morte morieris.

Tertia pars ſeminis.

In tertia parte diei ſeculi, qua nõ ceſſat manus Chriſti, tertiam ſeminis partem videamus, de qua ipſe Chriſtus ſeminator in hoc præſenti Euangelio ait. Aliud cecidit inter ſpinas. Hoc ſemen eſt fides infuſa pueris, de qua ille Propheta Eſaias ait, Niſi Dominus exercituum reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodoma & Gomorrha fuiſſemus. Sodoma interpretatur muta, & homines iſti peccatores erant, deinde cæci. Sine fide peccatores quicunque homines ſunt, quia omne quod nõ eſt ex fide, peccatum eſt. Sine hoc ſemine quo præuenimur muti in rebus diuinis efficeremur, immo in hu- Eſa.1.

mana

Praui motus sunt spinę.

manis nisi vellemus incidere in aliquos errores ut cæci cespitantes, vnde nec Plato, nec philosophus ille Aristoteles bene loquuti sunt sed cespitantes dixerũt alter ꝙ mun dus est ęternus, sicut ipse Deus pater misericors qui ab æterno in eo occupatur alter scilicet Plato, finẽ mundi istius posuit, sed quandam asserit iterationem, nec mirum, quia fide carebant, sine qua non deberent mutire. Sed & aliud malum quia hæc fides infusa siue per oblationẽ, ut in hominibus legis naturę, siue per circuncisionem ut in lege scripta, siue per baptismum, vt in lege noua. hæc ergo fides inter spinas cecidit, & inter habitus vitiosos inclinantes occulte ad oppositum, quia est alia lex membris nostris repugaans legi mentis nostræ, ut ait diuus ille Apostolus Paulus, vnde dum peruenit homo ad annos discretionis simul exortæ spinæ istæ de quibus dixerat Hieremias. suffocant semen fidei ne actuetur & formetur in opus faciẽs dignos fructus. Spinæ quando teneræ sunt non pungunt, unde in pueritia donec uos crescamus non sentimus seminarium discordiæ, ꝙ spinas & tribulos germinat nobis, donec simul exertæ spinæ uerbum Dei suffocatur ab eis, immo & animæ nostrę suffocantur ad spinis malarum inclinationum quia Dominus ait, Quod autem inter spinas cecidit, hi sunt qui audierunt & à solicitudinibus, & diuitiis, & voluptatibus vitæ euntes suffocantur, & nõ referunt fructum. Nos qui verbum fidei audiuimus inter has sumus spinas, ideo suffocamur, & spiritus oris nr̃i Chsistus per fidem seminatus in nobis suffocatur ab eis, & ratio est, quia euntes, inquit. s. effrẽni, soluti sine lege rationis, & sine habenis timoris & amoris Dei euntes suffocantur. sicut illi de quibus dicitur. Exeuntes spiritus immundi, introierũt in porcos, & magno impetu grex præcipitatus est in mare, & suffocati sunt in mari. Cogitationes & fędę inclinationes, luxuriosos porcos efficiũt suffocandos in mari tristitię post operis consummationem qñ amaricari solet peccatũ illud, nisi simus euntes vsq; ad inferni mare. Hoc etiam peccatũ

Mar. 5.

quie-

quietē & consiliū reiicit: vnde magno impetu præcipitatur grex,& tollit consciæ gaudium,ad amaritudinem perducens aīam.Hi viuentes suffocantur per rōnis hebetudinem,& sic euntes sunt nec conuerti volunt, nec ab his possunt amoueri insistētes solicitudinibus, & diuitijs,& voluptatibus vitæ corporis, donec vtrunq; suffocatum sit in mare:quando per verbum Dei ad ipsum deū accedere non valebimus suffocante diabolo qui velut lupus stringit guttur ne clamet in morte qui noluit in vita clamare, nec clamantē audire Deū, qui à mane natalis nostri vsq; ad vesperā mortis humanæ non cessat proclamare ad nos si aures audiendi haberemus. Et attēde ꝙ solicitudo,opulētia,& voluptas, tres spinæ sūt & tres potentias aīæ lædunt: immo & sunt tres lanceæ infixæ cordi Absolon.i.superbia,auaritia,& luxuria.

De vltima seminis parte qua verbū Dei seminatum est in Maria terra optima elinguis sum, nescio quidem loqui qualiter in mundi vespere se in eam seminauit verbū Dei:vnde aio, Tria mihi sunt difficilia, & quartū penitus ignoro. Primò ignoro viam aquilæ in cœlo, qualiter Lucifer aquila rapax inter alias volucres. s. angelos, se voluit Deo æquiparare tollens verbū de corde eorum qui sibi adhæserunt. Secundò ignoro qualiter cecidit iam factus coluber super petram, quam diximus carnem primorum parentum, vbi cecidit semen iustitiæ originalis, qui tam perfecti diabolo suadenti gulam consenserunt & crediderunt ei non credentes Deo. Tertiò ignoro viam nauis ecclesiæ quæ in paradiso terrestri, velut in littore, erat cui datum dixi verbum fidei in medio mari mundi fluctuanti inter tot procellas, semper tamen eunti ad portum gloriæ. Et quarto ignoro viam viri filii Dei: quia in vtero virginis amore eius factus est vir & maritus Ecclesiæ, cuius operatrix manus etiam in vespere mortis seminare non cessauit in cruce verbum Dei, maximè quando dixit:Hodie mecum eris in paradiso,quem mihi & vobis &c. Quarta pars.

Sermo quintus super Euangelium.

THEMA.

Vobis datum est nosse mysterium regni Dei.

Inuocatio ad Mariam virginem disciplinæ illuminatricem.

Maria scit omnia.

ARchana regni scit nemo verius quam Regina, qui si Apostolis ad pedes Christi accedentibus datum est nosse, quanto citius daretur Mariæ cui Deus aperuit cor suum? fuit ne aliquid secreti quod rex Salomõ reginæ Sabba? meritò regina cœli Maria interpretatur illuminatrix & ostenditur sole amicta & immersa in lumen aliis inaccessibile: quoniam & nunc illuminat mirabiliter à montibus æternis, diuinarum personarum inter quos eam nouimus eleuatam: vt si quis indiget sapientia, eamque à Deo voluerit postulare per manus Mariæ obtineat eius radium à patre luminum: quæ ob id vocatur doctrix disciplinæ Dei & electrix operum illius. Eam ergo flexis genibus adeamus: vt mihi dicendi vobisque præbeat gratiam & aures audiendi, pro qua ei, Aue præsentemus.

Argumentum dicendorum.

Diuisio.

DVplex est mysterium alterum regni Dei, alterum vero regni diaboli: de quo dicit in libro Iudith. Rex tenuit cũ eis mysterium consilij sui. Et hoc mysterium est malitiæ: sicut prius, scilicet Dei est mysterium bonitatis, vtrumque nobis hodie ingeritur Euangelio pręsenti: hoc ergo explanantes hinc inde videmus & bonitatem Dei erga nos, & malitiam diaboli.

Mysterium regni cœpit in Deo ab æterno, & extra Deum in mundi principio & complebitur in generali iudicio quando Christus dicet: Venite vsque ab origine mundi. Origo mundi est æterna prædestinatio apud Deum, vbi turba plurima conuenit ad Iesum de ciuitatibus, id est de mundi statibus properabant ad eum, vnde

vnde dicitur, Oculi omnium in te ſperant Domine &c. tamen quia inter prædeſtinatos etiam præſciti accedunt ei, dixit per ſimilitudinem, Exijt qui ſeminat &c. Bonitas filij Dei ſtat in hoc quod non commodum proprium, ſed noſtrum quærit profectum, vnde referente Dionyſio, Bonitas eſt diffuſiua ſui: quod autem diffunditur ſicut gratia in labijs Chriſti, potius eſt ad perditionem quàm ad lucrum. Ita Deus paruipendit quæ nobis dat, ac ſi euerteret: vnde ſimilitudinem poſuit diſpergentis, immo & perdentis, nonne ſciebat ſator iſte etiam ſine myſterio regni Dei, quod via nec petræ, nec ſpinæ referunt fructum? cur igitur operam dedita opera perdis? Hic nota quòd ſi poſſemus Deum de ignorantia arguere, ſæpe taxaretur: tamen dicimus & concludimus, Deus ſcit quid facit. Nunc autem probare adnitar, quod bonitas Dei vincit non ſolum ſcientiam noſtram, ſed ſuam: & ideo ipſe dixit, Exijt qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum. Exijt ab æterno à patre, & in cœlo ſeminatis angelis, temporaliter iterum exiuit ad nos: Ait enim, exiui à patre & veni in mundum. Sed quia iſti duo exitus ſunt ſimiles (quoniam egreſſus eius ſicut à principio dierum æternitatis) ideo dixit: Exijt qui ſeminat ſeminare. Vtrobique ſeminat, qui iacit ſemen, id eſt, amorem. Vnde nota quòd notitia in intellectu recipitur, tamen amor productus iacitur vſque ad amatum, etiam ſi nimis diſtet, quoniam, vt ait Dion. Amor transfert amantem in amatum. Et ſi voluntas eſt infinita, illud quod amat producit. Cum ergo talis ſit voluntas diuina, ſuamque bonitatem infinita infinitè amaret, illam produxit in ſpiritum ſanctum. ideo quia tantus amator bonitatis eſt dicitur à patre tanquam ſponſus è thalamo procedere, id eſt amore ardens donaque tribuere paratiſſimus, etiam ſi ſciat peritura, quia eius bonitas vincit ſcientiam ſuam. Et hoc eſt myſterium regni Dei poſitum in hac parabola Euangelii, vbi Deus tertiam ſeminis partem, oſtendit ſe perdidiſſe. Cuius & ſi plures

Regnum Dei incepit ab origine mūdi ubi ſeminat. Bonitas Dei ſe diffundit.

assignen-

Cur non colligit ubi semi nat,

assignentur rationes, quam dixi, præcipua est, uidelicet bonitas Dei. Sed inquiramus eas. O bone Iesu colligis vbi non seminasti, & nunc etiam seminans perdis operam? Prima ratio, quia est similis patri, qui solem suum oriri facit super iustos & iniustos. Secunda verò est, vt ostendat liberi arb. diligentiam ad animæ salutem necessariam vt cooperetur: quia terra non bona potest fieri bona. Cur tu non te iuuas? cur non colis terram tuam? propter frigus piger arare noluit. Tertiò quia non seminat propter lucrum suum sed propter lucrum nostrum, & hoc ostendit dum scienter perdit. Quartò ob amorem: ne quis dicat: Deos non amat me cum nihil oderit eorum quæ fecit. Quintò, ne prædicatores sui tristentur, si fructū non fecerint labore prædicationis, quid enim mirum si ego non facio fructum in vobis, nec verbum Dei per os meum purgat vos cum ipse Christus tres partes laboris sui perdiderit? Item ergo ille qui vult omnes homines saluos fieri, ad omnes extendit semen suum. Patet, quia in omni mundi statu seminauit: primò in terrestri paradiso: & de hoc dixit, Dum seminat, aliud cecidit secus viam, & cōculcatum est: & volucres cœli comederunt illud. Hoc fuit primum satum dei, quando se hominibus communicare cœpit, quando eis voluit verbum suum præstare. Vnde aduerte quod via Dei est quælibet creatura: quia ex eis potest creator earum agnosci: vnde Lucifer dicitur principium uiarum dei, quia mane, id est, primo creatus oriebatur. Cum deus inter alias creaturas arborem creasset, circa quam de non edendo præceptum dedit deus: iuxta viam, id est, iuxta illam arborem verbum recidit. scilicet ab æstimatione sibi debita, quia conculcatum est, id est, despectum, & aues cœli parentes nostri comederunt illud pomum transgredientes uerbum dei. De hac ergo uia dicitur in Psalmo: Homo, id est, Adam cum in honore esset &c. Sequitur: Hæc uia illorum scandalum ipsis, & postea in ore suo complacebunt. Ante præceptum fuit uia ad deum sicut

Serit de' primo.

Psal. 48. Creatura est uia Dei.

cut alia creatura, facto autem præcepto fuit uia vitæ, si seruaretur, & mortis, si non seruaretur, & ideo dicitur, arbor scientiæ boni & mali. Hæc via scandalum fuit eis non datum sed acceptum, ideo enim sequitur, Postea scilicet dato præcepto in ore suo, scilicet edendo com placebunt. Hanc ergo primam seminis patrem sic periisse ait Christus. Hi sunt qui audiunt, deinde venit diabolus & tollit uerbum de corde eorum, ne credentes salui fiant. Quisnam erat serpens nisi diabolus? sed parum fecit dum Paradisum intrauit, nisi & intraret cor eorum? O rem deploratam & horrēdam, quod des locum diabolo in corde tuo? Quisnam sineret rabidū canem intrare domum suam? Sed quid quærit diabolus? conculcare uerbum Dei, verbum Deum tibi deterius quàm alibi, quia in sede propria & ubi magis debuit honorari. Sed quare non in libris aut in altari hoc facit? quia tunc non imputaretur tibi. Consentis enim nunc, vnde si irritam quis faciens legem Moysi & cætera. Ergo omni custodia serua cor tuum, quia ex ipso vita, id est, Christus procedit ad alia quæ sunt in te uiuificanda. Sed quare diabolus induit eis? nec credētes salui fierent, unde ne crederent ait, Cur præcepit uobis Deus, & cætera. & ait Eua. Ne forte moriamur. & ait diabolus Nequaquam moriemini, immo altiori uita viuetis. Scit enim Deus quòd in quacunque hora comederitis ex eo. a. o.u. & eritis sicut dii scientes bonum & malum ac si diceret, Non interdixit hāc uobis Deus pro bono vestro sed suo, nō ex bonitate sed ex inuidia, ne sitis sicut dii. Vidisti malitiā diaboli? certè cum istis tenuit mysterium consilii sui pessimi. secundò Deus exiit seminare tempore Noe, & filiorum eius ad quos pactum habuit & uerbum. De hoc sequitur. Aliud cecidit inter spinas, & simul exortæ spinæ suffocauerunt illud. Quæ sunt spinæ nisi peccata? nam spinæ, quibus coronatur Christus peccata sunt hominum, immo ipsi peccatores uocantur spinæ, unde cœlestis sponsus dum inter homines peccatores uixit, erat sicut

Malitia serpētis.

Spinæ quid.

lilium inter spinas. Dum ergo Deus Noe & filius sui
Gene. 8. loquebatur inter spinas seminabat: eis enim dixit, Sensus & cogitatio humani cordis in malum prona sunt.
Hæ quidem spinæ scilicet sensus & cogitatio in malum prona, simul exorta verbum Dei suffocarunt. Sed quod est verbum? Promiserat Deus se nunquam iterum missurum diluuium, & ipsi huius verbi suffocatores ædificant turrim cuius (inquiunt) culmen ad cœlum usque
Gene. 11. pertingat. His ergo conuenit expositio Christi dicentis. Quod autem in spinis cecidit hi sunt, qui audierunt & a solicitudinibus & diuitiis, & voluptatibus uitę euntes suffocantur & non referunt fructū. Euntes (inquit) suffocantur: nam de filiis Noe dicitur: Ab his dissemina tum est omne genus hominum super uniuersam terram. Isti ergo suffocati per idolatriam, in his fuerunt tria vitia scilicet, superbiæ, solicitudo: dixerunt enim, Celebremus nomen nostrum antequam diuidamur in vniuersas terras. Fuitq; voluptas luxuriæ, ut in Cham & filio eius Chanaan, qui quoniam luxuriosus erat (teste Beroso) uerenda patris irrisit. Fuit & auaritia, ut patet de Nemrod filio Chus filii Cham. Nemrod ergo cœpit esse potens in terra, & spoliare homines Babylon principium regni eius fuit: isti ergo nullū fructum fecerūt. Tertia pars cecidit super petram, & natum aruit, quia non habuit humorem. Hoc fuit quando Deus cœpit le
Lex in lapide cur. gem ueterē promulgare, quam lapideis tabulis scripsit. Exodi. 24. Legem in lapide uoluit scribere Deus propter duritiam cordis eorum, ut & ostenderet punitionem duram, quam consequerentur transgressores de qua dicitur. Si irritam quis faciens legem Moysi & cætera. & Augustinus super illud Psalm. 9. In manibus portabūt te, ait. Nō offendant in lapidē, id est, in legē lapide scriptā, & sine gratia teneantur rei: sed a timore soluātur, per amorē spiritus legē impletēs. Et datur in lapide vt ostēdatur quod Iudæi carnaliter eā intelligūt in profundū ruentes, & terrena tēporaliq; mercede fruētes. Sed hoc semen natū durauit aliquātulum, sed

aruit.

aruit: quia non habuit humorē, ſcilicet gratiæ collatæ: vnde propterea lex data eſt in mōte Oreb, qui & Sinai dicitur & prius interpretatur ſiccitas, poſterius frigiditas. Quæ vtique lapidibus conueniunt, & legi, velut veſtibus Dauid, quæ non calefaciebant eū. Hoc ergo ſic expoſuit Chriſtus, nā quod ſupra petrā, hi ſunt qui cū audierint, cū gaudio ſuſcipiunt verbum: & hi radices non habent, qui a ad tempus credunt, & in tēpore tētationis recedunt. Audiuit enim Synagoga & lætata eſt, cuius gaudium deſcribitur Exodi. 24. tamen radices conſtantiæ ac perſeuerantiæ non habuit, ideo ad tempus crediderunt, & in tēpore tentationis in deſerto receſſerunt à fide, vitulum adorantes. Iam ergo Dei bonitas adhuc uoluit quartò ſeminare, quando perſonaliter venit, & prædicauit Hebræis & tunc terra bona cœpit apparere, vbi fidem trinitatis ſeminauit, ideoq; dicitur triginta collegiſſe, quādo admirabantur omnes in doctrina Dei dicentis, Meſſis quidem multa, operarii autem pauci: rogate ergo dominum meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuam. Dominus autem lætatus eſt cum his triginta & ampliora cupiens. Quintò egreſſus eſt in die Pētecoſtes, nouas linguas verbi adferens nempe igneas, vt ſpinas ſaltem combureret, & factum eſt verbum Domini ad populum, ita vt vno ſermone tria millia crederent, alio quinque millia, & turba ſacerdotum obediebat fidei, vnde collegit ſexaginta duplicans numerum, quia non ſolum inter Iudæos verbum Dei multiplicabatur & creſcebat, verùm etiā in nationes gratia ſpirituſſancti effuſa eſt, mirantibus ex circunciſione fidelibus. Ignitum vehementer verbū Dei ſpinas omnes conſumpſit, quia opes ſuas fideles afferebant pedibus Apoſtolorum, ut terrenis omnibus calcatis, altius aſcenderent. Tunc ignea lex abſtulit ab eis cor lapideum, & dedit eis cor carneum. Et noluit eos manere ſecus viam, ſed poſuit eos ac ſtabiliuit in illo, qui, ait Ioānis decimoquarto cap. Ego ſum via, veritas, & vita. Nos ergo qui ex vtroq; cōſtamus populo, in

Exod. 3.

numero sexagenario computandi venimus, vtinam spiritussancti gratia habens uim verbi, exurat sibi repugnantia. Sexto autem Deus egredietur vt seminet, quando Helias & Enoch aduenerint contra Antichristum, quo interfecto ita verbum crescet quòd fructum habebit centesimum, quando intrabit plenitudo gentium & omnis Israel saluus fiet, & omnes sectæ vnanimiter Deum verum adorabunt. Tunc mysterium totius regni Dei parebit omnibus, quoniam, vt Ioannes ait, Apoc.11. plicè prædicabunt in Hierusalem, & obtenta victoria septimus, id est vltimus angelus tuba canet: Factum est regnum huius mundi & cætera, vide ibi. Mysterium regni diaboli tunc finietur & fraudes eius patebunt. Sic ergo verbum fidei variè seminatum est iuxta ampliorem & ampliorem communicationem bonitatis Dei, quæ tanta est, vt det nobis pro semine etiam suo centuplum in hoc seculo, & in futuro vitam æternã. ad quam nos perducat Christus filius Dei, qui cum Patre, &c.

Sermo Sextus super Euangelium.

THEMA.

Semen cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum.

Inuocatio ad virgineam terram.

Terra mala fuit Eua: at bona terra est Maria, in priore dæmon, in posteriore autem seminauit Deus, quia bona ei visa est? de qua thema sic ait, Semen cecidit, scilicet, ex sinu patris in uterum virginis matris. Est ergo terra nostra, quia Rebeccæ in typo Mariæ dicitur Soror nostra es crescas in mille millia. Fructum autem debet nobiscum diuidere, nam qui seminat in alterius fundo, medietatem contribuit possessori terræ. Nostra hæc dinoscitur terra, dicente Dauid, Dominns dabit benignitatem, & terra nostro dabit fru-

ctum

ctum suum. In fructu seminis Dei est duplex aceruus, quē cōtemplabatur qui dixit: Semel locutus est Deus, scilicet pater in utero Mariæ uerbum suum. Ex quo duo hæc audiui, quia potestas Dei est: Ecce primus. Et tibi domine misericordia. Ecce secundus. Potestatem dixit propter Christi diuinitatem, & misericordiam dixit, propter eius humanitatem. Iā ergo prior aceruus ad patrem pertinet, alter ad nos, qui ex terra processit, immo & manet, quoniam omnem humanitatem nobis necessariam Deus posuit in manus Mariæ, ad quam velut ad terram nostram pro gratia sermonis euntes offeramus, Aue Maria, &c.

Argumentum dicendorum.

NVllum est euidētius propitiationis signum, quā quod accedamus ad Deum, quia tunc indubitāter sequitur, quod ipse nobis appropinquat. q diligentes se diligit, vt filio prodigo ad patrē reuertenti pater eius occurrit, & a longe uidit eum, nam vix propo nis Deo appropinquare. & ecce ipse tibi est velociter ob uius, & propterea vt hanc Dei promptitudinem Christus ostenderet, incipitur Euangelium, Cum turba mul ta, & cætera propeantibus ad se dixit quod ipse vicem rependens exiuit ed eos, non quidem vacuus, sed vt im partiretur eis diuinum semen. quod & si vnum sit, non vno modo fructificat, prout patet in Euangelio quod exponam iuxta varias partes quibus semen cecidit. *Diuisio.*

Ca sus seminis fecit terrā bonā, quia nullius terræ tāta fertilitas, q non indigeat semine bono, vt bene fructificet, eò melius quo semē fuit præstantius. Si nihil seminas, urticas germinat, si autē bonū ei semē inieceris, ortum facit fructum. Huiusmodi est anima hominum, quia si nil ibi semines, adhuc habebis urticas, quas ut impedias optimo semine oportet eam adimplere. Semen autem est verbum Dei, de quo Esaias ait, De Sion exibit lex & verbum Domini de Hierusalem. Eo fœcundius & melius est uerbum seminantis, quo à fœcundiori corde procedit, ex cuius abundantia os loquitur. Ver-

Semē ab alto melius est.

Esa. 2.

bum Christi & eius lex dicitur ex Sion procedere, quæ interpretatur aceruus, & est illa notitia genita in qua
Gen.47. sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei, ex qua emanat ad nos omne semen uerum. Nam propterea Christus designatur in Ioseph, qui famelicis Aegyptiis dixit, Accipite hæc semina & serite agros, ut fruges habere possitis. Ioseph interpretatur augmentum & est filius Dei, cui non satis fuit apud angelos in cœlo seminasse: nam uolens augmenta seminis ampliora in Aegypto mundi habere, egreditur seminare semen suum. Cofinus autem eius semini diuinis est anima Christi, de qua cœlesti sponso dicitur in Canti. Venter tuus sicut aceruus tritici uallatus liliis. Vallata est liliis anima illa & eius memoria: quia nil potest obliuioni tradere, & semen hoc secum defert munditiam nobis conferendam. Sed aduerte quod agricolæ solent præmittere seruos ut terram disponant, & postea ipse agricola personaliter egreditur aut filius eius, ut manu propria seminet abundanter. Sic noster Deus præmisit patriarchas & prophetas, ut mnndum ad legem Euangelicam disponerent. Quoniam unus dixit: Arabimini, & accipietis sementem. Et Esa. quoque dixit, Parate uias Domini, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri. Ioannes etiam uenit ut pararet Domino plebem perfectam. Et oĩa uetera nunciauerũt uerbum quod in mille generationes mandauit Dominus ad Iacob, donec cecidit in Israel. Nam dum seminat ipse Christus aliud cecidit secus uiam usq; audiat. Aures audiendi requiritur spiritualiter intelligentiam excitet: nam cũ Deus spiritus sit, spiritualiter uult intelligi, quæ nobis ingerit. Et clamor Christi altiorem auditum postulat, ut per parabolam rerum terræ ad res cœlestes nos erigat. Turba tamen quoniam adhuc rudis erat, non curabat de intelligentia spirituali: & ideo Apostoli tanquam procuratores turbæ accesserunt ad Iesum ut eis parabolam exponeret. Dominus Iesus in parabolis cœpit loqui, quæ præter id quod ingerunt sensibus aliud

Exiit seminator deus.

In parabolis cur loquitur.

aliud

aliud repræsentant. Sensibus ingerunt res corporeas, spiritui autem cœlestem offerunt disciplinam. Vnde talis modus loquendi conuenit et ipsi Christo, qui dũ nihil loquebatur adhuc rem corpoream.s.seipsum offerebat sen bus: cum tamen intus maior lateret gloria. Christus ergo quædam parabola diuina est, nobis a patre missa: & ideo præceptori sermo subiectus debuit esse parabolicus, quia talia unusquisque loquitur qualis ipse est. Voluit etiam parabolice loqui, ne Scribæ & Pharisæi(qui tulerunt clauem scientiæ)intelligerent: nam hi putabant se omnia callere, cum seipsos ignorarent: Parabola sacra est quoddam speculũ quo sapiens peccator uideat seipsum ad uiuum. Speculum tersum pictis tabulis cooperiri solet, & inscius homo nil putat intus latere, donec aperias ei speculum, quo uideat qualis est. Ignorabat se Dauid, nec nouerat qualis fuerat, obliuisces peccatum maximum quod fecerat. Et ut se ad vnguem cognosceret, misit ei Deus per Nathan prophetam vnum speculum, vnam videlicet parabolã: qua inspecta ilico se vidit & cognouit. Parabola fuit hæc. Duo homines erant in ciuitate vna alter habuit oues & pecora multa sed alius non habuit nisi ouiculam vnam, quam emerat, & pane suo nutrierat. Diuiti aduenit hospes & uolens ei festum facere, pepercit suis, & tulit ouiculam pauperis, qua festum fecit peregrino. Et ne pauper querelam proponeret, addidit vt interficeret eum. Debes nè tu alia promittere rex Israel, tunc Dauid iratus est & ait. Viuit Dominus, quia filius mortis est qui fecit hoc. Id est, sicut verum est ꝙ viuit dominus, verum est ꝙ iste debet morte puniri per me. Seipsum adhuc ignorabat Dauid quando hanc protulit sententiam, tamen ut se in speculo videret, aperuit ei illud Nathã dicẽs. Duo illi hoĩes in eadem ciuitate, tu es & Vrias in eadem plebe, & ciuitate hac. Tibi aduenit peregrinus & hospes carnalis appetitus, quẽ per oculos inuitasti, poteras ei festũ facere cum aliqua ex propriis uxoribus tuis, quibus dimissis abstuli-

Parabola ẽ anima speculũ.

ſti ouiculam vnam.i.vnam ſolam vxorem quã habuit Vrias: & eam emerat ſicut Iacob emit Rachel. Inſuper occidiſti hoĩem pauperem Vriam gladio filiorum Amon. Eccene uides te in ſpeculo parabolico? quid dicis de teipſo? Peccaui (inquit) Domino, ad propriũ me exprimit peccatorem. Ecce igitur fratres cur dominus in parabolis loquitur, quia uult ut noſipſos in eis agnoſcamus. In præſentiarum unam Dei filius parabolam poſuit, qua totius ſynagogæ peccata expreſſit dicens: Deum ſeminat, aliud cecidit ſecus uiam.

Primæ ſeminis pars.

Prima illius populi pars erat Phariſæorum, qui putabant ſe uiã qua cæteri gradirẽtur imitãtes eorũ exempla. Secus iſtas cecidit uerbum Chriſti: quia ei non dederunt locũ ideoq; Paulus ait. Suam uolentes ſtatuere iuſtitiã, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti. Vnde conculcatũ eſt uerbũ Chriſti, quia illud deſperunt, uocando Chriſtũ uoracem & uini potatorẽ. Aues cœli ſunt eorũ ſuperbæ cogitationes, quæ uerbũ Dei comederunt, id eſt, annihilarunt cum deberent illud ruminare: quia ſcriptum eſt, Theſaurus deſiderabilis in ore ſapientis, ſtultus autem deglutit illud. Huic patri cõnuenit expoſitio Chriſti dicentis, Hi ſunt qui audiunt, deinde uenit diabolus nam uos ò Phariſæi ex patre diabolo eſtis, cui locum ẽt, in corde ueſtro dare non dubitatis. Tulit ab eis uerbũ Chriſti, ne credentes ſalui fierent. Nouit enim fidei uerbum ſaluare homines, quia ei dixerat Chriſtus. Amen amen dico uobis, quia ſi quis ſermonẽ meũ ſeruauerit, mortem non uidebit in ęternum. Saluat ergo Chriſti uerbum à morte ęterna.

Secunda pars ſeminis.

Alia ſeminis pars cecidit ſupra petram & natum aruit, quia non habebat humorem. Secunda populi pars uocatur hic petra. & eſt pars ſacerdotum. Scribarumque in lege doctiſſimorum, qui petra uocantur à lege ſcripta in petra quia credita ſunt eis eloquia Dei. Super iſtos cecidit uerbum Chriſti legem Dei exponens, & in principio naſcebatur, quãdo ipſi admirãtes dicebãt. Vſquequo aĩas noſtras tollis? Si tu es Chriſtus

dic

dic nobis palam Tamen aruit, quia non habebant humorem misericordiæ. His conuenit expositio Christi dicentis, Hi cum gaudio suscipiunt verbum; quoniam audiuit & lætata est Sion. Sed ad tempus, scilicet breue credunt, tamen non habentes radices spei & charitatis, recedunt tentationis tempore dicentes, Si dimittimus eum sic, venient Romani & tollent locum nostrum. id est, templum, & gentem quæ nobis seruit tamen recedet à nobis. Hi ergo voluerunt Christum in templo lapidare, tanquam legis & templi destructorem. Tertia huius populi pars erat relquum vulgus, de quo sequitur, Aliud cecidit inter spinas &c. Spinæ erant falsæ & acutæ expositiones Scribarum, de quibus Christus dixit, Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cœlestis eradicabitur. Simul oriebantur spinæ, quia legem ueterem & Euangelium aliqui dicebãt seruandam, & traditiones seniorum, cum solus Christus deberet coli. His cõuenit expositio Christi dicentis, Hi sunt qui à uoluptatibus & solicitudinibus, & uoluptatibus uitæ euntes suffocantur. Hoc fuit quando principes sacerdotum persuaserunt turbis, ut Barrabam dimitterent, Iesum uero perderent inter spinas.

Tertia pars.

Quarta pars.

Quarta vero pars quæ in terra cecidit, reperitur seminata per Christum suscitatum, qui erat apud nouam Ecclesiam per dies quadraginta apparens eis, loquens de regno Dei. Et quare ista creuit tantum? quia verbum Dei corde retinebant. Vbi nota quod semen debet habere duo, scilicet quod sit calefactiuum & viuificatiuum. Sic verbum Christi maxime post resurrectionem. unde cum seminaret in duobus discipulis dixerunt, Nonne cor nostrum ardens erat dum loqueretur in uia? & fuit etiam viuificatiuum quia seipsum Christus uiuificauit a mortuis, & suos per tristitiam ferè mortuos reduxit ad uitam, ut secum uiuerent. Hi sunt ergo qui audientes corde uerbum retinent cum illo qui dixit, In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi. Et retinuerunt illud in patientia

expectantes

expectantes missionem spiritussancti, ut induti uirtute ex alto, possint etiam in patientia martyrii uerbum fidei retinere; ut fructum afferēt multorum populorum ad Christum per eos conuersorum: per quos uerbum Dei ad nos usque deuenit ut fructificet: si tamen abstuleris duritiam cordis tui, & clauseris uiam malis cogitationibus, & spinas diuitiarum eradices. Nam qui denarios ducit secum ex uno regno ad aliud, in quo illa pecunia non currit: necesse est ut eam commutet. Denarii aurei & argenti cæterique in cœlo nihil ualent: quia ibi hæc pecunia non currit, ubi solum ualet misericordia, castitas, cæteræque uirtutes: ideo commutabis opes tuas in usus pios, & misericordias pauperum, eisque peccata tua redimes, ut hic habeas gratiam & in futuro gloriam, quam mihi & uobis præstet Iesus. Amen.

Expositionem literalem super hoc Euangelium, reperies in dominicali nostro satis aptam.

Dominica in Quinquagesima Sermo septimus.

THEMA

Dixerunt autem ei, quod Iesus Nazarenus transiret. Luc. 18.

IN illo tempore: *Assumpsit Iesus duodecim discipulos suos, & ait illis, Ecce ascendimus Hierosolymam, &c.*

Inuocatio ad Mariam uirginem.

Ezec. 16. Transit deus per animā secrete, per Mariā autē clare.

ITA secretus est transitus Domini per animam iusti, q̄ ēt eū latet, quia dominus celauit è me, q̄n ueniat ad me, nā & ueniēs abscondit ipse aduentū suū unde ait Dominus amicæ suæ animæ quærenti illum, Misertus sum tui transiens per te, uidi te conculcari

in ſanguine tuo. Et dixi tibi, Viue. id eſt, dedi tibi uitã gratiæ multiplicatam, quaſi germen agri dedi te. Et ſequitur: Expandi amictum meum ſuper te. Ecce quomodo amictu ſuo celat Deus tranſitum ſuum per animam. Sed quiſpiam quæret. Qualis ſit amictus iſte? Dum Helias eſſet in monte, ac dominus coram eo trãſiret, ille pallio cooperuit ſe, ne uideret dominum. Qui uelut abſconditus tranſibat in Sibillo auræ tenuis ne poſſet percipi. Ergo pallium ſiue amictus iſte quo dominus tegitur humilitas eſt, qua dum tranſit per uiatores, cupit ut auertant oculos ſuos ab eo: & nemo iudicet an amore uel odio dignus ſit. Verum ſi frequenter tranſit per cor noſtrum hoſpes iſte, tantus eſt quod uix poteſt latere. Nam Bernar. ait, Motu cordis ſenſi præſentiam uerbi. Et ſimiliter euntes in Emaus dixerunt: Nonne cor noſtrum ardens erat dum loqueretur in uia? Similiter & ſanctus Dauid ait: Omnia interiora mea dicent, Domine quis ſimilis tui? Cum ergo interiora noſtra Dei tranſitum coniectent recte ait thema. Dixerunt autem ei, ſcilicet animæ deuotæ ꝙ Ieſus Nazarenus tranſiret. Felix qui audit ab intus talia, ſed felicior Maria, quæ etiam ab extra nouit tranſitum Dei per ſeipſam. Per nos tranſit Deus noctu, per Mariam uero meridie ne poſſet ipſa ignorare. Sed adhuc in nobis quaſi tranſiens eſt deus. in ipſa uero & tranſiens & manens, quoniam tranſiens fuit quo ad humanitatem manes autem ſemper eſt. quo ad diuinitatem, unde ipſe dixit, Tranſibo in locum tabernaculi admirabilis uſque ad domum dei. Tabernaculum uirginitate admirabile fuit Maria, quoniam ad tempus deſeruiuit, quãdo in loco ſuo. i. in uentre deum tranſeuntem ad nos ſuſcepit. Domus autem eius eſt anima rationalis, qua ſemper demoratur & manſit unde à tanta inhabitatione domus Dei dici meruit. Ad hanc ergo domum gratiæ dei pleniſſimam tranſeamus cum paſtoribus feſtinanter, ſcilicet ad Bethleem, quæ interpretatur domus panis, uitæ & intellectus, quo illuminari poterunt corda

3 Reg. 19
Eccl. 9.

Moiſes nõ audet reſpicere cõtra dominũ & manu tegitur. Exod. 33.

da

da nostræ si nobis præstet gratiam suam, ob quam humiliter offeramus, Aue Maria,&c.

Argumentum dicendorum.

Fides huius cæci ex quib' perpendi tur.

VErba thematis fratres mei, magnæ virtutis ac magni ponderis sunt, quoniam, vt arbitror, Apostolea, tãquàm magnum quid cæco dixerunt, ac si ei nunciarent vitam æternam propinquam: quod & ipse optime intellexit, dũ illico clamans respondit, Iesu fili Dauid miserere mei. Iam diu cupierat videre Iesum, magnam spem conceperat de eo, immo magnam fidem, quoniam ideo dixit: Iesu fili Dauid miserere mei. Dauid æterni patris figuram tenet, quam cæcus intellexit iã illuminatus: nam & antea clamabat & clamitabat cunctis inuitis: Iesu fili Dauid miserere mei. Cum nos loquimur sanctis & matri Dei, nõ dicimus nisi, ora pro nobis: tamẽ ipsi soli Deo dicimus, sancte pater omnipotens ęterne Deus miserere nobis? Fili redemptor mundi Deus miserere nobis, Spiritussancte Deus miserere nobis. Ecce quomodo hic cæcus Christi diuinitatem credidit, dum eũ tãquam Deũ est allocutus: Dũque absolute petiuit ab eo lumen oculorũ, dũq; Christus non solũ pro eo stetit, ac iussit eũ sibi adduci, sed eius fidem euexit, laudãs eum & dicens: Respice, fides tua te saluum fecit. Dum ergo cæcus tam profundè verba thematis accepit, nos docuit altissimè de ipsis sentire, nam in illo trãsitu saluberrimo, oĩs transitus saluatoris intelligatur. Nõ poterat filius Dei ex trãsitu diuino ad trãsitum mortis ire sine mutatione medii: nã ex diuino trãsitu ad mortalẽ trãsitũ, est quasi deductio ex cõtradictorio in cõtradictoriũ: quia opposita sũt mors & vita: ideo fieri oportuit mediũ trãsitũ humanitatis, vt sic & ad vltimũ deueniret. Triplex est trãsitus: alter diuinus, alter humanus, tertius aũt dr̃ transitus mortis:

Diuisio. de hoc igitur triplici transitu Christi agam in sermone.

Prima pars. Deus est terminus

De transitu loqui non possumus, nisi prius mentionem de termino faciamus: quoniam inter terminum à quo & terminum ad quem versatur terminus. Iá ergo

go pater æternus eſt terminus filio, terminus inquam a quo. & non ad quem ſicut eſt nobis. Nam pater hoī-bus eſt terminus ad quem vltimatè pergunt, ut beati-ficentur in eo, quoniã filius patri loquens dixit: Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te deum uiuum. Ecce q̃uo pater eſt nobis terminus ad quem tendimus vlti-mate beatificandi. Filio aũt pater non eſt terminus ad quem iſto modo, quoniam teſte. Aug. perſonæ diuinę beatificantur in ſemetipſis. Et Scotus in 1. d. 1. q. 2. ſic ait, Pater æternus quietatur in eſſentia ſua, ut eſt iã ſe ipſo, ſimiliter & filius. Vnde & in libro de trinitate ait Aug. Hæc ſancta trinitas nihil maius eſt in tribus per ſonis ſimul nominatis, q̃ in vna qualibet perſona ſemel per ſe dicta, quia vnaqueque perſona plena eſt ſubſtã-tia in ſe. Et ipſe Chriſtus Ioan. 5. ait: Sicut. n. pater ha-bet vitam in ſemetipſo, ſic dedit & filio vitam habere in ſemetipſo. Ecce igitur q̃uo pater æternus aliter eſt nobis vltimatus terminus & aliter filio, quia ei eſt ter-minus a quo nobis, autem eſt terminus ad quem tẽdi-mus vltimatè, Sed quia omnis qui procedit a termino a quo, videtur prætendere terminum ad quem, patet: quia natura non incipit motum quem terminare non põt. 2. Metha. & 6. Phyſi. in fine. Progreſſus aũt filii a patre naturalis eſt, ergo conſummatur. Ideo in-quirendum eſt quem terminum prætendat filius Dei, quo vadat, quorſum dirigat actus ſuos. Scimus equi-dem quòd in diuinis ſunt vię, de quib. Propheta dixit: Cõtriti ſunt mõtes ſeculi, incuruati sũt colles mundi ab itineribus æternitatis eius. Mõtes ſeculi ſunt Ange-li mali: colles mũdi ſunt philoſophi, qui hoc archanum minimè inuenerunt. Tamen dũ dicit Propheta itinera æternitatis, implicare cõtradictionẽ videtur: nã æterni tas iuxta noīs interpretationẽ eſt extra terminos, vbi non ſunt termini, nec itinera poſſunt inueniri: tamen loquitur propheta more noſtro qui res ineffabiles ad os noſtrũ reducimus. In his ergo itinerib. æternitatis filius Dei tendit in ſpiritũ ſanctum, ſed quiſpiam dicet,
quòd

quòd ſicut pate: nõ eſt terminus vltimatus filii (vt pro bauimus) ſic nec ſpiritus ſanctus, pari ratione, quod ego equidem fateor, tamen pro reſponſione nota, quòd duplex eſt terminus, primus eſt terminus gloriæ: ſecundus eſt terminus operationis diuinæ ad intra, & iſto ſecundo modo ſpiritus ſanctus eſt terminus patris & filii, non autem primo modo, quia ſicut filius non beatificatur formaliter in patre, ſic nec in ſpiritu ſancto. H. autem aduerte, quòd modo non loquimur de beatitudine animæ Chriſti, qua quis vniatur filio, non minus beatificatur in patre. Sed loquimur de ipſo filio in diuinis, qui habet pro termino ſuæ infinitæ operationis ſpiritum ſanctum, quia vltra filius non procedit, nec in diuinis eſt vlterior proceſſio. Dicitur etiam terminus diuinarum perſonarum ſpiritus ſanctus, quoniam in eo diuinus amor ad ſummum impletur. Si voluntas non quieſcit donec ſatietur amore, cum non dicam ſpiritum ſanctum terminum diuinarũ perſonarum, cum in eo theſaurizent infinitum amorem ſuum? Item ratione bonitatis, nam vltimum, quod quæritur, eſt ipſa quæ attribuitur ſpiritu ſancto. De hoc igitur tranſitu quo filius dei à patre in ſpiritum ſanctum trãſit, omni populo Chriſtiano ait thema: Dixerunt autem ei, quòd Ieſus Nazarenus tranſiret. Sed qui dicunt nobis de Ieſu noſtro tam diuinum tranſitum, qui nunquam terminatur, & ſemper vniformiter permanet? Prophetæ quidem & patriarchæ ac fides, quoniam Moyſes loquens

Gene. 5. de apparitione dei, ad primum patriarcham Abraham

Pſalm .2. ait, Apparuit lampas ignis tranſiens inter diuiſiones illas, & in illo die pepigit Dominus fœdus cum Abraham. Et propheta Dauid ait, Ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo. Flius a thalamo, ſcilicet pectore patris, procedit ſponſus.i.infinito accenſus amore, ut producat ſpiritum ſanctum, idoque viſus eſt prius tanquam lampas ignis tranſiens inter diuiſiones ſacrificij, de hoc etiam tranſitu exponi poteſt illud E-

Eſa.30. ſaiæ, Erit tranſitu virge fundatus, quam requieſcere faciet

ciet dominus super eum in tympanis & citharis. Virga uirtutis paternæ substantiæ est filius Dei missus ex Siō quod interpretatur specula, nam dum paternus intellectus speculatur diuinam essentiam ex illa subliminate procedit hæc virga quę fundatur in patre, quoniam Esaias dixit Erit transitus uirgæ fundatus. Transit autem super spiritum sanctum producendum, vt amor diuinus laetetur ideoque Esaias addidit, Quam requiescere faciet Dominus scilicet pater, super eum, scilicet spiritumsanctum, quoniam à patre filioque procedit lætissime, ideoque in tympanis & citharis De hac etiam virga propheta dixit. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet & requiescet super eum spiritus Domini &c. Iesse interpretatur ens vel existens, & est pater æternus qui per se subsistit, virga diuina est filius a radice suæ substantiæ procedens, a quibus spiritus sanctus egreditur, vnde propterea sequitur, Et flos de radice eius ascendet. De radice ac de virga procedi flos quia de patre & filio prodiit spiritus sanctus, de cuius donis, tanquam de bonis odoribus, sequitur. Requiescet super eum spiritus domini spiritus sapientiæ &c. Si ergo æternaliter procedit a filio dei flos, etiam ab æterno potuit uocare Nazarenus id est, floribus. quoniam & angelis fuit odor vitæ in uitam, habuitque pullulantem florem spiritumsanctum, de cuiuus fructibus dictum Spiritus scientiæ & pietatis vsque ad septem spiritus, qu in conspectu throni eius sunt. Sed quoniam in hoc diuino transitu filius Dei memor fuit nostri, ait sapientia Dei, Attingit ergo a fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter A fine vsque ad finem, a patre vsque ad spiritum sanctum attingit id est, comprehendit, ubi fortiter operatur per amorem, quia fortis est plus quàm mors dilectio illa diuina, qua deus se dilexit, nos etiam (quanuis minus) dilexit, nam ideo additur, & disponit omnia suauiter, illic Iesus filius Dei disposuit omnia prædestinationis mysteria velut in transitu. Primum autem opus quod

Esa. 11.

Sap. 8.

quod facere decreuit, secundum Scotum, est negocium incarnationis, primum inquam primitate dignitatis de quo immediatè subinfertur. Hanc amaui & exquisiui a iuuentute mea, quæsiui in sponsam mihi eam assumere, & amator factus sum formæ illius. Generositatem illius glorificat &c. hæc dicuntur de humanitate a quam assumendam sibi in vnitatem personæ transiuit ad nos filius Dei. Signanter autem dixit, Amator factus sum formæ illius, Forma hominis est anima rationalis, cuius amator factus est filius Dei, vt generositatem illius glorificaret. Et qui in cœlo haberet contubernium Dei, haberet in terra conturbernium hominis. Hunc ergo transitum incarnationis figurat præsens Euangelium, super quo Gregorius ait. Cæcus quippe est genus humanum, quod in parente primo a paradisi gaudiis expulsum &c. Lege Homeliam & pondera, Cum appropinquaret Hierico, quantum appropinquauit verbum ad carnem, ita vt caro fieret. Sed quare? ut homines carnales transirent ad verbum carnem factum. ò igitur cur nos non transimus ad deum cum ob hoc ipse tanto labore transiuit ad nos? quid valet peregrinos detinere? transitoria detinent transeuntes. O fratris mei cur non uidetis qualiter transit mundus & concupiscentia eius? transeunt cœli, & secum ducunt annos nostros, transeunt anni, & secum ducunt vitam nostram, transit tempus, & secum fert profectum nostrum. Quid spectatis? fortè cæci estis, tamen oculos quos culpa claudit nunc in inferno pœna aperiet, vt cum damnatis dicamus. Quid nobis profuit superbia vitæ, aut diui.iact. quid con. nobis? omnia illa transierunt tanquam vmbra, quæ. f. detinere solet viatores, ne peragant viam suam quam cœperunt. O quantus dolor erit videre ex inferno transisse Iesum, transisse tempus miserendi eius, transisse dies meritum & fructuum. Certè dicemus cum beato Iob. Transierunt tanquam naues poma portantes, & nũc odor bonus cruciat nos. Nam in inferno plus torquebunt malos amissa bona, quàm

Incarnatio est primũ opus intẽtũ ad extra.

Cur non trãsimus ad deum.

quam præſentia mala, vt ait Scotus in quarto loquens de eorum pœna damni. Nos miſeri nunc minimè trãſi mus, ſed cadimus, quia in via morum niſi vadas de vir tute, in uirtutem, ſemper cadis, nam ex vitio vitiũ caſus eſt, nõ proceſſus, nam propterea dicitur, ꝙ dato vno in conuenienti multa ſequuntur. Et cũ propheta Dauid velit loqui de peccatorum ſequela dixit, Abyſſus abyſſum inuocat, quia caſus trahit caſum, peccatum trahit peccatum, quia dæmones laqueum parauerunt pedibus meis, ne procedam ſed cadam multiplici caſu, iuxta illud, Cadent in retiaculo eius peccatores. Dum auis plus ambulat in laqueo, plus cadit, Rete dicitur peccatorũ progreſſus, quia ex laqueo in laqueum cadimus. Patet hoc euidẽter, quia homo ſatur & vinolẽtus cadit in peccatũ gulæ, exinde in peccatũ ignorãtiæ, quia gula & crapula grauat intellectu. Ex hoc incidit in luxuriam, & ut amicam defendat, incidit in ſuperbiam, vt ſuperbiã protegat, incidit in iram, cum ira cadit in rapinam, cum rapina in ludum, cum ludo in blaſphemiã, cum blaſphemia in deſperationem, cum deſperatione in contemptum Dei, cum contemptu Dei cadit in profundum malorum. Ecce quomodo cadimus è malo in peſſimum quanuis omnia dicant nobis, ꝙ Ieſus Nazarenus, id eſt floridus, tranſiret in fructus optimos, vt patet in Epiſtola vbi oſtenditur charitatis Dei progreſſus ad omne bonum. In primo iam ergo trãſitu nouimus quis ſit Ieſus in ſeipſo.

Peccatũ non eſt tranſitus ſed caſus

De humano tranſitu & gratijs Chriſti ſermo octauus.

IN priori tranſitu filius Dei cõprehẽſor erat, ſed nũc in poſteriori fit viator, vt q̃ velut in tranſitu ab ęter no diſpoſuerat, effectui mãcipẽtur. Sed quemadmodũ prior tranſitus ſ. diuinus, ordinatur ad Deũ, ſic iſte humanus ordinat ad homines, q̃a ꝑꝑ nos homines, & ꝑꝑ noſtrã ſalutẽ deſcẽdit de cęlis. Ecce quãtus trãſitus, tamẽ in hoc etiã mirabilis eſt trãſitus iſte, ꝙ ſicut in diuinis filius trãſiẽs à patre in ſpiritũ ſanctũ, ſemper manet in patre, ſic tranſiens ad nos ſemper manet in ſua

Secũdus tranſitus qui ẽ humanus, de cuius fructibus nunc agitur.

 deitate,

deitate: quoniam veniens ad nostra minime amisit sua sicut patet in sole qui manens in cœlo, terram visitat & subterranea. Sed vnum aduertite, quia sicut filius Dei in diuinis non detinetur in se quin transeat ad spiritum sanctum, sic iam humanus in se nõ valuit detineri quin transiret totus ad nos. Nam si detineretur, hoc esset propter se, quia egeret se aut egeret suis. O rem mirabilem quia Iesus Nazarenus non eget se? Antea dicebatur Deo, quoniam bonorum nostrorum non eget, nunc autem dico vobis quòd filius Dei non eget se, nec rebus suis. Ad quid tendit hæc ratio fratres, nisi vt det nobis Iesus omnia sua? vt simus plantati secus decursus aquarum & gratiarum eius? Ita sanè, quia dum suis non eget meritis, nobis illa præstabit: & dum hoc fecerit purus transitus erit ad nos: vnde audiat quod de eo scriptum sit: Non dabit Deo placationem suam, & pretium redemptionis animæ suæ, & laborabit in æternum: Ecce quomodo nullo indiget Christus, nec placatione, quia mediator noster non eget mediatore, nec pretio redemptionis: quia redemptor noster non eget redemptore, quia est inter mortuos liber ab omnibus his. Ergo de labore æterno, id est, æternali præmio digno, quid faciet nisi illum mittat, & ad nos vsque destinet! Gaudete fratres, quoniam Iesus Nazarenus transit ad nos, quia ipse dixit: Sicut aquæductus exiui de Paradiso, id est, de Maria matre mea, & dixit, Rigabo horum &c. vsque ad mare. Aquæductus est Christus, non ab alio trahens aquas meritorum quàm à se, & sic abundanter eas destinat ad nos, vt non minus laboret in applicatione quàm in acquisitione earum. Ad hoc enim ascendit Hierosolymam hodie, transiens per tam asperas vias, vt maiora nobis acquirat. Et ad hoc iubet cæcum sibi adduci, vt ei aptet meritum suum, immo toti mundo uoluit aptare illud, quia cum prolixius oraret, dixit patri suo. Transfer calicem hunc à me, fac o pater vt meritum passionis meæ ad meos transeat, prout illis qui mihi prodesse non potest,

Psal. 48.

Eccl. 24.

teſt, quo ego non egeo, deſeruiat illis, quoniam ſcriptum eſt, Calix in manu Domini &c. vſque bibent omnes peccatores terræ. In manu ſua eum habet quia paratū omnibus dari. Et quanuis calix ſit vnus, ex eo bibere poſſunt omnes peccatores terræ, vt fiant ſancti cœli. Nam aquæ ductus iſte exiuit à Paradiſo cœleſti, vt nos omnes deferat illuc per aquas gratiæ ſuæ, quarum plures diuiſiones ſunt, vnde aduerte, quòd ſicut in magno cœnobio vnus aquæductus omnibus deſeruit, ſic etiam in eccleſia Dei, vnus atque idem aquæductus per varias officinas deriuatus, plura habet officia, ſic noſter multa toti Eccleſiæ confert beneficia. Aquæductus in atrio, ſiue in parte exteriori deriuatur ad aquanda iumēta & pecora. In clauſtro ante Oſtium refectorij pro comedentiū manibus abluendis, in infirmaria ad refocillandos infirmos, in coquina ad cibos præparandos, intus in refectorio ad potandum, in ſacrario ad pallas, vrceolos, & vaſa Eccleſiæ mundanda, intus in Eccleſia ad ipſius altaris miniſterium. Nos autē ſcimus, quòd omnes virtutes noſtræ, ſiue opera virtutum arida ſunt, & gratiæ irriguo carent. Sunt enim tanquam ciſternæ quę continere ex ſe aquas non valent, vt dicit Hiere. & tanquam fontes ſine aquis, & ſicut canales aridi: vnde oſſibus aridis comparantur. Et Eſa. opera noſtra comparat pannis menſtruatæ. verbi gratia, quid eſt paupertas in mundo hoc? Odibile bonū vbi mores, quia vt aiunt, melius eſt mori quàm indigere. Immò & Sapiens ait. Fili, in tempore vitæ tuæ ne indigeas, melius enim eſt mori quàm indigere. Ad literam hoc videmus in prauis ac furibus. Veniat ergo nunc aquæductus & irriget torrentem ſpinarum & tumulos ſabuli oriētalis, id eſt, corda miſerorum & pauperum, quia ſtatim audiamus, Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnū cœlorum. Iſta eſt emiſſio noſtri aquæductus in media curia expoſita omnibus, ſicut canales vbi Iacob adaquabat greges. Itē ſcimus, quod amicitia huius mundi inimica eſt Deo, & tamen quoddam bonū eſt, & multum ma-

Fons cœ nobij.

Hiere. 2.
Ezec.
Eſa. 64.

Eccl. 40.
8. modis influit in animā gratia Chriſti, iuxta 8. beatitudines.
Iacob. 4.

gnificata a philoſophis antiquis tamen Paulus ait. Si diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, nihil prodeſt mihi. Propterea veniat à Chriſto ſpiritus pietatis,& deſcendat in hunc ſiccum fontem, & audiemus.Beati mittes quoniam ipſi poſſidebunt terram. Hic eſt riuus ille,qui ſemper debet eſſe ad refectorium, ad manus abluendas comedentium : ſecundum illud

Luc. 10. Lucæ, Date eleemoſynam , & omnia munda erunt vobis.Tertia autem deriuatio aquæductus noſtri ſit ad infirmos. vbi eſt domus luctus ? ad quem melius eſt ire q̃ ad domum conuiuij?ſed quid eſt triſtitia ſeculi mortem operans,niſi mors in olla?propterea veniat ſpiritus ſcientiæ,apponens cum ſcientia dolorẽ, & cum dolore ſcientiam,& infundat phialam ſuam in hunc canalem, & audiemus ſtatim:Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Hic eſt riuus qui influit infirmariam, qui proprie videtur ſignificari per aquæductum, qui influebat

Iob. 13. Bethullam:quæ interpretatur domus dolens Domino.

1.Cor.13 Itẽ dicit Iob, Quare lacero carnes meas dentibus meis, &c. & Apoſtolus ait, Si tradidero corpus meum ita vt

Aquędu-ctus uarius. ardeam, nihil ſum. Propterea veniat gratia Ieſu Chriſti & effundat phialam ſuam in hunc canalem, & audiemus:Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniã ipſi ſaturabuntur. Hæc deductio aquæductus dirigit in coquinã, vbi lacerantur carnes vt fiant hoſtiæ acceptabiles Deo placentes. Iſti enim ſunt viri virtutum qui lacerant carnes ſuas dẽtibus ſuis, vti Iob faciebat: iſti ſunt eſuriẽtes ac ſitiẽtes iuſtitiã, iſti trãſmutati in melius vt habeat capillos aquilarũ.i. cogitationes nobiles & magnificas,& vngues auiũ generoſarũ,id eſt, motus iraſcibilis acutiſſimos, & ad omnem carnalitatẽ lacerandam promptiſſimos. Item multi homines miſericordes vocantur:ſed ſi linguis hominũ loquar(ait paulus) & angelorũ, charitatem autem non habeam fructus ſum velut

Septem dona ſpiritus ſancti. æs ſonans.nam talibus dicit Iob: Conſolatores oneroſi eſtis vos:veniat igitur noſtri aquæ ductus in fluentia, & declinans ad nos audiemus.Beati miſericordes, quoniã

miſeri-

misericordiam consequentur, nam si arborem resfrigerat ros, si verbum est plus quam datum Eccle. 17. quia sicut aqua frigida animæ sitienti, sic boni amici consiliis anima dulcoratur. Et hic est ille fons frigidus qui in modo refectorii fratribus propinatur, itē quid sine charitate Christi ualeat corporis castitas scitis. Quid est enim nisi uirgo fatua, uel uacua lampas? Veniat ergo Christi gratia, prosiliat in sacrarium pectoris ad emundanda omnia uasa Domini, omnes uires animæ, & sensus corporis, & audiemus, Beati mundo corde, quoniā ipsi Deum videbunt. Item quid iuuat pacem habere exterius si intra nos serpens corrodens cor lateat, iuxta illud Senecę, Quid prodest totius religionis silentium si affectus fremunt? ideo veniat pax, & requiescat homo interius in cubili suo. Veniat spiritus principalis Christi & confirmet cor, ut sic spiritus sapientiæ qui exuperat omnem sensum ad custodiendum cor, & intelligentiam quamobrem audiemus: Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Et hic est fons ille qui in ipso calice influit aquam suam, ibi enim est purpura regis canalibus iuncta, quoniam à Christo exiuit sanguis & aqua, vnde Ioannes ait. Tres sunt qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis. Septē spiritus dixit Esaias Super Christum requieuisse, quibus plenus erat, ita vt de plenitudine eius accipiant pauperes spiritū timoris, vt vere fiāt pauperes spiritu, diuites mūdi accipiant spiritum pietatis, qui ad oīa ualet. Tristes aūt lugētes & qui sunt in angustia constituti, accipiant spiritū scientiæ qua dirigāt Deo calamitates suas, Laborātes in operibus arduis pęnitentię accipiāt spiritū fortitudinis ut maiora conuolent. Doctores aūt accipiāt spiritum consilii, quò discant in terris sapientiam, quę secum permaneat in cœlis. Cœlibus aūt ac virgines accipiant spiritū intellectus, ut sint integerrimi corpore & spiritu interiori. Cōtēplatores autē & qui in delitiis animæ versantur, accipiant spiritum sapientiæ ut sapiāt quæ dietatis sunt quoniā per hęc septē dona quę Chri-

Dona Christus confert
1. Ioan. 4.
Esaiæ 11.

sto emanant beatificamur: & per ea ecce ascendim Hierosolymam: ideoque charitas Christi adducitur epistola præsenti, quæ diffusa est per Christum ad transeuntem quotidie.

De transitu mortis sermo nonus super Euangelium.

Trāsitus ad unionem Dei per mortem Christi sicut per fel Thobias uidit.

Vidimus in secunda parte quantum fructum att lit transitus humanitatis Christi, nunc videam transitum mortis eius, qua fructum aptatum & col tum scimus, quia ibi nouimus quanti meriti erat Christus, & quanti valoris Iesus Nazarenus, qui moriens tam æternam efficaciter promisit, quasi fructum transitus sui, qui dum transiret ex hoc mundo ad patrē oēs nos vellet secum afferre. Nam propterea incipit Euāgelium: Assumpsit Iesus &c. in toto agitur de morte Domini, quæ dicitur transitus propter ambages bus peruenit, & propter passus ipsius passionis. Ad supernam ergo Hierusalem transiuit dn̄s per Pilatum per flagella, & per cætera improperia donec appropinquaret Iericho, vbi cæcus quidam sedebat secus viam di. &c. narra literam, pro cuius altiori expositione aduerte, ꝙ Iericho interpretatur odor eius, & est crux redēptoris quæ ait: Quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris. Electam se uocat, ne tu eam voces amaram, quia per electionem spontaneā Christi facta est dulcis myrrha quamuis naturaliter esset amara, quoniam amor gentis eam fecit vt suauis esset etiam oībus martyribus, quæ odorem dietatis emittit Est enim aliis odor vitæ in vitam. I his qui credunt resurrectionem, & aliis odor mortis in mortem scilicet his qui solūmodo credunt Christi mortem. Nemo quippe ad vitam æternam peruenit, nisi odore crucis, quæ Christo resurgente resurrexit, atque cum eo canit. Nos autem surreximus & erecti sumus. Odor ergo Christi in quē oēs currimus, est crux, in qua ipse tantum redolet, ꝙ etiā mortui sentiun odosem eius, quoniam propter hunc multa corpora sanctorum qui dormierant, surrexerunt. Hunc odorem sensit bonus latro, de quo mystice sequitur

Odor Christi est crux. Eccl. 24.

quitur in præſenti euangelio. Dum appropinquaret Ie richo cæcus quidam ſedebat ſecus uiam mendicans. Tantum appropinquauit cruci vt fieret idem ferè cum ea, nam Chriſtiani omnes per crucem communiter intelligunt Chriſtum crucifixum. Ipſa etiam ei appropinquauit, adeo ut vſque hodie per quinque vulnera beata permaneat in Chriſti corpore, nam vulnera ſunt modo crucis diſpoſita, Sic ergo redolet in cruce deus, vt ipſa crux diuina adoratione colatur. Primus, qui crucem coluit, eſt felix ille latro, qui dicitur ſediſſe ſecus viam mendicans. Via quippe cœli eſt ipſa paſſio quæ propter iuſtitiam accepta, beatos reddit eos qui patiũtur in ea, quorum primus fuit Chriſtus ipſo dicente, Oportuit Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam. Via ergo altiſſimæ glorię, de qua incipitur Euangeliũ, Ecce aſcendimus Hieroſolymam. ſ. cœleſtem, eſt paſſio in qua Chriſtus erat ſolus, nam cùm cœli via ſit pati pro iuſtitia, longe à via ſedit, qui impatienter patitur quod meretur, ſecus viam ſedit. qui patienter fert pœnam debitam ſibi. In via uerò ſedit qui æquanimiter ſuſtinet, quod non meruit, vt bonus ille latro qui dicebat ſocio, Nos quidem digna factis recipimus iſti qui dignam iudicant pœnam pro ſuis ſceleribus inflictam, faciunt ex neceſſitate virtutem, ex morte ſacrificium. De altero ergo latrone non fit mentio, quia lõge eſt ab arcta via, quæ ducit ad uitam. Erat etiã ſecus viam. i. ſecus mortem, quæ dicitur via vniuerſæ carnis. Hic ergo bonus latro cæcus dicitur, non tantum propterea ꝙ figuram tenet primi hominis, & cuiuslibet peccatoris ſaluandi, ſed quia conuitiabatur primum Chriſto, vt ait Hierony. & Chriſoſt. ut intelligatur magna gratia ſubitæ mutationis. Et addit Hieron. quòd in eo præceſſit figura gentilis populi, qui cum primo Chriſtum illuſiſſet, nunc iã conuerſus non ceſſat exprobrare alteri latroni. i. Iudaico populo. Ad idem facit illud Hilarii, qui ait. Bene hic dicitur cæcus quidam, quoniã vnicus eſt ille latro, nec multos tales leges. Erat ergo

Via cœli eſt ꝑ crucem manu dextra.

Triplex eſt patiẽdi modus

cæcus latro ſecus viam,& mendicabat dicens, Salua te metipſum & nos,ſed irridebat.Tamen cum audit turbā prætereuntē,intelligit,quid hoc eſſet.Ex vna n.parte audiebat prætereuntes qui blaſphemabāt Chriſtū,mouētes capita ſua,ex alia turbam mulierum lamentantium Chriſtum,ex alia vero audit fragores vniuerſi, qui erant quaſi turbæ prætereūtis,cùm terra mota eſt,& petræ ſciſſæ &c.ideo interrogabat cęcum quęrens,& quaſi attendebat quos Deus adiuuaret.Et uidit ꝙ cum mulieribus lamentantibus lamentatus eſt orbis. Vnde ſecū aiebat, Si iſte eſt bonus,cur blaſphematur? Si malus, cur deploratur ēt ab oībus creaturis? Dixerunt autē ei ꝙ Ieſus Nazarenus tranſiret.i.quod ille qui per mortē trāſibat ſaluator erat & floridus,& innocens, ita ut nihil mali fecerit.Qui dixerunt hoc ei?certè ipſi qui Chriſtum crucifixerunt dum iuſſu Pilati poſuerunt cauſam Chriſto ſcriptam,Ieſus Nazarenus rex Iudæorum, qui titulus non parum latronem mouit ad petendum à rege fauorem in ſuo regno,quia ipſe audierat quod regnum Chriſti non erat ex hoc mūdo, & legebat ipſum eſſe vere regem. Et hoc ēt omnes creaturæ latroni dixerunt,& præcipue diuinæ perſonæ hoc intus ei in corde inſpirantes,unde ait Aug.Quis illum docebat, niſi qui iuxta illum pendebat? ideo ergo clamat, Ieſu filii Dauid miſerere mei, dum ait, Memento mei Domine dum ueneris in regnum tuum. Et licet qui præibant increpabant eū vt taceret,ipſe tamen multo magis clamabat.Qui ſunt qui præibant,niſi cæci & duces cæcorum Scribæ & Phariſæi, qui ipſo facto quo Chriſtum irridebant,latronem vt taceret increpabant? Ac ſi ei dicerent,in peccatis natus es totus,& tu doces nos? audi tamen altius qui ſint præeuntes. Præeunt.n.in nobis ſenſus noſtri,ex quibus intellectiua notitia abſtrahitur.Et re vera ſi tu album dicas nigrū,increpabit te oculus tuus,ſi dulce dicas amarum,increpabit te guſtus,& quia oē quod exterius in Chriſto tunc apparuit, deſpecti hominis erat indigne nil maieſtatis oſtendens: ideo qui

Latronis fides.

Sēſus noſtri præeunt.

qui præibant, increpabant eum. At fides qua creditur, quod non videtur, eum faciebat multò magis clamare, adeo ut latronem alterum argueret, quòd Deum non timeret. Clamabat ergo, Miserere mei, licet.n. semel legatur vocaliter dixisse, Memento mei Domine, quis tamẽ dubitet ex quo in eo fuit lumen fidei, hanc intus in corde orationem pluries orasse? sed audi quàm benignus est Dominus, stans.n. Iesus iussit illum duci ad se. Quid hoc est? magnum mysterium. Stabat Iesus fixus velut alter sol in medio cœli donec perfectè vinceret Iosue. Stabat non depressus passionibus, non pusillanimis, sed crucem ipsam reputans quasi imperii cathedrã, ex qua regnum Dei promittebat. Item stabat, quia vitam suã dilatabat, donec omnia consumarentur dicta per prophetas de filio hominis, nam reuera eius teneritudine attenta ante moreretur. Item stabat, licet inclinatus & humiliatus, tamen stetit quoniam de ipso dicitur in Psal. Dixit vt disperderet eos si non Moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius, vt auerteret iram eius ne disperderet eos. Super hoc ait Bernard. sermone 56. super Canti. Quoniam modo quæso Moyses stetit in confractione, quemadmodum inquam, aut stetit si confractus est, aut si stetit quomodo confractus est? at ego ostendo tibi qui vere stetit in cõfractione. Ego alium noui neminem nisi Dominum meum Iesum, qui certe in morte viuebant, qui corpore fractus in cruce, diuinitate stabat cum patre, in vno nobiscum supplicans, in altero cum patre propinquans. Et stabat post parietem dum quod iacebat in illo, manifestum erat in carne, & quod stabat in ipso, quasi post carnem latebat. Sane vnus idemque homo manifestus & Deus absconditus. Hæc ille, ex quibus scies quid est in cruce stare Iesum. Stat ergo magna auctoritate in sede crucis, non minori quàm stabit in sede maiestatis suæ dicẽs, Venite benedicti patris mei, quia eadẽ dixit, hodie mecũ eris in paradiso. Stat ergo Dominus & iussit illũ duci ad se.i.fieri de sua familia, & cũm sui supplicii noua

Stat Christus.

Humiliatus autẽ exaltatus sum.

Psal. 105.

Crux est sedes.

Christi

Christi confessione mutari in causam martyris, vt d
gnatus est iste in armigero Saulis, & in armigero Io
thæ, quorum primus vna in monte Gelboe voluit o
cumbere cum domino suo, Et alter manibus & pe
bus reptās sequebatur dominum suum. Et ergo cu
iste bonus latro affectu & corde appropinquasset Ie
quasi membrum ad caput suum interrogat eum d
cens, Quid vis vt faciam tibi? quasi dicat mendicas ia
liberationem tuam à patibulo, ut antea cum videre
me noluisse à cruce descendere? at ille dixit, Domin
vt uideam. Credidi namque te ex auditu, nec tame
hucusque vidi maiestatem tuam, da, vt videam. O f
dem eximiam, per quam datum est ei vt respicere?
Confestim enim dimisso corporis pallio vidit, & sequ
batur Christum ad lymbum in quem Christus pri
mortuus præcesserat, magnificans Deum præ cæteri
quoniam à maiori periculo magnifice liberatus est.
Nec solus iste latro in facto suo Deum magnificabat,
sed omnes alii sancti cum eo, de quo sequitur in calc
præsentis Euangelii, omnis autem plens ut vidit, dedi
laudem Deo Omnis plebs sanctorum patrum, quæ i
erat cum Domino Iesu, vt vidit latronem aduentant
post ipsum, dedit laudem Deo, quòd tam copiosa esset
eius magnificentia & redemptio, vt latroni cœlum dei
tatis aperiret. Dicebat ergo bonus latro sanctis patri-
bus: Magnificante dominum mecum, & exaltemus no-
men eius in idipsum. Exquisiui Dominum & exaudi-
uit me, & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me
&c. Nos igitur fratres qui & latrones sumus diuinum
sæpe surripientes honorem, sequamur boni latronis ve
stigia, qui videns quod Iesus transiret, perrexit cum
eo de morte ad uitam gloriæ, quam mihi & vobis præ
stet ipse Iesus. Amen.

Si ex inuocatione, vbi quæritur, an quis possit scire
se esse in statu gratiæ, volueris concionari, nota quòd
illud nemo scit an odio vel amore dignus sit, est fal-
sum, prout communiter intelligitur, quia concubina-
rius

rius & vsurarius se sciunt dignos odio & indignos diuino amore,tamen verus intellectus illius dicti est, ꝙ nemo scit se dignum amore prædestinationis, aut odio præsciti,& propterea Salomon Eccle.6.addidit.Sed omnia in futurum seruantur incerta. Verum adhuc nescimus nos dignos amore præsentis iustitiæ animam iustificante. quia si dixerimus ꝙ peccatum nō habemus, ipsi nos seducimus,& veritas in nobis non est.

Feria quarta in capite ieiunij, sermo decimus super Euangelium.

THEMA

Vbi est thesaurus tuus,ibi & cor tuum. Matth. 6.

IN illo tempore Dixit Iesus discipulis suis,Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes.&c.

Inuocatio ad Mariam virginem, Trinitatem in terra thesaurizantem.

SI thesauri regum difficiliter inueniuntur, thesauros dei vix erit qui reperiat, attamen in sententia præassumpta modum dedit quo eos inueniamus,quia inuento loco cordis eius ibi sunt thesauri sui, nam & se inclusit dum dixit.Vbi est thesaurus tuus, ibi & cor tuum.Sed vbi,ò bone Deus, est cor tuum, vbi nam erit nisi in matre sua? Si amica Sampsonis gloriabatur dicens Aperuit mihi cor suum, quare Mariæ non erit cor Dei? Hæc suo amore meruit cor eius, ut iugiter possideat illud,quoniam ipse dixit. Permaneant oculi mei,& cor meum ibi cunctis diebus. Oculi ducuntur amore,per oculos autem cor egreditur. Verba illa dicta sunt ad literam de domo Dei,quam Salomon fecit. 2.Par.7.
Ma-

Mariam verò sapientia ædificauit sibi domum, quàm sicut & aliam fecit ærarium commune. ad eam. n. non solum rex Dauid, sed & Salomon & cunctus populus Israel adduxerunt theusauros suos vt seruarentur ibi. Tamen adhuc sublati sunt, sed Maria locus quidem securus vbi nec fures, nec linea, nec aliquid mali est, nam si erugo est originale, & tinea veniale, & fur mortale peccatum, omnibus caret Maria, quæ ideo ita seruat sibi credita, vt pater Deus cor suum vsque in sempiternum ei tradiderit. Filius autem ibi posuit personam suam, vno crine ligauit cor patris, personam autem filii carne sua deuixit. Spiritus autem sanctus ibi reposuit dona sua, quia super flore cuius fructus est Christus requieuit spiritus Domini, spiritus sapientiæ &c. O beatam virginem ærarium totius trinitatis? nam si Iudith ponitur inter Holoferni thesauros, in te reconditi sunt thesauri Dei, ac thesauri angelorum, quorum perfectionibus refulges, quia omnis lapis preciosus operimentum tuum. Felix qui habet aliquid in ærario isto, quoniam Ioan. Apocalyp. 21. ait. Afferent gloriam & honorem gentium in illam. Nos autem fratres quia pauperes sumus nimis, vel orationē angelicam reponamus ibi, vt gratiam virginis acquiramus, dicentes genibus flexis, Aue Maria.

Trinitas in Maria thesaurizat

Argumentum super totum Euangelium.

Duo necessaria mercator

DVo sunt mercatori summe necessaria, rerū extimatio, vt sciat earum pretiū. Secundò aūt opus hēt scire locum ad quē res debeat trāsmittere, quoniā plus veneunt in vno quàm in alio loco. Iam ergo alterum horum sciebat ille de quo dicitur? Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit hō, abscondit, & p̄ gaudio illius uadit & uendit vniuersa quæ habet, & emit agrū i lū. Iste quippe nouerat pretium agri huius thesaurū cōtinētis, ideoq; oībus expositis eum emit. Alterum ex prædictis sciebat illa sapiens

mer-

mercatrix, quæ nauigio institoris confertur: de qua dicitur, Procul & de ultimis finibus pretium eius. Nam hæc ad fines exremos transmittens sua, lucrabatur plurimum: ita ei diceretur, Multæ filiæ congregauerunt sibi diuitias, tu uero supergressa es uniuersas. Ecce igitur duo mercatori necessaria scitu. Christus aut dum cœlum peteret diuisis talentis dixit suis. Negociamini dum uenio. Sed ne quis dicat se negociari nescire, docet illos in præsenti Euangelio illa duo: nam in priori Euangelii parte docet nos quis & quantus sit noster thesaurus usque ibi, qui uidet in abscondito reddet tibi. In posteriori deinceps parte docet nos locum tutissimum depositionis quo debet seruari dicens, Thesaurizate uobis thesaurum in cœlo &c. finis autē istorum duorum est ut cor nostrum sit cum deo, sit cum corde Christi. unde ait thema, Vbi est thesaurus tuus, ibi & cur tuum. De his duobus agam in sermonis partibus. Prou. 31.

Quamuis ante incarnationem. Deus fecisset homines in pœnam peccati fossores, dicens patri eorū, In sudore uultus tui uescerls pane tuo: tamen iam post incarnationem quasi pœnam remittens eis misertus consilium quietæ contemplationis proposuit dicens: Considerate uolatilia cœli quō non serunt neque nent, & pater uester pascit illa. Et ut innueret quatenus noster Christianismus potius, immo & omnino stat in animæ industria, q̃ in uiribus corporis: dixit, Simile est regnum cœlorum homini nobili abeunti in regionem longinquam, interea tamen uocauit suos eisq; talenta diuisit dicens, Negotiamini dum uenio. Ecce quō nos oēs fecit negotiatores, quoniam ad negotiationem potior industria requiritur quam ad fossionē, quamquam altera fit cum sudore uultus: altera uero cum sudore cordis: Negotiatio autem quæ altior est, altiorem & anxionem requirit industriam liberi arbitrii: quarta uero debeat esse nostra negociatio, ibi ostendit Dominus ubi dixit: Acquirite primo regnum Dei, & iustitiam eius. Negociator indiget pecunia cui debet

Diuisio prior pars.

Luca 19. Christus nō fossores sed mercatores fecit suos.

bet addere operam. Pecunia nostra est fides, nos ac per opera consentanea lucremur merita. De oper. ad fidem pertinentibus quibus & primò debemu corpore subdito thesaurizaret: primum est ieiun. quo diuites facti sunt homines Dei. Quod autem ie nium ad fidem pertineat, patet: quia si quis ob gu. exulat, & Deum suum ieiunasse credit, & se per iei Christi redemptum credit, consequens est vt & ipse iunet: quia sacris ieiunijs anima ditatur, sicut ali comessationibus corpus infirmatur. Si ego tibi dic. quòd ieiunium est nobis thesaurus, fortè non cre res, ideo audi Salomonem dicentem. Thesaurus del. rabilis & oleum, in habitaculo iusti: imprudens ho dissipabit illud. Vobis fratres qui iustiores me estis detur desideratus thesaurus iste, postquam tot fest lætitias fecistis heri & nudiustertius, propter immine tem quadragesimam quam (vt verum fatear) ego p cul esse velim. Sed forsitan vos in lætitia illa occur ei, de qua dicitur. Exierunt obuiam venienti, excipie tes eum cum coronis & lampadibus, ducentes cho. in tympanis & tybijs: nec tamen ista facientes feroci tem eius mitigare potuerunt. Ex metu hæc lætitia pr cessit, nos autem solum Deum timeamus nostri iei nij ducem, qui preciosum fecit illud, nam sicut loque de perfectione Christiana dixit. Quis volens turrim æd ficare &c. Turrim vocat perfectionem Christi, & com putare expensas, dicit Gregorius & alii, quod est ici pauperibus dare, sic ego dico thesaurum ieiunium quamuis non sit entitas positiua, quia de hoc Apost lus Paulus ait. Portamus thesaurum in vasis fictilibus Et quis est thesaurus corporum nostrorum? quia esuri mus (inquit) & sitimus, & nudi sumus. Ecce fratres mei thesaurum, cui debet iungi oleum deuotionis ad caput vnguendum. Sed imprudens Lutheranus dissipat quod diximus, quia non amat veras diuitias, aut im prudens homo est hypocrita, de quo etiam in præsen ti cauetur Euangelio, nam iste dissipat totum quod ho-

Prou.21.

Iudith.3.

Ieiuniũ est thesaurus noster.

hominibus vendit, cum Deus postea non velit vendita emere. Quòd autem ieiunium sit thesaurus in corpore, vel per illud potest probari. Qui corporali ieiunio vitia comprimis mentem eleuas, virtutem largiris & præmia. In his verbis, vt notat beatus Bernardinus, tres actus ierarchios tactosq; reperies: quia pium ieiunium imago est angelicæ vitæ, qui solo inuisibili vtuntur cibo. Dum ergo ieiunas piè, similis es angelis: dum aũt comedis qđ sufficit, es similis iumentis: nam si deuoras, iam dæmonibus similis iudicaris, animas peccatorum deuorantibus, nam dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absque vllo termino. Infernus est venter diaboli, anima inferni est edendi animas cupido, immo & corpora gulosorum deuorat assa flammis, vt patet in illo qui epulabatur quotidie splendide, nam hic sepultus in inferno dixit, Crucior in hac flamma, & serpentes igniti deuorant in deserto gulosos. Igitur os inferni est gula, ob quam dicitur, Sepulchrum patens est guttur eorum, in hoc sepulchro est gulosus sepultus. Immo vir gulosus est deterior inferno, quia ille non deuorat nisi apta sibi, gulosus autem quæcunque deglutit. De commendatione huius thesauri aduertè primò ab antiquitate, vt patet in horto delitiarũ vbi non licebat omnibus in cibum vti. Secundò à benedictione illa, beati qui nunc esuritis, quia saturabimini. Tertiò autem à contrario suo, scilicet gula, quæ sicut est ianua vitiorum, sic ieiunium est ianua virtutum, ebrius ad omnia mala promptus est, ieiunus autem ad omnia bona. Quartò à datione legum, quia a ieiunio incipiunt omnes res, & spiritus sanctus non datur nisi ieiunis. Quintò, ab exterminatione hostium, quia plures vincit ieiunium quàm cibus, vt patet in Saule, Iudith, & Iosaphat, & Deum vincit, vt patet in Niniuitis, & rege Achab. Sextò, fundatur exemplo Christi & sanctorum. Septimò, commendatur gratia miraculi potentiæ diuinæ, nam Deus virtutum plus iuuit virtutem ieiunandi, vt patet in Moyse & Helia, qui

Ieiuniũ est uita angelica

Ieiuniũ est thesaurus bis quater præciosus.

qui miraculo adiuti quadraginta diebus & noctibus iunarunt. Octauo autem humili ministerio angeli nam angeli fugiunt edaces, ministrant ieiunantibus. De hoc ergo tam commendabili thesauro sit no cura quoniam Christus ait. Cum ieiunatis. quasi di plurimum uacatis ingluuiæ: cum autem mente mu ta in melius ieiunatis scilicet integre & totaliter omni specie mala uos abstinetis: tunc nolite fieri sic hypocritæ tristes. Noluit sapientia Christi aliquid ieiunii authoritate dicere, quasi per se notum reliqu quod deberemus ieiunare. Quemadmodum quando amore loquutus est, ait: Diliges proximum tuum sic teipsum: ubi præsupposuit quasi per se notum qu vnusquisque seipsum diligat, & sic præsupponit, qu ieiunare debemus: quia est naturale refugium peccat rum, sicut & est primum & salubrius remedium inf mitatum. Modum autem perscripsit dicens Nolite fi ri sicut hypocritæ tristes. i. non fiat voluntarie qu naturaliter sequitur, nam ieiunio annexa est tristiti sed væ nobis dum eam præuenimus, tam abunde pr mo cœnantes, & in eodem die comedentes, ieiuniiq iura violantes per collationem, vt non possit subseq tristitia. Denique contra ipsam rem videtur, si ieiuna tes nolumus esurire: cum de Christo etiam miraculo se ieiunante dicatur, Postea esuriit. Thesaurus ieiun ponderosus est & grauis ad portandum in corpore no stro, famem adducit, & tristitiam animo ingerit, quæ il co ex fame sequitur, sicut ex gula dissolutio garrul se. Vnde Christus tristitiam non interdixit, sed hyp critalem: dum ait. Nolite fieri sicut hypocritæ tristes quasi dicat, velitis fieri sicut apostoli tristes, nam d istis sic alibi dixit, Venient autem dies cum aufere ab ei. sponsus. & tunc ieiunabunt. Ecce nunc tristiti ieiunium adiungitur, quis nanque non tristabitur e amicis dum sponsus abest? tunc sane omnes ieiunan Hic notat Rupertus abbas quod quemadmodum iei nia antiquorum ac eorum tristitia piissima erant, o

Qualitas boni ieiunii.

Matth. 9.

id

id quia Christus aberat, vt patet in Daniele qui ait, Posui faciem meam ad Dominum Deum meum rogare,& deprecari in ieiuniis, &c. & sequitur. Ne moreris propter teipsum deus meus, &c. & sequitur, Ecce vir Gabriel, &c. iste & alii prophetæ orantes ieiunabant quia Christus non venerat. Apostoli autem eo in cœlũ assumpto similiter ieiunabant, quia non aderat, nos autem horum tristitiæ participes simus postquam ob peccata nostra Christo caremus. Nam si carentes salute ieiunant,& tristantur, cur nos non similiter postquã Iesu caremus qui salus interpretatur? vtinã fruerẽtur hac tristitia de qua dixit apost. Quę secundum Deum est tristitia salutem operatur. Nolite ergo fieri sicut hypocritæ tristes, sed sicut Apostoli & prophetæ qui gratia Christi ieiunantes erant tristes,ut veniret ad lętificandum eos. Qui autem hãc tristitiam ostentãt & oculis ingerunt quid aliud faciunt quàm thesaurum Dei hominibus vendere? quid aliud quàm Margaritas exponere pedibus? quid aliud quàm (uti fecit Ezechias) arcana templi ostendere Babylonis? Cũ Ioan. in Apo. describeret pulchritudinem Hierusalem dixit. Et fundamenta muri ciuitatis omni lapide precioso ornata. Volens Deus suam decorare ciuitatem ornamenta posuit quò videri non possent, scilicet in fundamento nõ alio quàm humanitatis. Sed væ ostentatoribus. Quidnam dicam de istis uenalem habent sanctitatem thesauri Dei, nisi illud Psal. Deus dissipabit ossa (i. virtutes) eorum qui hominibus placent. confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos, immo nil verius potest dici quam id quod sequi in Euangelio. Exterminant enim facies suas ut appareant hominibus ieiunantes. Exterminare est extra terminos ut exulem facere. Duo sunt termini nostri cœlum.s.& terra, alter est terminus animæ, alter vero corporis de quibus dixit Sapiẽs. Reuertatur puluis in terrã suã, & spiritus redeat ad Deũ q. dedit illũ. Extra hos terminos proiicit faciẽ suã hypocrita dũ hoĩbus placet, q. a Deo hominibus quasi sophisticus, nõ

Daniel.9

Bona tristitia est Apostolica.

Duo termini cœlũ & terra.

solum uerbis sed operibus odibilis est, Sunt enim ali qua uitia quæ saltem hominibus prauis placen', Hypocrisis tamen nulli placet, nec alteri. quia cum nemo decipi vellet, omnes eam declinant, de cœlo dicitur, Spiritussanctus disciplinæ effugiet fictum. De terra veri dicitur, Simulator ore decipit amicum suum. Simulator autem opere seipsum decipit dum mentita est iniquitas sibi. Ammon per hypocrisin decepit Thamar sororem suam simulans se infirmum & famelicũ. 2. Re 13. & Greg. super id Iob. 17. quæ est spes hypocritæ si auare rapiat, sic ait, Hyprocrita qui Latine dicitur simulator est auarus, raptor, qui dum iniqua agen. cupit de sanctitate venerari, laudem uitæ rapit alienæ. Hypocrita sophisticatum vendit aurum, ideo uili pretio dat fictum thesaurum, & tenetur ad restitutionem mercedis acceptæ quia per deceptionem non transfertur verum dominum, nam qui diuina uendit, iniustum acquirit pretium, de quo in Euan. sequitur. Amen dico uobis receperunt mercedem suam. Iurat Deus ac de præterito loquitur, quoniam de hac mercede nihil remanet quia gaudium hypocritæ instar puncti, qui omni dimensione caret. Nobis autem ponderandum est eum Christo: Si is qui bona operatur pro mundo, utpote ieiunare, & orare, perdit mercedem, is qui ea bona fingit quæ ea omnino prætermittit, & solum mentitur ea, quid habebit? is qui bona illa pro mundo agit, dicitur hypocrita & perdit mercedem, fingens uero ea vt Micol quando finxit quod erat Dauid in lecto suo, lucratur infernum, ubi, cum similibus dicet, Quid nobis profuit superbia vitæ &c. Superbia vitæ est præsumptio sanctitatis. Reiecto igitur ficte ieiunante quasi auro ficto, de uero ieiunante sequitur in Euangelio. Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum & faciem tuam laua. Hoc mandato uidetur Deus homines ieiunantes in conuiuas eligere. Dauid enim cum uidisset unctum caput suum, dixit Deo. Impinguasti in oleo caput meũ, & calix meus inebrians quàm præclarus est

Hypocrita tristis fuit Ammon.

Hypocrita lætus fuit Ioab contra amasam. ideo peior 2. Re. 20.

psalm. 11.

para-

parasti in conspectu meo mensam (scilicet ieiunii) aduersus eos qui tribulant me. Sed hoc Christi mandatum habet multiplicem sensum, primus est literalis, quem si bene intelligas, sciēs qualiter esse debeas hypocrita Dei, sicut. n. est inuidia sancta, de qua dicitur. Aemulor enim uos Dei ęmulatione, aut illud. Aemulamini charismata meliora, & est superbia sancta, vt illa. Genus Dei cum simus, &c. sic ēt est hypocrisis sancta de qua dicitur, Tu autem cum ieiunas, unge caput tuum & faciem tuā laua. i. finge opposita hominis ieiunantis epulas finge quando Deo ieiunas. quia unctio & lotio epulæ, non ieiunii signa sunt. Vnde Chryso. ait. Per aggerationem intelligenda sunt ista, tanquam si dicat. Sic longe te facere debes ab ostentatione ieiunii tui, ut si potest fieri quod non decet etiam ea facias, quę ex aduerso luxuriæ & epulationis uidentur esse indicia. Hæc ille. Hic nota quòd ut narrat Hier. in uitis patrum Quidā hypocrita Dei heremicultor noctu ueniebat in vrbē, & dato pretio intrabat ꝓstibulum, in quo præsente meretrice flagellabat scapulas suas flebat & orabat pro illa. Sic plures conuertit, donec una earū cæteras irritauit in illū. Tunc ergo hypocrita Dei eris, cū letāter feceris ea quæ naturaliter afferunt tristitiā. Secundò aūt sic exponētur illa uerba, Caput est mens. impinguasti in oleo caput meum. Facies aūt quæ omnibus patet iudicanda, est conuersatio exterior, deuotio ergo sit in mente, & munditia in conuersatione, quia tunc optime ieiunabis. Tertio sic Caput est Christus, facies autem per quam ab eo cognoscimur, est fides. Vnge Christū compassione tā diri ieiunii sui, quod pro te passus est, laua fidem tuam maxime à luto Lutheri. Quartò sic. Caput est intentio, facies aūt qua Deū videbis est cor, vnge intentionē Dei amore, & eris cū illis. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. Quinto sic, In te caput est illud quod sublimius de te existimas, facies autem est carnis infirmitas, quam omnes uident. Caput ergo cinere unge, quia excellēs debes tegere hu-

Hypocrita Dei quomodo sis.

Caput & facies q̄d est.

 militate,

Cõditiones boni ieiunii.

militate, & tunc dabit tibi Deus coronam pro cinere. Faciem laua.i. Carnalem fragilitatem absterge. Sextò, Chrys. etiam dicit quod in lotione est ablutio mali & in vnctione est additio boni. Omnibus his adminiculis ornatur ieiunium preciosissimum. Tamen prima expositio plus facit ac literam sequentem, qua dicitur. Ne uidearis hominibus ieiunãs, sed patri tuo qui est in abscondito. Tempore quo Christus hæc dixit, hypocrisis sic uigebat, ut omnia benefacta oculis hominum paterent, quibus ut hypocritæ placerent, aliquando plura bona simulabant, vnde oportuit Christum eos docere potius bona dissimulare, quam ea simulare, tamẽ si Christus hic in Flãdria prędicaret, vbi nec vel ficta sunt bona opera, nã oẽs peccata sua sicut Sodoma prædicauerũt, ideo expediret ut saltem per hypochrisim mala opera vestra sicut verenda absconderetis, ne esset publica concubina, nec fœnus nec prodigalitas, nec gula, nec rapina, nec ludus taxillorum. Tamen hic docet saluator, quod si volumus thesaurũ bonorũ operũ vendere, non eũ hominibus ostendamus? quia parũ aut nihil pro illo conferent nobis, sed patri nostro qui manet in penetralibus. Si aurum & gemmas venales non ostenderes nisi perito & empturo quidem uiro, nec ut cunque empturo sed condigne soluenti, cur thesaurum quem in agro corporis tui debes abscondere, ostendis nisi deo ultra condignum reddituro? dedignatur Deus emere quod semel alteri uenditum est, quia quemadmodũ videns mulierem ad concupiscendũ eam iã mœchatus est cum ea in corde suo, sic ostendens thesaurũ bonorum operum ut aliquid uanæ gloriæ acquirat, veram perdidit, nam oculi carnei spiritualia commaculant. Genus simoniæ videtur dum opus bonum exponitur commodo temporali. Ne igitur hoc fiat, Christus patrẽ suũ emptorẽ cupidum huius thesauri nobis offert dicens. Pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. In patulo quoq; oculi domini contẽplãtur bonos & malos tamẽ dicit se in abscondito solũ emere, quia non

Cui debet uendere.

Luce indiget uẽditio.

vult

vult sibi vendenda alijs ostendi. Vnum tamen dissimile aduerte, quia rerum temporalium venditores dum in occulto vendunt, fallere satagunt. Nam & in venditione qui agit fraudem, odit lucem, ne arguãtur deceptiones eius. Emptor etiã in propatulo cupit videre, quod emit, quoniam scriptũ est. Gustauit & vidit, quia bona est negotiatio eius. Non solum gustauit in abscondito, sed etiam vidit in propatulo vt bona, idest, sine fraude negotiatio eius esset. Quomodo ergo Deus vult emere in occulto? primò dicimus quod Deus vult decipi (vt si venderes puellæ quam velles coniugem lucrari) Nonne deciperetur emptor si daret pro aliqua re in triplò quam valet? Deus autem dat centuplũ & vitã æternam vt cor nostrum acquirat sibi. Secundò respondetur, quòd Deus nil facit in obscuro, sicut nec sol qui sẽ per diem habet. Quod ergo est apud homines occultũ, est apud Deum magis lucidum vt patet in beata virgine, quæ dum ederet filium, abscondit eum in præsepio, tamen erga Deum ita erat notus partus eius, quod canentibus angelis claritas Dei pastores circunfulsit, videt ergo Deus in occulto, idest, in humilitate. Tertio autem respondeo, quòd vult Deus in occulto emere bona opera suorum, quia ea occulto extimat iudicio, vnde sicut eius rectissima iustitia ob gulam hominis primi exulem fecit eum, & ob illum esum dentes filiorum stupescunt, sic Dei maxima misericordia occulta condescensione, decernit homines Christianos ob ieiunium in cœlum reducere, nã eis dicitur, Beati qui nũc esuritis, quia saturabimini. Credas ergo ꝙ de ieiunio possumus dicere, Nescit homo pretium eius, ideo Deus uidet illud in occulto. Nullus ergo hæreticorum parui faciat ieiũnium tuũ, quia Deus illud tanquã dilectũ vult in abscõdito videre, & tãquã cupidus emptor. Tãtũ ergo est huius thesauri pretiũ, ꝙ nemo intra deũ poterit illud tibi soluere, ideo solus pater tuus q. videt in abscõdito reddet tibi. Sed q d reddet? tria superius dixit, scilicet, vt ieiunes, Secundò, vt caput vngas. Tertiò,

Cur Deus vult opera occultari.

Præmiũ ieiunãtis ẽ triplex,

vt faciem abluas,sic in cœlo dabit tria: quoniam ablutioni faciei dabitur uisio:unctioni capitis,cineritiæ,dabitur corona pro cinere:vbi notatur tentio, quia corona fine caret, ieiunio autem dabitur fruitio. Satiabor cum apparuerit gloria tua.

De loco thesauri sermo undecimus.

IN posteriori Euangelij parte docet Christus locum vbi nobis thesaurizandum est,dicens Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi erugo & tinea &c. Prius exclusit terrā per eā intelligens quicquid sub cœlo est,ut intellexit,vbi dixit: Si terrena dixi vobis, & nō creditis,qūo si dixero vobis cœlestia credetis? Loquebatur Christus aliquando & aerea, & aquea, & subterranea,& quæ ad corpus nostrum pertinent, omnia tamen vocat terrena. Iam ergo iubet ne thesaurizemus sub cœlo: superbi nanque thesaurizant in aere ambulantes in mirabilibus super se. Quid nanque est ambitio,nisi aer?aer oīa ambit,& circuit fremens: ambitio aūt hinc inde perquirit qualiter possit honores thesaurizare. Nam de quodam superbo dicitur: Effraim pascit ventos. Effraim interpretatur crescens, quia eo nato dixit mater eius,Crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ Nam & pauperes aliquando inuadit ambitio. Et pascit uentos qui non satiant, sed inflant:tamen felix qui cum Dauid ait, Domine non est exaltatum cor meum &c. Plinius scribit de quodam dracone alato,qui magno æstu laborans, volat in velum nauis proximæ aliquando quia ibi abundat uentus. Et dū se ingerit.rupto velo nauim submergit. Sic sane non raro euenit in ecclesia Dei,cuius velum est dignitas, quā superbus appetens & obtinens, submergitur Ecclesiæ nauis, quam ideo Christus humilibus piscatoribus, & non alta sapientibus tradidit, vnde inter Apostolos genere humilior, & officio fuit Petrus. Igitur prudentiæ tuæ pone modum,& altiora te ne quæsieris.

Cor superbum est in aere.

Ose.12.
Gen.41.

In aere thesaurizant qui auibus cœli ludūt.

Aua-

Auarus autem in terra theſaurizat, vti fecerat ille qui cum horrea ſua impleuiſſet, cogitãs in craſtinum, volebat ea deſtruere & ampliare. Cum aũt ad libitum cuncta multiplicarẽtur, dixit ſibi in lecto ſuo. Aĩa mea habes multa bona repoſita in annos plurimos, gaude. Tunc audiuit uocẽ dicentẽ, ſtulte, hac nocte expetent aĩam tuam à te, quæ autem congregaſti, cuius erunt?

Luxurioſus theſaurizat apud meretrices, ut ille qui non ſaturabatur ſiliquis porcorum, ut meretrici ſuæ reliquum ſeruaret, donec cõſumpſit ſubſtãtiam ſuam viuẽdo luxurioſe. Hic & ſi nitidus incedebat, tamẽ paſcebat porcos.i.procos, quia vmbræ protegunt umbrã de qua dixit Iob. Oculus adulteri obſeruat caliginem. Deniq; nox nocti indicat ſcĩam laſciuiæ, & proci erga procos expendunt, & erga puellas comptas, quibus feſta hyſt ionum celebrant, quas & veſtiunt duplicibus, & aureis iocalibus ornant, ac ſi eſſent ſimilitudo templi ita circumornatæ incedunt. Theſaurum deniq; expendunt cùm puellis, cum pauperibus nihil. vnde dicitur.3.Eſdr.4.Cùm furtum fecerit, & fraudes, & rapinas, amabili ſuæ adfert. Guloſus autem in corpore ſuo theſaurizare videtur, vt ille qui epulabatur quoti die ſplendide indutus purpura & byſſo. De ſimili dicitur. Omnis labor hoĩs in ore eius, nam quicquid lucratur, deuorat, nec remanet quicquam de cibis eius. Eſau tãtum ſic theſaurizauit, vt pro vili edulio primo genita venderet, Et Eua mater noſtra pro vno pomo dedit ſe diabolo. Quid plura? nonne quotidie hoĩes in conuiuio exponunt indicium & ſenſum ſuum? Quid eſt hoc niſi in vino theſaurizare? Adhuc & alij deterius theſaurizant, cùm de prædictis malis pœnitentiã renuunt facere, nam viri impęnitentes in inferno iuxta beatum Paulum theſaurizant, dicentem. An ignoras ꝙ benignitas Dei ad pęnitentiam te adducit? Secundum autẽ duritiam tuam, & impęnitens cor, theſaurizas tibi iram in die iræ. Dies irę eſt dies damnationis perpetuæ, quo reuelabuntur theſauri impieta-

Luxu a erga puellas condit.

Ebrius theſaurizat in uino.

Ro.2.

tis malorum operum,cōtra eos qui in damnum suum coacceruarunt diuitias prauas, quæ sunt demerita hominum malorum. Ne igitur contingat istud, consulit dominus Deus,ne sub cœlo thesaurizes,& causam subdit dicens,Vbi ęrugo & tinea demolitur,& vbi fures effodiunt & furantur.Hęc tria mala vbiq; reperiuntur & omni peccato insunt,quia ærugo est destructio similitudinis Dei,& inductio similitudinis diaboli, quā peccatum ingerit animę, iuxta illud, Abominabiles facti sunt sicut ea quæ dilexerunt. Tinea est vermis cōscientiæ,quē remorsum uocamus,quia vermis eorum non morietur.Fures sunt mali habitus,qui merita furātur. Hi dicuntur effodere & furari,quia benefacta demoliūtur,& bene facienda impediunt, nam male habituatus non expedite, sed cum tædio operatur. Deus autem hilarem diligit operarium. Ob tria mala hæc subditur, Thesaurizate aūt vobis thesauros in cœlo, & cætera. Hoc dicit propter patrem nostrum qui est in cęlis, cupiēs augere filiorum bona,qui dat immeritis & prodigis filijs, libētius eis custodiet apposita, & supererogata,vt custodiuit dicēti: Scio cui credidi, & certus sum: quia potens est depositum meum seruare.Cæteri non possunt seruare bona nostra,sed corrumpere ac perdere. Nam propterea dicit propheta in persona Dei thesaurizantibus terrę. Seminastis multū, & intulistis parū,comedistis,& nō estis satiati:bibistis, & nō estis inebriati,operuistis vos,& nō estis calefacti,& qui merces cōgregauit,misit eas in sacculum pertusum. Vnde saccus ruptus, est totus mundus,qui uersus infernū habet foramen. In cęlo igitur thesaurizate, vbi non est ærugo,nec tinea, nec fur,sed pater, & filius, & spiritussanctus,qui adaugent.custodiunt, & ab oī corruptione seruant bona commissa sibi. Patri anima nostra cōmittat orationes,filio aūt humanato corpus nostrum deferat ieiunium, res aūt familiaris eleemosynam suam spirituisancto committat, ex istis nanq; tribus est thesaurizandum nobis. Nā qui sub cęlo thesaurizant, non sibi,

Tria peccati mala.

Mundus est perforatus.

Tria bona nostra.

ſed alijs reponunt, unde propterea Chriſtus dixit, Theſaurizate vobis theſauros in cęlo, non theſaurizetis ærugini, nec tineæ, nec furibus in terra, ſed vobiſipſis in cęlo, nam theſaurus terrę ſecum perdit cor domini ſui, quia illud terrenũ & corruptibile facit cęlum aũt facit cor cœleſte & incorruptibile, vnde, vbi eſt theſaurus tuus, ibi & cor tuum. ſ. conformabitur, quia in ſimilem formam mutatur. Igitur fratres, ponite corda ueſtra in virtute eius, in latere ſaluatoris theſaurizate, quia ibi cęlum noſtrũ eſt. ad ſinũ noſtri Abrahæ, ducite veſtra deſideria, quia propterea ipſe Ieſus aperuit nobis cor ſuum, & illud, ſicut cęlum apertũ. Apoſtolis oſtendit, vt ibi manus bonorũ operũ mitterent. Sed quia de theſauro ieiunij eſt in hodierno Euangelio præcipua mentio, exclamare libet. O virtutem inæſtimabilem, quæ in terris apud mortales homines. Preconia boni ieiunij.

Angelicam ſimilitudinem inducis, qua ieiunantes dicunt. Noſtra conuerſatio in cœlis eſt.

Benedictionem Dei obtines, qui panes & piſces pro ieiunis benedixit hominibus.

Crimina futura præuenis, quia Paulus dixit, Caſtigo corpus meum, ſcilicet per ieiunium, ne ipſe reprobus efficiar.

Deum reddis nobis propitium, qui ieiunis mẽtibus ſe offert, nam eſurientes implet bonis.

Eſuriem Dei generas, nam boni ieiunatores eſuriũt & ſitiunt iuſtitiam Dei.

Fugas dæmones, quia eſt quoddam genus eorũ, qui non eiiciuntur niſi ieiunio & oratione.

Gratiam Dei nos inuenire facis, qui ieiunio compaſſus miſit angelum Heliæ cum pane & aqua.

Humilitatẽ adducis, quia propheta dixit: Humiliaui in ieiunio animam meam.

Ioannem Baptiſtam decoraſti, qui venit laudatus a Chriſto, non manducans neque bibens.

Laudabiles ẽt facis ethnicos homines, quia viri Niniuitæ ieiunantes laudantur a Chriſto.

Miſeri-

Misericoreiam Dei obtines, ut paret in rege Achab qui per ieiunium auertit mala sibi a domino dicta.

Nubes aperis tempore siccitatis, vt in Helia, qui ieiunans cœlestem pluuiam obtinuit.

Orationem ualde iuuas, quia teste angelo Thobiæ, bona est oratio cum ieiunio.

Patriæ toti subuenis, quia Iudith per totum annum ieiunans, liberat patriam suam.

Quietem uitiorum tenes, quæ sicut per gulam intrant, per ieiunium expulsam patiuntur.

Regnum corporis nostri redigis sub animæ potestate, nam quidam dixit, Castigo corpus meum, & in seruitutem, scilicet spiritus redigo, castigat enim ieiuniũ insolentias.

Sepulchrum quo vitia sepeliuntur, & pereunt dicente Dauid. Anima mea sicut terra sine aqua tibi, id est, ieiuna, quia sitit ad te Deum fontem viuum.

Terram expellis a corde, quia ieiunus uir cor solũ habet in cœlo pro quo ieiunat.

Victoriam omnem acquiris & vires administras, vt patet in filijs Israel, qui secundo uicti ieiunarunt, & deinceps tertio bello vicerunt uictores suos Philistæos.

Christus noluit vincere dæmonem, nisi ieiunando, ut nos etiam sic faceremus.

Infusionem Spiritussancti adducit in Apostolos ieiunium, & nos ad epulas ęternas introducet, quoniam Helias & Moses montem ascensuri, ieiunarunt. Et Christus in monte ieiunis conuiuium exhibuit, quod nunc dat per gratiam & in futuro per gloriam, quã mihi & uobis præstet Iesus. Amen.

Super istud Euangelium perfectè scripsit Chrysostomus in suo opere imperfecto, & Simõ de Cassia, & Rupertus Abbas.

Fe-

Feria quinta post cineres, Sermo duodecimus super Euangelium.

T H E M A.

Domine nõ sum dignus ut intres sub tectum meum, sed tantum dic uerbo, & sanabitur puer meus. Matth.8.

IN *illo tempore: Cum introisset Iesus Capharnaum, accessit ad eum Centurio. &c.*

Inuocatio ad Mariam virginem.

PRædicator, animæ tectum intrare non potest, nec eius verbo sanatur animus, propter impotentiam prædicantis, vnde philosopho teste, ars imitatũ naturam inquantum potest, quasi dicat, non petas ab ea, nisi quãdam imitationem seu trãslationem, aut picturam exteriorem, ad intus verò nõ attingit, nam si à pictoris arte requiras, vt Mariæ imaginem peragat, solũ exteriora depinget bene, non autem virtutes eius, nec animæ gratiam, iam ergo prædicator, pictor solummodo est uerbi Dei. Sermo diuinus imago dei est, imago inquam bonitatis eius. Imago Christi & Mariæ, sermo Dei est calamo linguæ depicta, oculisque audientium obiecta, non tamen eam exarat pictor iste, nisi inquantum potest, non ad intus, nec in anima eam exprimit, non eam facit viuam per gratiam, nec virtutes mouentem, sed solum imaginem ad extra depingit coloribus rhetoricis compositam, prout facultas suppetit. Quam ob rem opus est, ut causa superior apponat manum adiutricem, iuxta illud Sapientis. Imago enim est, & opus est ei adiutorium, scilicet gratiæ Dei, quæ dat uim verbo, vitamque sermoni ministrat, inspirans in faciẽ id est, in notitiam eius spiraculum vitæ, vt fiat sermo

Gratiæ penuriã supplet Maria.

Sap.1

in

in animam viuentem i.vt viuere faciat audientis animã. Alias autem quid erit nisi figmentum quoddam ex limo solummodo compactũ? Quemadmodum.n. Adam ex terra formatus ad nihilum valebat, nisi ei desuper aduenisset gratia Spiritussancti, sic noster sermo terreus erit atque materialis: quia qui de terra est, de terra loquitur: nisi adueniat vita gratiæ mouens sermonis artus & partes, vt ẽt animã valeat penetrare Sed quia Maria verbigena est huius gratiæ mater, ei nos committentes genibus flexis offeramus, Aue.

Argumentum dicendorum.

QVoniam literalem huius Euangelij sensum alibi exploratum habetis, nunc immorandum est nobis circa eius allegorias quæ ad fidem pertinent, fide nanque & opere adhærendũ est Euangelio, & cuicũque mysterio eius, vbi sunt credenda intus, operandaque foris: quamuis & ipsa fides opus sit, immanens tamen, & hominibus ignotum: nisi ad extra resplendeat in effectu, qui propterea (vt arbitror) dici solet opus transiens: quoniam per illum à cæteris cognoscimur in eorum notitiã transeuntes. Per fidem autem cordis ab omnipotenti Deo solummodo cognoscimur, quia homo videt ea quæ apparent: Deus aũt intuetur cor, maximè si fide ornatum sit. Alioquin fugit ab eo, ita vt dicatur incredulos non agnoscere, qui de notitia indigni sunt vt ait Origenes. Si autem credant & conuertantur, non solum cognoscuntur, & approbantur à Deo, & acceptantur, sed eius contubernio perfruuntur, vt iste qui dixit verba thematis Christo. quem & si non suscepit hospitio: amplexatus est corde intus in anima sua, alioquin Christus de ipso non diceret, Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel. Ibi erat Christus vbi fidem inuenit.s.in corde eius, quia fidei locus est cor nam corde creditur ad iustitiam. Iam ergo duæ sermoni partes erunt. In priori, agam de bono rumore salutis, quo Centurio agitur, vt petat salutem, in altera, de seruo eius.

Fides est opus.

Diuisio.

Verba

Verba thematis tantæ maiestatis sunt, ut ea repetere oporteat: nam ea audiens Iesus miratus est, quē nos sectantes a dubio admirationis, incipere oportet archana indagationis huius: nec enim mirari desisto, cur mater ecclesia spiritu sancto edocta, toties iusserit circa tantū mysterium, hæc uerba præassumpta repeti: nemo enim communicaturus aduenit, quin ter dicat thematis verba, non præsertim quia vult: sed quia statutum est communicantibus ter hæc uerba dicere, si cuiuslibet arbitrio relinqueretur, nō in hęc verba conuenirēt, nā alius diceret. Tibi soli peccaui, alius. Deus propitius esto mihi peccatori, alius uerò cum sponsa diceret. Veniat dilectus meus in hortum suum; aliquis autem memor Zachæi nihil diceret, sed cupiens videre ac recipere Iesum contentus esset, sciens quia dominus scientiarum est, & ꝙ ei præparantur cogitationes, cordeque contentus est, denique quot sunt affectiones tot sunt sententiæ, si autem in fornace affectus loquela formatur ut ex amoris abundantia os loquatur, gratior pronunciatio fiet, ideo enim Dominus ait. Sonet uox tua in auribus meis, tua id est, ex affectu cordis tui formata. Item cum verba sint accommodanda dicendis, inconueniens videtur dum communicamus Centurionis uerba dicere, qui seruo suo salutem petiit per solum uerbum, unde ait Centurio. Domine tā tùm dic uerbo, & sanabitur puer meus. Nos autem in Eucharistia nō solo verbo, sed mirifico sanamur opere, nā, si referēte beato Apostolo Paulo, Qui eam indigne recipit, iudicium mādu cat, ueraciter sequitur, ꝙ eam digne recipiens misericordiam consequetur. Cur igitur petimus a Christo ut dicat tantum uerbo, cum ad oculum cernamus, non fecisse taliter omni nationi? an parum putas ex pane carnem, ex uinoq; sanguinē proprium fecisse? Theophylactus enim post Chrysostomū super Marcum decimoquarto ait. Non enim figura tantum dominici corporis, panis est, sed in illum conuertitur corpus Christi. Intrāti ergo realiter domū nostram,

Prima pars.

Quot sūt affectiones tot sentētiæ.

Eucharistia est opus mirabile.

Luc.2. ſtram, Chriſto indecenter dicimus uerba illius, in cuius domum non intrauit, quapropter congruentis diceretur ei. Vide hoc mihi, ut ueniat dominus meus Ieſus ad me? Verba Elizabeth aptiora uidentur quam Centurionis. nec inconuenit, quòd illa ſit mulier de matre Dei loquens, nam & hoſtia quodammodo mater Dei dici poteſt, & anima loquens oportet, quòd ſit ueluti Elizabeth gratia Dei prægnans deſideratiſſima. Vbi pro reſponſione profunde aduertendum eſt, primò, quod in præparatione communionis quæcunque conſentanea verba formare poteris, quibus exprimas affectiones cordis tui, ſed dum animæ refectionem ſumis, conſueta uerba proferenda ſunt, & prima ratio eſt, quoniam ſicut in ſanitate ſuperius immediatè leproſo collata, intelligitur ſanitas generi humano exhibita, & modus quo data eſt, ac forma, ſic in ſanitate ſeruo Centurionis immiſſa. poſtquam intrauit Capharnaum oſtenditur modus, quem habet curandi Eccleſiam Chriſtus, poſtquam cœlum aſcendit, intrans conſolationem æternam, quia Capharnaum interpretatur uilla conſolationis. Modus ergo primæ ſanitatis ponitur in Euangelio a principio capituli, in quo paulò ſuperius Mattheus incipit. Cum deſcendiſſet Ieſus de monte ſecutæ ſunt eum turbę multæ. Et ecce leproſus veniens adorabat eum, dicens. Domine, ſi uis, potes me mundare. Et extendens Ieſus manum, tetigit eum, dicens. Volo, Mundare. Et confeſtim mundata eſt lepra eius. Et ait illi Ieſus. Vide nemini dixeris, ſed vade & oſtende te ſacerdoti, & offer munus quod præcepit Moiſes in teſtimonium illis. Ieſus, vt noſtis, interpretatur ſalus, quæ dum erat in monte deitatis ſolum, dum ibi detinebatur continens in ira ſua miſericordias ſuas, circa cardines cœli ambulans, nec oculo miſericordię noſtra conſiderans, Tunc quia peccati infirmitas, ualles noſtras occupabat, omneſque erant languore detenti, nemo ſequebatur Deum, nemo cœleſtia poſtulabat, immo nec ſanctiſſimus quiſque erat, qui non deſcenderet

deret ad lymbi hoſpitale, quoniam Regius propheta dixit. Quis eſt homo qui uiuit & non uidebit mortem, & eruet animam ſuã de manu inferi? Sed alibi ſpem ſumens Deo dicit, Miſerere mei domine, quoniam infirmus ſum, ſana me domine, quoniam conturbata ſunt omnia oſſa mea. Et anima mea turbata eſt ualde, ſed tu domine uſquequo? Plurimum urgent tanti infirmi verba, uſque ad oſſa penetrati. Medici duritiæ aſſcriberetur non uenire, unde propterea dixit. Sed tu domine uſquequo? Super quæ ait Augu. Innuit ſe diu luſtari cum uitiis. Non eſt autem crudelitas dilatio Dei, ſed ut perſuadeat animæ in quæ mala ſe præcipitauit. Nondum enim tam perfectè orat, ut ei dicatur, adhuc te loquente dicam. Ecce adſum. Et ut ex difficultate ſanationis inde magis caueat ſibi, & ut oſtendatur quæ pœna ſit non conuerſis, ſi tanta eſt difficultas conuerſis: vnde ſi iuſtus uix ſaluabitur, impius, ubi apparebit? hæc ille. In monte igitur deitatis atque dilationis, erat ſalus noſtra Ieſus Chriſtus, quando ei dicitur. Sed tu domine uſquequo? Huic nempe quæſtioni Deo propoſitæ reſpondet Euangelium. Cum deſcendiſſet Ieſus de monte. Vſque dum deſcendiſſe Ieſus de monte, erat longe à peccatoribus ſalus, ſed iam propior eſt, nam eius detentio in feſtinationem conuerſa eſt, fluens impetu de Lybano, id eſt, de multiplicatione; alibi enim dicitur. Quaſi cedrus lybani multiplicabitur. Salus ergo multiplicata veloci miſericordiæ greſſu deſcendit de monte traditatis ſuæ. Vbi aduerte regulam Auguſtini tenentis, nullum malum euenire, niſi propter bonum. Si enim nullus hominum operatur, teſte Dionyſio, niſi ad bonum aſpiciens, ſic nec Deus, unde ſanitatis detentio nimiæ miſericordiæ fuit occaſio, propterea q̃ppe de humanitate Chriſti perhibetur. Medicina omnium in feſtinatione nebulæ, & ros obuians &c. nebula ſoli oppoſita eum abſcondens ne uideatur, eſt Chriſti humanitas, quæ cum feſtinatione dicitur veniſſe, quia in inſtanti concepta eſt, & quia in hæc

Pſal. 88.

Pſal. 8.

Miſericordia eſt cauſa dilationis aduẽtus.

Pſal. 91.

Eccl. 43.

in hac est hominum medicina. Sequitur in Euangelio, Secutę sunt Iesum turbæ multæ, dum erat in monte detentus deitatis. eum nemo nostrum poterat sequi, quoniam super omnes eius deitas, nec aliquando sensu attingi potest, unde Cyprian. ait. Quicquid audiri vel uideri, vel sciri potest, non conuenit maiestati: hebes est in hac consideratione omnis acies sensuum, & caligat aspectus hanc inuisibilem lucem & inaccessibilem naturam: sex alis hinc & inde Seraphim statu & volatu circumeunt & abscondunt, statu æternitatis immobilitatem monstrantes, uolatu uero altitudinem eius sic in superioribus eleuatam ut quantumlibet ad cor altum homo ascendat, exaltetur Deus & comprehensionis importunitatem euadat. Hæc ille, ubi ostenditur quomodo turba sensuum nostrorum Deum sequi non poterat, donec descendit & condescendit nobis, ita ut quilibet sensus eo frui possit. Turba sensuum per easdem rationes Christum sequitur, quibus antea literaliter sequebantur eum turbæ. Quidam ut mira uiderent, & sic oculi nostri, quidam ut audirent noua, & sic aures nostræ, quidam ut panem multiplicatum gustarent, & sic gustus noster quidam ut aliam uitam sentirent, & sic odor noster sequitur Christum, quidam ut eum tangerent, quia uirtus de Christo exibat & sanabat omnes: quorum figuram tenet iste de quo sequitur. Et ecce leprosus ueniens adorabat eum Leprosus iste omnis turbæ typum tenet, quia Hilarius ait. Curatio obedientis & credentis turbæ, & odoratio, in leproso ostenditur, quæ uitiosa labe corporis contaminata, audita regni cœlorum prædicatione, curari se rogat, contactu corporis uisitatur. uerbi uirtute curatur. Et Origines ait. Descendente Iesu de monte, turbæ secutæ sunt eum, quæ scilicet in montem ascendere nequaquam poterant, ut pigri populi, vt negligentes, vt imperfecti, quia quos sarcinia delictorum deprimit ad mysteriorum sublimia (nisi abiecto onere) minime ascendere ualent, idcirco & filii israel in monte primitus

Sequela Dei varia est.

tus; ascendere non valuerunt. Deniq; tunc dominus descendit de monte, quando semetipsum exinaniuit formam serui accipipiens, ut totus seruus etiam secundum portionem inferiorem ad eum accedere ualeat, sicut leprosus iste, de quo sequitur Adorabat eum dicens, Domine, si uis potes me mundare, hic audisse uidetur illud Apostoli, Corde creditur ad iustitiam, quia propterea Christum adorauit, ore autem confessio fit ad salutem, pro qua dicit, domine, scilicet omnipotens, si uis potes me mundare.

Potentia Dei,

Sciebat etiã leprosus iste, illud Psalmi. Et uita in uolũtate eius, scilicet Dei, cui propriũ est per solam uolitionẽ operari, nec ulla potentiæ applicatione indiget, quoniam Deus potentia executiua caret, & sola potẽtia uolitiua efficacissimus est, quia quæcunq; uoluit fecit in cœlo & in terra, quod nec angelo maximo circa minimam rẽ conceditur nam si angelus uellet parum aquæ in chrystallum conuertere, oporteret prius nimium frigus circa eam condensare, cæterasq; causas ad hoc necessarias prouidere. Deus autem cum omnipotentẽ habeat volũtatem, nullo adminiculo indiget, sed uolitione sola efficit, quæcunque placita sunt ei, quod credens leprosus ait. Domine, si uis, potes me mundare. Sed mirum est, ꝙ cum de potentia non dubitet, ignoret Christi voluntate circa opera pietatis. Sapiens enim dicit, Desiderium iustorum omne bonũ est, desideriũ opus est bonæ uoluntatis, quæ ad omne bonum affirmatiuè se habet, maxime uoluntas Dei omnium bonorum volitiua, quoniam omnium bonorum mater est. huic dubio respondens Chryso. ait. De uoluntate Christi parata ad omne bonum non dubitat, sed iudicio uoluntatis non enim expedit omnibus corporalis integritas. Et ita Christus cum sit bonus nociua non uult præstare, etiam si rogaretur. Sanam quippe habuit animam leprosus iste. dum Christum adorauit eius deitatem credens, & ore omnipotentem pronuntians, salutem verò corporis temperitate postulat, sciens omni petitioni

Infirmitis aliquando salute melior est.

addendum, fiat voluntas tua. Discamus, & nos fratres sic semper orare, ne oratio nostra fiat in peccatũ: quia si debitè obsecramus, videbimus id quod sequitur. Extendens manum Iesus, tetigit eum, dicens. Volo mundare. & confestim mundata est lepra eius Hic aduertendum est, quòd patres antiqui dum Deus erat in monte æterno, efflagitabant, vt secundum corporalem præsentiam descenderet, qui manum extendit ad hominem, quando filium incarnari fecit: qui propterea ꝙ per eũ quasi per artem operatur, dicitur manus patris, ex quo quia ipsa humanitas est organum deitatis, & omnia verbi attributa participat, etiam dicitur manus Dei, quæ nimis extensa fuit in cruce: non solum propterea quod etiam Christi viscera extensa sunt, ibi per funes carnificum vtrique manui alligato, vt Christum amplius extenderent: nam ideo cruci eius dicimus. Flecte

Charitas Christi ad oẽs.

ramos arbor alta, tensa laxa viscera &c. Sed Christi humanitas dicitur extensa, etiam ad inimicos amplexandos, & ad totius mundi tollenda crimina attingens á fine vsque ad finem, fortiter & suauiter disponẽs omnia. Fortiter in se, quando in cruce manum suam misit ad fortia. Dum erat in monte deitatis, multa locutus est Dei filius: ad valem autem lachrymarum descendens, maiora operatus est, vnde Chrysost ait. Ne fortè diceret populus apud se, Verba terribilia, opera nulla, dicere granditer non est multum, facere verò multum est: ideo excitauit leprosum, vt mundationis illius miraculo præcedentibus authoritatem præstet, & in verbis mi-

Fortitudo cruci fixi.

rabilis, mirabilior esset in operibus. Ecce igitur qualiter in cruce Christus manum suam misit ad fortia, sed suauiter ibi & cuncta disposuit, dũ accepit acrimonias curationis, quas accepturus erat infirmus, immò quas [illegible] mundus: nam propterea dictum est, [illegible] vsque ad finem: agnus occisus ab origine [illegible] ad finem: quia quoties mãducamus panem eius & calicem bibimus, mortem Domini annuntiamus donec veniat. Tã extẽsus igitur fuit in cru-

ce filius Dei, ut de patre eius dicere ualeamus. Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extēdit ad pauperē, manum suam, id est, filium suum aperuit pater mūdo, quando permisit ut unus militum latus eius aperiret, palmasq; extēdit ibi ad quemuis peccatorem, quia filij sui animam & corpus extēdere decreuit, ut anima eius tangeret omnem locum lepræ nostræ, & si mundaremur. Tactus eius est meriti applicatio, quæ facta est q̃do dixit. Volo, Mundare, uoluit quidem efficacissima uolitione, quando in cruce dixit. Sitio. ibi uoluit ut mūdaremur, quia ibi nobis applicuit meritū passionis suæ. Idem ergo est uolo, quod sitio. Dum dixit uolo, manū extendit. Dum dixit sitio, extendit opes mortis suæ leproso mundo, quoniam dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo Volui ergo, hæc pauca ab initio capituli referre, ubi Matthæus ostendit curationē infirmi magis propinqui ad Iesum, quia in eo figuratur modus quo Deus populum Hebræorum sanauit non uerbo, sed opere, quando manū extēdit ad eum tetigitq; infirmum, & ex reali contractu sanus euasit Nos autē non petimus curari sic, sed maiori fide ipsum filiū Dei deprecamur dicentes. Domine non sum dignus, ut intres sub tectū meum, sed tantum dic uerbo, & sanabitur puer meus. Sub tectum synagogæ intrauerat Deus importunè rogatus, & ad eos descederat curandos Populus autē gentiū iā nō petit ut Deus intret sub tectū nostrum, sed manēs in monte suæ deitatis, dicat tantū uerbo & curabimur. Hæc fides tantum placet Christo, ut ab oriente & occidente dicat eam ampliandā & tam gratissimè recipiendā, q̄ ad mensam trinitatis, scilicet cū Abrahā, Isaac & Iacob sedeat in regno Cœlorum. Ad mensam regni cœlorum, ad mensam Ecclesiæ uenite fratres ad salutis mensam properate, quia & si ab oriēte natali uestro infirmitatem peccati habeatis omnes orti ab Adam, siue ab occidēte actuali mortali proprio quod occidit animam, si fidem habetis sani eritis, dummodo dicatis uerba thematis, scilicet, Domine nō sum

Prou. 31. Manus patris est filius.

dignus vt intres sub tectum meum, sed tantum dic ver bo, & sanabitur animus meus. De hoc Centurione Chrysost in opere imperfecto sic ait Centurio primus fructus ex gentibus, ad cuius fidei comparationem omnium fides infidelitas est inuenta. Hic neq; Christum audiuit docentē, neque leprosum cum mundaretur aspexit sed audita tātummodo sanitate leprosi, plus credidit quàm audiuit. Hæc ille, ostendens quomodo fama leprosi adduxit Centurionem ad Iesum, sed maiori charitate venit Centurio, quia pro seruo salutem postulat, non pro se, leprosus autem pro se solicitus est. non pro seruo. Christus autem omnibus obtulit salutem, quoniam apud eum non est distinctio serui nec domini, sed apud nos. Igitur fratres de leproso vobis volui facere mentionem, quoniam hic adduxit. Centurionem, fama enim leprosi vocauit eum ad Iesum.

Ad litteram euangelij Præsentis Sermo Decimustertius.

Post ascēsionem solo uerbo nos Christus sanat.

IN prima sermonis partes videbimus Euangelii mysterium, & qualiter multo opere curauit filius Dei laboriosè populū suū in mundū veniens: nunc autē quando quotidie dicimus, Domine non sum dignus vt intres &c. Solo verbo curat nos, qui verbo eius confidimus quasi maiori fide muniti. Omnia equidem sacramenta solummodo verbis conficiuntur: nec enim petimus vt iterum descendat de monte deitatis suæ ad curandum nos, conuersandumq; nobiscum: sed quòd verbo dicat ad sacramenta conficienda, & sic solummodo sanabimur. De hac ergo gentilis populi sanatione dicitur. Cum introisset Capharnaum, accessit ad eum Centurio Capharnaum interpretatur villa consolationis, & est Roma, de qua scriptum est: Simulacra locuta sunt inutile, & diuini viderunt mendacium: & somniatores locuti sunt frustra, & vane consolabantur eam. Habitatio dæmoniorum erat ciuitas hæc, antequam Dominus per gratiam preuenientē ingrederetur eam. Pedes domini Apostoli fuerunt, quibus ingressus est hanc ciuitatem,

Zach. 10.

uitatem nam dum personaliter venit in mundum, non fuit missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Apostolos ergo misit ad hanc ciuitatem, postquam ipse ingressus est aliam Capharnaum, scilicet Paradisum vbi consolationes eius lætificant animas beatorum, de qua Paulus ait, ipse autem Dominus noster Iesus Christus & Deus & pater noster dilexit nos, & dedit consolationem æternam & spem bonam in gratia. Ingresso igitur Domino præfatam ciuitatem, Centurio qui, teste Hilario, est gentium populus, accessit ad eum credens, quia per fidem accessum habemus ad Deũ. Multũ accedit, qui multum credit. Deterior cathecuminus propinquior est Christo, quàm vetustissimus sacerdos etiam dum celebrat si tamen plus credit. O maximam fidei dignitatem cui acceptio personarum non est, nec computatur in annis. Infinitum per fidẽ contingit pertransiri, à creatore ad creaturã infinita uidetur distantia, qa propterea finiti ad infinitum nulla est comparatio, tñ per fidẽ popularis homo accedit ad Deũ immo adheret Deo, & vnus spiritus fit cũ eo. Etiã si Christus ingressus est cœlũ, nihilominus per fidẽ accessum habemus ad Deum, nã ideo fides scala est Iacob cui semper patet aditus. Tãtum ergo populus iste accessit ad Christũ ꝙ quicquid habuit ad suorum deorũ culturã adduxit ad Christũ, ut verus Israelita spolians Aegyptum ad opus sanctuarii, nec mirum ꝙ in Centurione populus iste signetur, quoniam semper militiam sequebat̃. Sed videamus quid sibi uelit. Rogabat Iesum dicens, Domine, puer meus iacet ĩ domo paralyticus, & male torquetur Hanc rogationẽ vel per se fecisse vel per seniores Iudæorũ scimus quos misit ad Christũ dicentes ꝙ eis templum ædificasset. Seniores isti sunt Apostoli ex Iudæis conuersi, & pro aliis intercedentes, hoc primũ allegantes ꝙ templum ædificauerint credentibus, quoniã Ecclesia Romana maiori solennitate ædificata est, atq; maiori habetur reuerentia, vbi tot martyres oblati sunt Deo pro Romanis, nã teste Ambrosio martyrum nec

2.Thes.2.

Fides est accessus.

ces populi sacrificia sunt. Seruus igitur Centurionis fi-lius populi est aliquis princeps aut rex, q̃ male torque-tur qñ ex honore ad inopiam deuenit, vt videre est Constantino filio Constantini magni quem Decius oc-cidit, & persecutus est filium eius ne fieret imperat. Vbi aduerte, ꝙ se habet Deus ut tortores iustitiæ sæ-cularis, qui vt aliquis reus veritatẽ fateatur, eum per scalam ascendere faciunt ligantes eum funibus bonis & sic eum cadere sinunt, qui suspensis funibus tent. concutitur in casu suo deterius, q̃ si ad terram vsque uenisset & sic iterum eleuatur, vt relinquatur pcipit. concutionis suæ funibus alligatus, & suspensus ne ex-to cadat in terram & citius obeat, sed quòd pœnas lu-contritus in oĩbus membris suis, sic dum rex vel dux pompa sua deponitur, ideoque dicitur quòd paraly-ticus iste male torquetur. Sed hoc interest inter tortu-a Deo vel a mundo, quia tortores sæculares lacerant vt crimen fateatur reus ad mortem. Deus autem tor-quet ut crimen fateamur ad vitam. Vnde sequitur in Euangelio, ait illi Iesus: Ego ueniam & curabo eum quamuis male torqueretur, ad bonum torquebatur, & hoc à Iesu meruit audire, Ego veniam, & curabo eum.

Torquetur peccator.

Sed respondens Centurio ait, Domine, nō sum dignus vt in tres sub tectum meum, sed tantum dic verbo & sa-nabitur puer meus. Et subdit: Nam & ego homo sum sub ptãte constitutus habens sub me milites, & dico huic. Vade, & vadit, & alii. Veni & venit, & seruo meo, Fac hoc, & facit. Hoc bene poterat dicere populus gen-tium Ro qui sub armorum & Imperatorum potestate degens, sic pollebat, vt quem vellet regnare regnabat, & quem deponere vellet deponebat: ita vt fere totum orbem suo subiugaret imperio. Christo igitur loquens de militibus & seruis sibi subditis voluit dicere, Sicut ego sub me habeo regna mundi, duces & milites & ie-natores ad regimen imperii, sic tu Domine in cœlo ha-bes subiecta angelorum agmina omni rebellione de-posita, quibus ad libitum vti vales, quoniam omnes sunt

Vide Scotũ quolibet. 8. ubi ait, de 2. artic principali dico, ꝙ filius negat a se auctoritatẽ primariã causã di, &c. angeli obediũt potestati dei.

ſunt adminiſtratorii ſpiritus miſſi propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis. Chryſoſt. autem in opere imperfecto dicit in his verbis Centurionis, confeſſio trinitati intelligi debet, in eisque maximum dubium fidei exponi, quomodo. ſ. filius Dei ſit omnipotēs, quãuis ſub patris æterni poteſtate ſit. Poteſtas ergo patris dum paterna authoritate naturaliter ſub ſe habet filium, non minuit filii poteſtatem, ſed ampliauit. Vnde ait Centurio. Quanuis ego ſum ſub poteſtate conſtitutùs, tamen habeo ſub me milites, & dico huic vade, & vadit, & alii veni, & uenit, & ſeruo meo, fac hoc, & facit, ſic & melius tu habes angelos. licet ſis ſub poteſtate Patris æterni. Sed nec Angelis opus habes ad præſtãdum ſanitatem, aut motu aliquo. ſed tantum dic uerbo, & ſanabitur puer meus. Hæc eſt ratio, hęc ſunt verba de quibus miratus Dominus, ſequentibus ſe dixit. Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Iſrael. Vt hanc fidem uideamus, uerba elucidemus thematis, quibus ſolo uerbo ſalutem, gentilitas petit, quoniam non præſentia corporali Chriſti ſanata eſt, ſed ſacramētis eius uerbo confectis. Et ſicut Chriſtus promiſſit Cēturioni ire in domum ſuam, & de facto perrexit ad conferendam ſalutem ſecundum uirtutem ſpiritualē, ubi & erat ſecundum diuinitatem, ſic eo modo venit Chriſtus in hoſtiam quò ſalutem præſtet fidemque augeat, uenit inuiſibiliter necnon & efficaciter. Vnde Eccleſia quæ iam non expoſtulat corporalē præſentiam, ut ſynagoga, uult ſolo uerbo ſanari petit aduentum huius ſacramenti quod uerbo fit, & ad hoc idem facit, quòd poſtquàm leproſus ſanus effectus, eſt, iuſſit eum Chriſtus offerre per manum ſacerdotis munus, quod præcepit Moyſes in teſtimonium, per quod munus intelligitur, crucis oblatio, quia Chriſtus ſacerdos in æternum ſe pro nobis ſemel obtulit, cuius memoriam quotidie uiuaciter agimus in miſſa. Dum igitur Centurio ait, Tantum dic uerbo &c. Spiritualiter intelligendo ſacramentum altaris petiit uerbo confectum

Salus Eucharistię.

ubi non deeſt Chriſtus qui dixit. Ego ueniam & cu- bo eum. Per conſecrationis verba venit ad nos, & qu Eccleſia pro ſalute populi ſui frequentare debuit ho mysterium. voluit toties illa uerba repeti, in quib. effic- ciſſimam ſalutem conſecutus eſt homo ille qui nole p̄ſentiam Chriſti corporalem & laudatur eſt à fide, & p̄ſentia Chriſti non carnit deſcendentis inuiſibiliter domum vbi iacebat ægrotus, qui per illum deſcenſum aīa & corpore ſanatus eſt. Per thematis verba meru Centurio inuiſibilem Chriſti aduentum, qui fertilior eſt quàm viſibilis, quoniā ad multos viſibiliter & cor- poraliter iuit Chriſtus, quibus parum gratiæ contulit. Item eſt vtilior, q̄a ſemper ampliori fide ſuſcipit̃, nec ve- nit quin ſalutem præſtet ſecundum menſuram fidei ſu- ſcipientis. Conſona nimis ſunt thematis verba myſterio Euchariſtiæ, eoque amplius quadrant quò diſtare pri- ma fronte videntur, nec ea dicens dum ſuam indignita- tem fatetur, Dominum repellit ſed eum orat ut per gra- tiā præueniētem ſibi in corde hominis præparet dignā domum, nam hic Deus abſconditus, eſt lapis angula- ris vtrumque adunans populum, vnde ait, Dico.n. vo- bis ꝙ multi ab oriente & occidente venient, & recum- bent in altaris menſa cum Abraham, Iſaac, & Iacob in regno cœlorum, quod eſt Eccleſia Hic lapis ergo ſi- ne manibus meritorum noſtrorum de monte liberali- tatis diuinæ, tollitur magis ignitus quàm Seraphin, vt amore nos vniat ſecum. Timor ergo filialis quo dicis. Domine non ſum dignus, in charitate eſt. Humilitas acceſſui non contradicit propter amplitudinem gra- tiæ, quæ humilibus præſtatur, cuius proprietas eſt ſa- meſcere. Ipſe denique quem is recipere præit ad præ- parandum domum ſibi ſicut matrem ſuam ſuo aduē- tu præparauit, vt nouo modo eum reciperet. Indu- ſtria noſtra non ſufficit nos dignos efficere, ſine eo ꝙ applicet nobis Chriſtus quod meruit nobis. & ſecum ſibi faciat ſpatioſum locum, ideoque ſanctus quilibet vera dicit, dum ſe vocat indignum, oportetque digni- tatem

Aductus ſpūalis melior.

Humilitas Deum adducit.

tatem ab hospite suscipiendo petere, cui cum dicimus. Tantum dic verbo,&c.estsensus, Adiunge tu animæ meæ Domine Deus meritum verbi incarnati, & sanabitur,teque digne suscipiet.Et cum communicamus allegamus amorem,quo Deus incarnatus est,quia, ut aiunt sancti non videtur Deus minus digere nos quotidie veniens in Eucharistiam,quàm cum venit in uterũ virginis.Qui hoc recipit sacramentum, oportet ꝙ in maiori parte sit sanus,hoc est, & sine mortali, & tunc recipit noua salutem per augmentum gratiæ. Sed nec alteram aut alteram obtinemus nisi per verbum incarnatum,cum quo dicit deus & per consequens facit omnem salutem mundi,vnde cum dicis. Domine nõ sum dignus,&c. ais Domine non est dignitas in me ad hoc vt intres pectus meum,sed tuipse uide charitatem qua verbum caro factum est, & ingressum est per hypostaticam vnionem in domum humanitatis suæ,& in virtute & gratia illius primi amoris merifici intra in me, donans spiritualem salutem per vnionẽ charitatis. In ędificio spirituali fundamentũ est fides,parietex cõstruũt spes alięque uirtutes,sed tectum ponit charitas,alioqn ædificium non erit securum a turbine & a pluuia. Igitur hoc verbum,tectum meum, ad amorem charitatis pertinet,quæ altiorem locũ tenet vt vniuersa delicta operiat,& propterea verborum thematis ẽt sensus est,Domine amor quem habeo ad te nõ sufficit te hospitem tantum possidere,nec satis est ut ingrediatis sub vmbra culminis mei,quia ibi ignis tepidus est non ardens, sed respice tu amorem quo ipse verbum patris,cui ab ęterno conuenit dicere verbum. Venisti dicere te mundo temporaliter tanta humilitate,ꝙ non spreuisti ad sordidum diuersoriũ venire, intrareque domum iumẽtorũ, vt illã paradisum tua præsentia redderes, quæ ornat tẽpora vsque ad consummationem vitæ, conscientiamq; meam mundare valebit solo imperio. Nec mirum ꝙ hæc verba sanctis & peccatoribus censeantur dicenda, quoniã Christus quemadmodũ & propheta intrat domum

Qũo te ꝑpares ad cõionem

Charitas Christi operatĩ in Eucharistia.

mum nostram, vt rememorentur iniquitates nostr. non ad uindictam sed ad remissionem quam uos pet re vult, ut qui sanctus est sanctificetur adhuc. Hæc verba igitur vt fidissimus Centurio repetamus, nō vt ceatur Deus, sed vt placetur qui fide placatur. Mite qui dem decreuit Ecclesia, & cętus fidelium, q̄ in myster: maioris fide, scilicet Eucharistiæ illius verba diceremus: cuius fides tanta erat. vt ei non æquaretur fides totius Israel, vbi maiori fide opus est fidelioris verba dicamus vt & facta sequamur. Hic per gratiam & in futuro per gloriam, quam mihi & vobis præstet Deus, Amen.

Fides eucharistię.

Moraliter Sermo XIIII. super Euang.

VT moraliter per solam literam Euangelii procedamus, aduerte quod Ecclesia impræsentiarum adducit illud Pauli. Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile ecce nunc dies salutis. Hæc Paulus in epistola sequentis dominicæ. Cur autem hoc tempus nobis debeat esse acceptum ostenditur in hoc Euangelio dum incipitur. Cum introisset Iesus Capharnaum, quæ quidem interpretatur propitiatio pœnitentis. Quis non acceptet, quis non gaudeat, quis non exultet, dum deus intrat propitiationem pœnitentis? quare pœnites, nisi vt propitiationem acquiras? Ecce in principio temporis pœnitentiæ Deus venit ad propitiationem, quæ est Capharnaum ciuitas Domini. & iure quidem, quia Deus noster, Deus propitiationis & misericordiæ est, imo & filius Dei est propitiatio pro peccatis nostris, ideoque merito Capharnaum dicitur ciuitas Christi, quam frequenti uisitatione & miraculorum operatione fecit suam, quia nullibi frequentius inuenitur deus quàm in propitiatione, non iniqui hominis aut concubinarii aut auari, nisi & pœnitentis. Cur Domine Iesu non es propitiatio peccatoris, nisi propitiatio pœnitentis? quia in qua hora gemuerit peccator peccata sua, ea

2. Cor. 6.

Misericordia Dei nunc datur

Deus

Deus obliuioni tradens non vocat eum peccatorem, sed vocat eum pœnitentem, vt patet in illo. Sciret vtique quæ & qualis est mulier quæ tangit eum, quia peccatrix est. Hoc ferre non sustinens misericordia Christi, luculenter exposuit quomodo non peccatrix, sed pœnitens erat illa mulier, quæ sibi per oscula pedum cõfessa lachrymis satisfecit, ideo non tanquam peccatrici (quia non est pax impiis) conuersus ad mulierem dixit. Vade in pace, pro nihilo habet Deus, nec reputat peccata præterita, tantum condolet pœnitentiæ p̃sẽti. Non habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatus per omnia pro similitudine absque peccato. Igitur ò Domine Iesu ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, sed pęnitentiæ præsentis, vt fiat & nunc id quod sequitur in Euangelio. Accessit ad eum Centurio rogans eum. Sciẽt quod Deus prior est propitiatio pœnitentis, quis vel posterius non accedit ut fruatur propitiatione hac, viso quòd Deus dissimulat peccata hominum propter pœnitentiam? cui tantum condolet, vt oblitus quales fuerimus dignetur lachrymas nostras tergere, & propitiationem non rogatus offerre? accessit quidem Centurio, sed non antequam Deus veniret in ciuitatem misericordiæ suæ. Centurio fratres mei est ille qui ex leua iniquitatum transit ad dexteram virtutum spe illius qui dixit. Centuplum accipietis. Peccator ergo dum propter Deum pœnitet, animum eleuans ad superna, iam fit Centurio, iam ad Christum accedit, iam cognoscit officium suum, & gradum ad quem creatus est. Aliud tamen Euangelista dicit, quod prius hic uir misit ad Christum seniores Iudæorum, qui eum commendantes apud ipsum dixerunt, Dignus est vt eum audias, diligit enim gentem nostram, synagogam & ipse edificauit nobis. Seniores isti sunt sacerdotes quos ad Christum mittimus, vt erga nos data eis authoritate fungantur. Eis enim dixit: Quorum remiseritis peccata etiam remittentur, &c. Sunt & angeli & beati, & vi

Pęnitentia Christus condolet.

ri iusti, qui apud Deum orantes pro nobis dicunt nos gentem iustorum diligere, odientes malum, adhærentes bono. Qui antea similes sibi peccatores diligebat, iam diligit gentem iustam, iamque non sequitur turbam ad faciendum malum sed Ecclesiam ad sermones, & viros iustos ad ieiunia capessenda. Iste porro Synagogã ædificat, Ecclesiam construit, domum Dei apud se ostendit, cuius parietes sunt virtutes. Præmonitis ergo sacerdotibus & viris probis ut Centurionem iuuẽt ipse minime negligit vnde sequiĩ de ipso, Domine, puer meus iacet in domo paralyticus. Iste pœnitens & si iuuari se credebat orationibus aliorũ, nullatenus dormitabat, sed considerans clementiam Dei vsq; ad Capharnaum deuenientis personaliter & ipse Deum adiuit, cui tanquam supremo domino se commendans, ait. Domine puer meus iacet ĩ domo paralyticus, &c. Sed si Deus est oĩum Dominus, cur iste non dicit, puer tuus iacet? Attendite fratres, quisnam sit iste puer, qui dum stat est puer dei, dum aũt iacet est puer noster. Iste seruus iuxta alium Euangelistam erat Centurioni preciosus, ideo cum nihil preciosius sit quàm timere Deum, cui seruire, regnare est, præciosus est pœnitenti Dei timor, quem si ad veram Centuriam, cupit ascendere, prius oportet sanari, quia, Initium sapiẽtiæ timor Domini est. Timor ergo dum sursum agitur Domini est, quem offendere cauet, quia per timorem Domini, teste Sapiente, recedit omnis a malo. Dum ergo Deum times, stat puer iste & tenet te in restitudine tua. Nam seruus preciosus timor Dei non facit, ei seruire, eumque præ cæteris in pretium habere, vnde timentibus Deum dicitur, Ecce nunc benedicite Dominum omnes serui Domini, Qui statis in domo Domini in atriis domus Dei nostri, in noctibus extollite manus vestras in sancta. Hoc fit propter timores nocturnos, quia seruus iste non dormit. Iacet ergo timor & fit vilis, i. mundanus quando non Deum, sed nobis timemus, ne depauperemur si restitere molimur, ne muliere diffa-

Timor domini est preciosus seruus

diffametur si a proco recedit &c. tunc sane dum res mundanas times paralyticum seruum habes, ac disso-lutum, nam qui Deum timet, non dissoluitur ab alia. Vnde reste Richardo timor humanus figuratur in Ruben cui dicitur, Effusus es, sicut aqua non crescas. Decrescit timor Dei, dum ut aqua effunditur ad uarias res timendas. unde ait propheta. Illic trepidauerunt timore, ubi non erat timor. Trepidauerunt inquit, nam propterea sequitur in Euangelio Matthæi, & male torquetur. Dominus sentiebat torturam serui malã, quia timor Domini torquet bene, timor autem mundi, torquet male. Nonne bonos torquet bene, timor Domini dum vident, quod vsque ad beatitudinem confirmatã non potest esse securitas, nam & angeli in cœlo empyreo, & primi parentes in terrestri paradiso peccauerunt. Loth inter peccatores pessimos, bonus fuit, & exiens inde cum filiabus proprijs in monte, peccauit. Nonne iustus quisque iustè torquetur sibi timens ac deum. dum considerat Iudam ex apostolatu in delationem Domini sui venisse? Iusti erant Apostoli, qui audito quod impossibilius erat diuitem in cœlum ire quàm camelum per foramen acus, nimium timentes, dixerũt. Quis poteris saluus fieri? Nonne torquet etiam sanctos uiros timor Dei, dum eum audiunt dicentem. De omni verbo ocioso est reddenda ratio. Sed tortura ista bona est, quoniam ad bonum torquet sicut medicina, non ad malũ sicut infirmitas. Ad malũ male torquebantur qui audierunt. Gladium timuistis, gladiũ inducant super vos. Et Saul ad malum florente Dauide torquebatur, quia scriptum est. 1. Reg. 17. Videns Saul ꝙ dominus esset cũ Dauide cœpit timere eum. Hic sane timens Dauidem, torquebatur nimis, sed male, & omnes ꝗ mundano timore aguntur, tribulationem carnis habebunt huiusmodi, nam timentem Deum omnia timent, quia scriptum est. Timenti Deum, non occurrent mala. E contrario autem, omnia mala occurrunt timenti mundum & lutus timor, & foris vastat eos gladius. In prædictis er-

Timor torquet bene & male.

Gene. 19

Differentia boni ac mali timoris.

ergo verbis differentiam boni ac mali timoris reperie quoniam alter est preciosus, alter autem vilis: alter est seruus meus, alter est seruus Dei, cui seruire regnare est: alter Deo, alter mihi & mundo seruit. Alter iacet terræ, alter stat, alter in domo est, alter autem in cœlo conuersatur coram illo, cui tremunt potestates. Alter est paralyticus, id est dissolutus, & solicitus in his quæ sunt mundi: nam mundus mutabilitate sua diuertit hominem a seipso, & a Deo, & ducit eum ad transitoria & mutabilia. Alter vnum respicit necessarium. Alter denique bene, alter vero male torquetur. Veni ergo Domine Iesu, Sana (inquit Centurio pœnitens) hunc seruum, vt me adiuuet ad peragendam pœnitentiam. Respondit Dominus, Ego veniam, & curabo eum. Hic aduentum pœnitens non admitti: ideo enim dixit. Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. Quia hoc dictum Christus nimium euexit, ita vt miraretur Iesus: qui & seniores eum sequentes in admirationem fidei huius Centurionis induxit: ideo aliquid profunditatis latet hic. Vnde pro hoc enodãdo aduerte, ꝙ Christus dupliciter curat: prius nanque medetur exemplo, posterius autem curat verbo. Medela prior ad sanctos viros pertinet, posterior quia lenis est, pertinet ad pœnitentis. Sanctis viris dicitur: Christus pro uobis passus est uobis relinquens exemplum, ut sequamini uestigia eius. Qui opera Christi heroica sequuntur, sanctissimi ac fortissimi sunt. Nunc autem uix est inter nos aut nullus, qui dicat. Ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. Nam tanta curatione non sumus digni, sufficit nobis ut eius uerbo curemur: nam parum interest dicere liuore eius sanati sumus: & dicere, uerbo eius sanati sumus. Christus aliter se habet quam homines: nos enim difficilia iubemus, & nolumus ea digito tangere: quia facilia operamur, Christus autem econtra, nam difficilia operatus est, & facilia iussit. Qui eius opera sequutus fuerit, quasi opere eius sanabitur:

qui autem eius monita, quasi verbo curabitur quòd facilius est, quia Sapiens ait. Verbum dulce multiplicat amicos, mitigat inimicos. Dulce est Euangelium Christi, quo pœnitentes velut verbo eius curantur: amarissima est eius passio. qua martyres fortes facti sunt in bello martyrij. Sed forte dices quod omnibus Christianis est imposita crux, bene fateor: non tamen crux Christi durissima, sed alia lenis. Tollat inquit crucem suam & sequatur me. Non dixit crucem meam quam equidem tulit Petrus & Andreas alijque martyres, nos autem crucem pœnitentiæ facilem capiamus: quia digni non sumus exemplo Christi curari, sed tantum dicat verbo, & sanabimur. Nec enim ipse plus exigit à nobis: nam cum apostolos ad prædicandum mitteret, non dixit, Docete eos seruare omnia quæ feci, sed omnia quæ mandaui vobis. Ecce igitur quare Centurio dixit: Tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. Sed vt amplius cum Iesu miremur, audiamus reliqua huius verba, quibus dixit. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: & dico huic Vade, & vadit, & alij, Veni, & venit, & seruo meo, Fac hoc, & facit. Super his verbis ait Theophilus. Si ego (inquit) qui regis seruus sum, militibus mihi subditis impero, tu multo magis imperare potes morti & morbis, ita vt ab hoc recedant, ad alium autem veniant: Corporales enim morbi milites sunt & vltores Dei. Hæc ille. Sed ad mortalem sensum redeuntes aduertamus quòd sunt quidam negantes liberum arbitrium in eo qui mortaliter peccat, & asserentes seipsos omnino captiuos: cum in rei veritate aliqua peccatori libertas remaneat, nec potestas diaboli tam dura est vt omnino suppeditet nos: nam quemadmodum in sola confirmata beatitudine homines in bono inuertibiliter stabiliuntur, sic solum apud inferos est integra captiuitas liberi arbitrij. Iam ergo quamuis mortaliter peccans sub diaboli potestate redigatur, non est ita venundatus sub peccato, quòd non remaneant ei milites

id est potentiæ animæ, & serui, id est, quinque sensu, vt si velit possit dicere voluntati suæ, quòd veniat relinquens mala. Et intellectui dicat, vt vadat ad considerandū pœnas inferni, & seruo .i. sensui dicat, qđ faciat abstinentiam, & faciet Ad hæc omnia maxima requiritur fides. Vnde sequitur in Euangelio: Audiens autem Iesus miratus est, & sequentibus se dixit. Amen dico vobis, quòd non inueni tantam fidem in Israel, id est, in viris iustis tepidis, quia feruidus pœnitens præponitur tepido iusto, qui se dicit non indigere pœnitentia. Vnde Christus de bonis ac deuotis pœnitentibus dixit illud: Multi ab oriente & occidente venient, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno cœlorum: filii autem regni eijcientur in tenebras exteriores vbi erit fletus & stridor dentium. Per hos tres patriarchas moraliter intellige tres pœnitentiæ partes, cum quibus debes accedere ac recumbere in mensa ieiunii, cui angeli sunt ministri, nec mirum quia propterea dicitur. Pœnitentiam agite, & appropinquabit vobis regnum Dei. Ergo caueant sibi viri iusti, ne de sua iustitia præsumentes audiant. Publicani & meretrices præcedent vos in regno Dei, nec dubium quin propter pœnitentiam feruidam. Et Centurioni autem Iesus ait. Vade, scilicet fac vt dixisti, impera tuis illa tria, voluntati, vt recedat à malo, a concubina, & fœnore, & intellectui, vt præmeditetur, pœnas fletus & stridoris, & sensui carnis, vt abstineat ab illecebris & visis mendaciis. Et tunc sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer, id est timor in illa hora, scilicet de qua dicitur. In qua hora gemuerit peccator peccata sua, ego nunquam recordabor. Eia fratres venite ad Capharnaum, ad propitiationem pœnitentiæ isto sacro tempore, quia Iesus expectat vos, vt misereatur vestri, veniant superbi ad eius humilitatem, auari ad eius largitatem, &c.

Feria sexta post cineres Euangelium.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis, Audistis quia dictum est antiquis: Diliges proximum tuum, & odio &c.

Sermo decimusquintus

THEMA.

Diligite inimicos uestros. Luc. 5.

Inuocatio ad Mariam virginem.

ET si beata uirgo in scripturis sacris doctrix dicatur disciplinę Dei, minime tamē opus prędicationis exercuit, sed sternue nouimus eam opere prædicasse, maxime quando inimicos suos dilexit, qui coram oculis suis extinxerunt scintillam suam: & vnicum suum Iesum, quem pro eis orare non destitit. Nēpe dū iuxta crucem erat, silenter ut Moyses in sola manuum eleuatione clamabat ad Christum, qui, ut arbitror, ideo ibi eam mulierem uocat, non matrem nec virginem, quia omnium & amicorum & inimicorum causam agebat, nam mulier cæteris nominibus communis est nomen. Et etiam aduerte quòd mulier interpretatur molliens herum, nam tunc Maria Christum, immo & Deum mollem reddidit & placatissimum erga inimicos crucifigentes Christum: quod uoluit innuere dum eam mulierem uocauit. Neutique caret figura præsens sententia: nam ideo signata est Maria Dei genitrix in Abigail, quæ orans Dauid pro viro duro, pessimo & malitioso Nabal, dixit, inuasori. In me sit Domine mi hæc iniquitas, ne ponat oro, dominus meus rex cor suum super virum istum iniquum Nabal, quia secūdum nomen suum stultus est, & stultitia est cum eo. Parum hæc oratio differre videtur ab illa, pater ignosce illis:

Maria pro inimicis orat.

2.Re.25.

quia nesciunt quid faciunt. Quam cum Christo Maria fecit obiiciens se iustitiæ Dei contra mundum venienti quando terra tremuit. Si ergo beatissima virgo pro inimicis tuis orasti, ora pro nobis vt digni efficiamur gratia Dei, nūc in præsentiarum, quam vt assequi mereamur, ei offeramus, singulum. Aue.

Argumentum dicendorum

DEus ex altissimo amore suo quo nihil odit eorum quæ fecit prospiciens, quod filii Adam ita dissidebant, ita sibi adinuicem erant contrarii propter odium quod originem suam fere ignorarent, plus diuisi odio quam linguis: nam vnusquisque in viam suam declinauit, etiam filii Israel inter quos schisma & sectæ discordiam fecerant, nec erat finis malorum dum odiis nitebantur occludere odia quia vitia non vitiis, sed virtutibus oppugnanda sunt. Volens ergo pater filios qui erāt dispersi propter odium propter nimiam charitatem suam congregare in vnum amoris gremium, filium vnigenitum misit: qui non solum vtraq; vnum faceret sed ex innumeris aliis corpus vnicum & mysticum sibi aptaret: vinculo charitatis annectens hinc inde dissuta: propter quod vt membra inter se conueniant ait. Diligite inimicos vestros. Ecce præceptum altissimæ charitatis velut sagenæ missæ in mare huius seculi, ex omni genere piscium congregantis ad se, ac euellentis omnes odii rationes, & conterentis fluctus rancoris. In priori parte hoc præceptum exponam, in posteriore autem de gradibus huius charitatis agam.

Cur datē præceptū de amando inimico.

Diuisio. Prior pars

Vt ait Aug. super illud Psal. Illumina oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua nil mirabilius, nil ita arduum est in lege Dei, vt sententia thematis quæ ait. Diligite inimicos vestros. Diligite eos qui inimicari non desinunt diligite odientes vos diligite eos qui dilectores suos odio prosequuntur. amate persequentes amorem. O superne Deus, si dixisses, Diligite inimicos vestros, quia mihi amici facti sunt diligite inimicos vestros ob id quia mei sunt amici. Si eos non diligitis

gitis quia sunt inimici vestri, saltem eos diligite ex eo quod amici mei sunt. Non est ita fratres, nemo enim est inimicus seruo Dei, quin sit inimicus Deo ipsi ideo quæ dicta sunt difficilius ostēdunt mandatum præsens tamen ut breuiter soluantur attende, quod & si actualiter sit ille Dei inimicus, poterit in posterum fieri amicus & hæc potentia aut aptitudo est potissima ratio qua diligendus est, tamen hoc pręceptum plurima eget expositione. Vt aduertas quo gradu & quo modo etiā quoslibet imperfectos istud obliget mandatum attende quod vt notat sententiarum Magister, multi videntes præcepti grauitatem, dicere voluerunt, quòd viris perfectis imponitur præceptiuè inimicorum, dilectio, qua omnes homines tenentur diligere etiam inimicos. Sed imperfectis & vulgo Christianorum satis esset diligere proximos, & non habere odio inimicos suos nam sic & super antiquos Christianus in amando abundaret, quia odium permittebant inimici, & non esset grauatum super vos grande præceptum ac pene impossibile. Isti abberrantes à vero, nihilque Deo fidentes qui dat quod lubet, si manus appones, non aduerterunt quod de inimicorum dilectione est præceptum affirmatiuum quod semper contrarium uetat, id est, odium ne unquam fiat. Et cum hoc etiam obligat ad pro aliquo tempore habendam dilectonem taliter quod aliquando inimicum positiue diligas, non solū ex corde intus nisi quod quādo opus fuerit amor interior ad extra opere compleatur & exhibito beneficio misericordiæ, & oratione oblata pro eo quod notat Chrysostomus, cum ait. Non Dicit Dominus, ne odias, nisi quod ames nec simpliciter iussit amare, nisi etiam quod facere bene vbi sequitur. Benefacite his qui oderunt vos. Ecce igitur fratres quod omnes à minimo vsque ad maximum Christianorum tenemur ad trifariam inimici dilectionē cordis, videlicet operis & oris. Quod grauius impræsentiarum nobis videtur, & minus rationi consentaneum est arbitrari, quod iubemur

Ratio potissima huius p̄cepti. 3. d.30.

Amor inimici qualis.

malum amare: inimicus quippe est deterius quod est in mundo, & intolerabile malum. Quis unquam obsecro dicere ualebit, quàm grande malum sit ille qui in odio proximum habet, aut infert nocumentum? hunc eundem Ioannes dicit in tenebris ambulare, qui & nescit quo eat. quoniam properat in infernum. Quin etiam manet in morte, quanuis imaginem habet quòd uiuat, cum suiipsius homicida sit: eodem Ioanne teste. Quid ergo diligam ego odientem animam suam? nam qui me odit, pariter animam suam odio habet, exprobrans factori suo: cuius facturam detestatur. Cur diligam eum à quo Deus non vult accipere munus quin reconcilietur fratri? Imò iste proximum suum odiens accipiet maledictionem à Domino pro benedictione: quia scriptum est, Omnes maledictiones has conuertet Dominus super eos qui oderunt te. Cum ergo Ioanni dicatur hoc habes bonū: quia odisti facta Nicolaitarū quæ ego odi, incongruum uidetur quod diligam ipse inimicum meum: qui & est eo facto Dei & sui, & omnium creatorum inimicus odiosus. Certè de hac dilectione ad quam tenemur, dici potest: fortis est ut mors dilectio, dura ut infernus æmulatio. Nam qui dixerit inimicum æmulabitur Christum: difficilius tamen, quia velut in inferno est, qui patitur inimicum domesticum si eum non potest à se separare. Cum ergo tam malus sit inimicus & tam odibilis & hunc iubear diligere, uidetur quod tenear diligere malum: cui nullo modo debetur amor sed bono, contra omnem rationem: quippe est ut malo amor præsentetur, sed bono & huic cognito tali, quoniã si quælibet res sibi simile quærit, amor præcipue quærit amorem & amare quærit amari. Hic attende quod lex Dei non deuiat à ratione, nec est præter rationem, minime quidem iubet ut inimicum diligas: quia inimicus est, nam hoc esset alienum diligere peccatum quod omnino debet odiri, & totaliter detestari. immò pro regula generali habēdum est Christiano illud propheticū, Odite malū, & diligite bonū. Et alibi dicit-

Margin notes: 1. Ioã. 2. — Matth. 5. — Deu. 30. — Nullum malum amandū. — Amos. 5.

bi dicitur. Si separaueris preciosum à vili, quasi os meũ eris Iam ergo cum omnis beneuolẽtia fundetur super aliquam communicationem, teste Thoma, quæ haberi debet inter amicum & amatum tamen inter amicũ & inimicum nulla inuenitur inquantum talem: nam quę communicatio hominis sancti ad canem? & lucis ad tenebras? nam qui odit fratrem suum in tenebris ambulat: ex quo lucide concluditur non tantum ꝙ nõ est inter eos amicitia, sed quod nec esse potest, nam deficiente fundamento, deficiũt res fundatæ, quod videtur notare Sapiens dum ait. Omni vita tua dilige Deum, & inuoca illum in salute tua, omne animal diligit simile sibi, sic & omnis homo proximum sibi, omnis caro ad similem sibi cõiungetur, & omnis homo simili sui sociabitur, sicut communicabit lupus agno aliquando, sic peccator iusto, quæ cõmunicatio sancto homini ad canem? aut quæ pars bona diuiti ad pauperem? Amor ad inimicũ validior est ac preciosior cunctis operibus cæterorum meritorum, & per cõsequens pessima paupertas est penuria eius. Canis & lupus vocatur inimicus, & agnus dicitur qui eũ amat. Ecce inquit saluator noster Christus ad Apostolos suos, Mitto vos sicut agnos in medio luporum. Non misit ipse Deus ad lupos ut lupi deuorarent eos, cum potius ipse Christus se obiecerit Iudę traditori rapacissimo & alijs lupis, qui cum eo ueniebant ad deuorandum Apostolos suos in horto. pro quibus Christus redẽptor noster opposuit se ut possit gloriari dicens patri suo. Quos dedisti mihi non perdidi ex eis quenquam. Non est amandus inimicus inquã tũ lupus: nam sic agnus iste diligeret malũ suum vnde non misit Christus agnos ad lupos, sed in medio luporum qui inquantũ tales securissime odiri possunt, unde supra dixit Dominus se & seruum suũ Ioannẽ Euãgelistam odisse facta Nicolaitarũ non autem ipsosmet, sed facta eorundem, Christianissime tandem dicere valeo, Ego Petrum diligo, acta eius tamen odio habeo, amo eũ, & facta eius quia mala sunt abhorreo. Tamen

2.2.q.23. arti.1.

Eccl.13.

quia opus aliquando pro operante accipitur, quia nimis ei coniunctum est, ideo nec mirum si alicubi legatur Deum vel sanctos inimicos suos odisse. Quemadmodum ergo peccat latronem amant: quia latro est: sic peccat diligens inimicum, quia inimicus est, vnde ait quædam glo. Natura, quam Deus creauit, in omnibus etiam inimicis diligenda est & fouenda, culpa tamen ab horrenda & destruenda. Sic denique amandi sunt persecutores quia homines sunt: odiendi autem, quia perpetrant malum. Vt facilius inimicum diligas non cogites communicationem tui ad eum quia nulla est vel ex parte eius mala sed leua oculos tuos ad Deum attendens, quòd Deus tuus qui vult omnes homines saluos fieri, amari desiderat ab inimico tuo, optans vt se cito disponat ad fruendum gloria, ex quo sequitur, quod ille qui te nunc odio prosequitur, in cœlo esse poterit amicus tuus, quod tu nullo modo recuses, quia hoc teneris ei optare ex corde, ex eo quod idem Deus ipse amor tuus optat, vnde si hoc feceris inimicum diliges, non quia inter vos communicatio aliqua sit sed quia esse potest vel in cœlo, si contritus discedat. Et nūc in aliquo tertio est vobis adinuicem conuentio, nam idē amborum creator & redemptor & pater Deus qui saltem imaginem suam diligit illos. Hæc omnia quædam glo. super Mathæum annotat, dum ait. Omnis homo charitate prosequendus est, ex eo quod ad imaginem Dei cōditus sit, & capax eius per cognitionem & amorem, nā amicitia charitatis fundatur super communicationem beatitudinis supernæ, & ideo omnis creatura intellectualis quæ beata est vel esse potest, diligenda est charitate, & quoniam homines mali dum sunt viatores, adhuc possunt ad beatitudinem peruenire, debemus naturam illorum diligere quæ possibilis, est beatificari, quamuis eorum culpa est odienda. Ex hoc sequitur, quod nullatenus dæmones amore prosequendi sunt, nec damnati, quia possibilitas nō suppetit cōmunicādi nobiscū in beatitudine nam charitas super solam communicationem

Consideratio ad inimici amorem proficua.

tionem beatitudinis fundatur habitam, vel possibilem haberi, Radix autem amoris inimico debiti stat in optando ei bona cœlestia, in quibus nobiscum communicare possunt, ideo cum ea qualiter cūque auertis inimico, vel per doctrinæ subtractionē, aut nolens ꝙ eis fruatur, peccas mortaliter, nā vt optime notat Gabriel, non compatitur cum amore debito Deo, nolle ꝙ alius eū diligat. Liquide igitur constat, ꝙ dicere alicui, malum seculum possideat, vel demon te rapiat, peccatum mortale est. Nunc videre est, quò nam uis modo tibi liceat malum optari inimicis tuis, nam vt in sermonis exordio proposui, pusillis loquor, & non assuetis amore hoc violēto, immo assuetis odio, & aliquādo gratis sine vlla cā. Scio & vere scio, ò filii alieni, ꝙ rebelles huic præcepto, diligite inimicos vestros, contraria peragere contēditis recalcitrantes, & ideo necesse est videre an sitis in statu salutis. Videntes aliqui ꝙ, secundum Scotū, licet optare inimico penuriam, vel rerum malos euentus, aut infortunium pure temporale, arbitrantur ex hoc, ꝙ minime peccent optantes malam rem inimico, calamitatem videlicet in corporalibus & quod bene sit eis in spiritualibus, nam dicunt ei salutifera esse mala corporis & fortunæ ut se corrigat, quia tunc inimicus dicet Deo nostro, Bonum mihi quia humiliasti me, vt scilicet a malis cessem. Qui hæc mala temporalia optant inimico dicunt nōea ei affectare, quia mala sunt, sed quia promouent ad bonum, quoniam teste Grego. Mala quæ hic nos premunt, ad Deum nos ire compellunt. Qui huic sententiæ adhærent caueant sibi, ne se uindicare velint, ideo audiant Grogo. dicentem. Tunc inimici amor uere obseruatur, quando de suo profectu nō tristamur, nec de casu eius lętamur. Nemo enim diligit quem meliorem fieri vult, immo secutum perse quitur dum in casu eius lætatur, sed sæpe fit quod illæsa charitate lætemur casu illius & ꝙ prosperitas inimici nos contristet sine inuidiæ nota, quando eo cadente confidimus quosdam surgere ad bonum, & timemus

3. d. 30. Qualiter licet optare malum in inimicis sui

ꝙ si creuerit, iniustè punientur multi: sed in hoc discretionis examẽ seruandum est, ne fallamus nosmetipsos sub specie vtilitatis alienæ inimicitias exercẽtes, & etiã pẽsare oportet quid casui peccatoris debeamus & etiã iustitiæ ferientis: nam si omnipotens peruersum ferit, congratulemur iustitiæ iudicis, & cõdoleamus miseriæ. Quia secundum philosophum in nobis videndum est, quid erga amicũ debemus efficere: & Christus nos iubet inimicum diligere vt de inimico faciamus amicũ: sequitur ꝙ in nobis specimen aliquod est huius amicitiæ, vbi aduerte inimicum quendam tecum esse cæteris peiorem: & est corpus tuum de quo dici potest: Seruies inimico tuo quem emittet tibi Dominus. Dono iustitiæ originalis (vt ait Scotus) sedauit Deus corporis passiones, sed post peccatum emisit Deus & naturæ bestiali dimisit hunc inimicum, quem etiam sancti pa uent inseruientes corpori velint nolint: quia nemo carnem suã odio habuit. Sed homo iustus velut inuictus corpori seruit ac reluctans dum prospicit illud per ampliora beneficia rebellius fieri & durius agere contra spiritum. Iam ergo cum naturaliter hunc inimicum diligamus, & ad hoc teneamur ex charitate quantumcunq; rebelle sit & infidele, quanto amplius debemus diligere quem post amationẽ fidelem inueniemus? nã si dona scindunt lapides (vt aiunt) amor etiam cor durum mollefaciet. Capacior Dei est inimici tui anima quàm corpus tuum & similior Deo, ex quo eum plus diligere teneris. Confero amorem debitum animæ & corpori tuo: ei, quem debes habere ad amicum & inimicum. non ob id quòd nõ ames eum plus quam corpus tuum, sed ideo quòd sit maior ad amicum quàm ad inimicum, sicut maior est ad animam quàm ad corpus. ne exprobrando dicatur tibi. Diligis odientes te, & odio habes diligentes te. Quemadmodum ergo licet tibi optare corpori tuo infirmitate & similia ut meliorescat, sic eadem licebit optare inimico. Vide Gabrielem in.3.di.30.

9.Ethic.

Deut.28.

Corpus est tuus inimicus

2.Reg.9.

De gra-

De gradibus amoris ad inimicum secunda pars.

Gradus amoris ad inimicũ 3.d.29.

CVm huius amoris gradus multiplex sit operepretium est scire quo gradu tenearis ad illum & quando: vbi aduerte quòd vt recitat magister, quidam dixerunt omnes homines ęquè amãdos fore in affectu, sed non in effectu seruituris: nam coniunctioribus plus tenemur. Habẽtes hanc opinionem dicunt inæqualitatẽ amoris de qua sæpe loquitur scriptura referri ad opus exhibitum, non autem affectũ intus, qui ęqualis debet esse ad oẽs & vniformis. Secunda opinio asserit ꝙ quo ad affectum & effectũ omnes æqualiter diligẽdi sunt. Tertia autem quæ magis placet affirmat, ne omnes pari forma diligãtur: nec quo ad affectum: nec quo ad effectum: nam cum necessarius est amoris ordo, & vtrobique seruari queat intus & extra: nulla est ratio eũ excusans. Authoritates autẽ quæ innuunt omnes proximos æqualiter diligendos intelliguntur de bono eis optato, quod est Deus: quem oĩbus velle tenemur, quãuis inæquali affectione & opere Explicans beatus Thomas qualiter teneris ad inimicum diligendũ, dicit: Dilectio inimicorum tripliciter considerari põt: vno modo vt inimici diligantur, inquãtum sunt inimici, & hoc est peruersum & charitati repugnãs: quia hoc est diligere malum alterius: alio modo potest accipi dilectio inimicorum quantum ad naturam, scilicet in vniuersali: & sic est de necessitate salutis: vt. s. quis diligens Deum & proximum ab illa generalitate dilectionis proximi inimicos suos non excludat. Tertio modo põt cõsiderari dilectio inimicorum in speciali: vt. s quis moueatur speciali dilectionis motu ad inimicum, & istud non est de necessitate charitatis: quia hoc esset impossibile, est tamen necessarium secundum præparationem animi, vt scilicet homo habeat animum paratum ad hoc. quod in singulari inimicum diligeret si necessitas occurreret sine qua non tenetur tamẽ perfectus quisque extra casum necessitatis eum diligit propter Deum: sicut si q̃s dilige-

22.q.25. art.8.

Diligere pp Deũ quid.

diligeret aliquem hominem multum, & amore ipsius filios eius amaret etiam inimicos sibi: quod non conuenit multitudini Christianorum nisi perfectis tantum qui extra casum necessitatis etiam hoc faciunt, vulgus autem solum in articu o necessitatis ad hoc tenetur. Quod apertius notat Gabriel dum ait. In casu necessitatis tenetur quilibet inimicum suum, quantum ad bona temporalia, vel spiritualia actu positiuo, si potest, diligere, nisi adsit alius paratus illa præstare: quia teste beato Ioanne Euangelista. Si quis habet substantiam huius mundi, & videt fratrem suum nihil habentem & clau. v. sua ei, non est charitas patris in eo. Sed inimicus frater noster & proximus est, si hoc uerum est de substantia temporali, uerius est de bonis spiritualibus quæ immediatius requiruntur ad animæ salutem. Vnde si apparet aliqua necessitas inimici euidens in spiritualibus: propter quorum carentiam non possit attingere ad videndum Deum aut amandum, vt si fuerit infidelis indigeus doctrina per quam conuerti posset ad veritatem: si potest ille cuius est inimicus præstare doctrinam, nec sit alius qui informet & ipse inimicus informationem recipere velit: tenetur non solum velle, sed etiam efficaciter eam tradere. Sic de correctione fraterna aliisq; pluribus ad vitam æternam requisitis, & specialiter quantum ad hoc quod quilibet tenetur orare Deum pro se & tota Ecclesia Dei, & in illa oratione tenetur velle valere eam cuil bet bono & malo ad bonū spirituale. Sicut enim malus esset stomachus qui nollet sustentationem suam valere sustentationi manus aut pedis, ita non est bonum membrum in ecclesia dei, qui nollet bonum actum suum quem habet, valere omni membro ecclesiæ, pro quanto deus illud acceptat, & pro quanto potest sibi & aliis valere. Sic de bonis corporis & fortunæ, nam de vita corporali tenetur velle quantum ad actum interiorem eam inimico, & quantum ad actum exteriorem (si posset) tenetur eum saluare, dum non sit alius potens, & volens adiuuare, puta si

1.Ioan, 3.

Bonum tuum ꝓsit omnibus.

ta si

ta si esset moriturus fame, vel in flumine, & nullus esset qui posset, aut vellet eum cibare, & eripere de aqua tenetur eum cibare & eripere, secundum illud Ambro. Fame pasce morientem, si non pauisti, occidisti inimicus autem est frater & proximus ideo non minore charitate teneor diligere inimicum quam proximum, quo ad ea quę sunt de necessitate salutis. secus in aliis. Hæc ille de casu necessitatis inimici. extra quem sufficit no le ei malum, nec velle eum priuari parte generali, quam ei Deus vellet præstare de bonis tuis spiritualibus. Nam hic inter minimos huius virtutis gradus computatur sunt enim plures, quos annumerans Chrysostomus ait. Videte quot gradus ascendit Christus, & quomodo nos collocat in sublimitate virtutis primus gradus est, non odiri inimicum secundus, non se vindicare ab æquali suo tertius, non facere cum inimico quod ipse mecum, quartus, uoluntariè me ad mala ferenda offerre quintus, dare petenti plus quam petit sextus non habere odio facientes mala hæc: septimus gradus, est eum diligere octauus, bene facere ei, nonus orare Deum pro eo sed quoniam magnum erat de inimicorum dilectione mandatum, præclarissimam subiunxit mercedem videlicet quod Deo similes futuri eramus, vnde ait. Vt sitis filii patris vestri, qui est in cœlis. Comparatio quam Christus adduxit, quando iussit nos inimicos diligere, impositam exposuit obligationem dum dixit quod pater eius pluit super iustos & iniustos, solemque suum oriri facit super bonos & malos quod est generale beneficium omnibus pręstitum præter alias plures gratias peculiarę amicis indultas & collatas. Et etiam hoc generale beneficium prius dicit effundi super bonos, quam super malos prius dari amicis, quam inimicis immo pro istis datur illis, occasione iustorum mali recipiunt alimenta, nolens Deus eos reiicere ab hac generali collatione, quam etiam tribuit bestiis agri, & sic tu reddes quod debes inimicis tuis si dum oras pro ecclesia, non

Nouẽ amoris gradus.

Exponit Christus mãdatũ.

eos excludis: & eis benefacis dum optat omnes pecca-
tores saluari, quia includuntur ibi virtualiter inimi-
tui: qamuis tunc immemor sis eorum, quia non ten-
ris ad eorum recordationem Eos diligis, dum eis no
desideras malum: sed si videres quendam inimicoru
tuorum in grauissimis periculis laborantem, vbi disc
men corporis, vel animę incurrit: tunc teneris ad om
nimodum remedium ei præstandum, donec incolum
euadat, ac si amicus esset. Et limitatio huius quam mu
ti afferunt dicentes: illud est verum, dum alius non e
paratus præstare adiutorium, vera est si illud præsta
teneris tamen tu etiam existentibus multis ad ho
idoneis: donec illud efficiant: si ergo tibi restat scru
pulus, quòd alij non præstant auxilium, tu semper te
neris illud præstare. Væ autem eis qui nomine Chri-
stiano censentur, si eis euenire contingat, ueluti mu
tis negationibus quæ sese impediunt: & nihil faciun
dum quilibet onus suum iactat in alterum, nolentes r
spicere quòd quilibet per se rationem reddet, vbi no
erit locus excusationibus in peccatis. Aduerte tame
ꝙ casus dari potest, quo expediret inimico negare be
neficia, ut Deus facit quando Aegyptiis negabat luce,
quæ reperiebatur vbicunque erant filij Israel. illis in
obscuro remanentibus: hoc tamen piè fecit Deus, ut
crederent. Mysticè tamen pater solem suum, id est,
filium super iustos & peccatores oriri fecit: quia om-
nes ponuntur in genealogia saluatoris, qui pro vtri-
que natus est, qui & pluuiam doctrinæ suæ vtrisque
impartiebatur sine personarum acceptione, vnicuique
pro captu suo.

Exo.20.
Quis sit inimicus

Quòd multos fallit in præsenti negocio est, ꝙ arbi-
trãtur inimicos, vt notat Gabriel. 3. dist. 30 eos qui dicẽ
tes verũ, carpunt vitia eorũ: ii veluti nequã rex Achab
ꝓphetã Michæam iustum, inimicum iudicant: quia es
nõ loquitur ad libitũ. Vbi aduerte ꝙ Achab interpreta
ter arula patris.i. parua ara diaboli patris eius: q odio
habet corripientem in porta, si tñ iste ꝑꝑ iustitiã qui
exercet,

exercet, patitur odium, semimartyr est in ara iniusti odii mactatus, vnde Michęas interpretatur percussio domini, & est ille qui a domino audit: Annuncia populo meo scelera eorū, & ĩterfecit impiū spritu oris sui. Hic loco domini percutit, & iudicis minister est, qui gratiarū actione ꝓsequendus est, nō odio. Ne ẽt sis vt. Herodes, qui reputauit sibi inimicū Ioannem Baptistam, cū re uera nemo esset ei amicior, q̃uis ille sua delusus passione, eum inuasorem iudicat, cum esset magni cōsilij angelus. Plurimi tandē falsa opinione sibi fingūt inimicos, vt stulti phrenesi laborātes, qui medicū credunt esse eis inimicū gratis. Ne ergo tu sis similis illis, putans inimicū qui te corripit, arguit, aut increpat, uel disciplinæ te subiicit aut uere uisitat deponens de te quæ fideliter scit p̄missa correctione fraterna: nā unicuiq; Deus mandauit de ꝓximo suo in cuius rei figura dicitur in lege Exo. 23. Si occurreris boui inimici tui aut asino erranti reducas eū, si ergo aĩalia debemus ad bonū statū reducere per flagella, potius hoĩes. nā hæc amoris opera sunt, q̃uis ea iudicas ex odio prodisse, vbi peccatū duplicas in omissione & commissione omittis amoris vicē debitam, & ẽt odium apponis cū temerario iudicio. Ne credas inimicū tuū nisi eū qui vetat uirtutem tuā, aut se opponit bonis inceptis tuis, & in optimis desideriis tuis machinatur cogitationes pessimas, cum sint de genere bonorū ad extra, & de bona radice ad intra. Qui facit hæc, trāsfigit cor uiri iusti & odibilis est inimicus: cuius opa odire, eū ẽt amare oportet ut p̄dixi. Est ẽt inimicus tuus oĩs qui aduersat̃ te iniuste, aut nocet tibi minuēs famā aut statū vel bona tua quouis mō iniusto: si aūt hęc facit te cōueniēs ante iudicem aut iustitiā efflagitat, nō ideo eū inimicū putes, si iusta rē postulat: inimicus autem tuus est qui fecit mala de quibus accusatis, aut eis magnam p̄stitit occasionē. Qui in Dei præceptis nil amplius uult facere præter id ad qđ tenetur, etiam, hoc uidetur ei intolerabile onus, sed qui addere vult super erogationem, non inuenit laborem in prece

Verus inimicus quis sit.

pro

pro diligendi inimicos, attendens quod ſine hoc amore nec martyres placuerunt Deo, & quod pari forma ſubiit Chriſtus mortem pro inimico meo ſicut pro me, & forte ad maiorem gloriam ordinatus eſt, quamuis nunc in peccato ſit de quo teneris plus dolere quã de illata iniuria quia per peccatum Dei perdidit amorem, quem maxime ei optare debes vt autem facilius inimicum ames, attende & conſidera hæc documenta ſcilicet quod,

Vt inimicum diligas attẽde quod.

Ames vt cito non amaturus & odias, vt cito amaturus,

Beati eritis, cum maledixerint vobis homines &c.

Crucem tuam ferre oportet poſt Chriſtum

Deum cuncta diſponentem inſpicias, cunctorum conciliatorem

Electionem æternam conſideres, quia neſcit homo finem ſuum

Faber eſt Deus, & inimicus meus eſt maleus & lima

Gratiam recipies a Deo & hominibus ampliorem

Homo & humus eſt, compatere potius ei

Idem etiam eſt Dominus omnium & redemptor

Lapides & maledicta non tanquam ab homine, ſed a Deo ſuſcepit Dauid

Miſericordia eſt maxima, quam etiam Deus fecit & facit

Neceſſitas omnia facit communia etiam amorem expreſſum

Odire laudabiliter poteris facta Nicolaitarum

Pœnitentiam dignam facis, dum inimicum diligis

Querelas eius non ſolum compeſces, ſed in orationes pro te conuertes

Recorderis quod tu forte es Deo inimicus

Sanctitatis eſt celſitudo, vt ſitis filii patris veſtri

Tibi dat maximam occaſionem mœrendi inimicus

Vinces, ſi eum amas, in bono malum, quæ eſt victoria Dei

Chriſti eris è proximo æmulator, qui ei dedit ſanguinem

nem suum. Intime scias te intus portare maiorem inimicum.s veterem hominem, si hunc bene scire, de alio non cogitares

Zelabis vigilantius animam tuam

Tandem in gloria eritis coram patre boni amici, ad quam filius nos perducat. Amen.

Pro primo Sabbato quadragesimæ, de ventre prædestinationis.

Euangelium pro omnibus Sabbatis quadragesimæ, quod & legitur in tertia dominica quadrages.

IN illo tempore: Loquente Iesus ad turbas, extollens uocem uædam mulier de turba, dixit illi, &c.

Sermo decimussextus.

T E M A.

Beatus uenter qui te portauit. Lucæ. 11.

Inuocatio ad Mariam portatricem.

NOn satis fuit pietatis solerti beatæ Mariæ, semel afferre nobis tantum bonum, sed pluries ac sępe sępius. Nec. n. bis aut ter attulit nobis Iesum, sed frequenter. Magnum quid respondit Deus amico suo efflagitanti faciem suam, quando dixit ei. Ego ostendam tibi omne bonum. Plus videtur fecisse nobiscum Maria dum attulit & ostendit nobis filium Dei, qui du dum & ab æterno in sinu patris manebat absconditus. Quando Deus ostendit Moysi omne bonum, non palam exhibuit illud sibi, nec de propinquo, nec familia-

Maria plura pręstat nobis. s. deũ mitem.

riter

riter: unde propterea dixit ei, Eſt locus apud me, & ſtabis ſupra petram. Cumque traſibit gloria mea, ponam te in foramine petræ, & protegam dextera mea donec tranſeam, tollamque manum meam, & uidebis poſteriora mea, faciem autem meam uidere nó

Exod. 33. poteris. Hæc in Exo. ubi Deus ſe oſtendit Moyſi cupido uidendi illum, tamen poſteriora ſolum uidit: quoniam ad nos tranſibat Deus, ad nos properabat, noluit apud antiquos demorari corporaliter: quia nondum venerat illa, per cuius manus non ſolum oſtenſus, ſed collatus & exhibitus eſt Deus mundo. Quæ propterea tam bene merita eſt, ut ex hoc beatam eam dicant omnes generationes, quia omnibus attulit Deum Noluit afferre poſteriora Dei, ſed priora, ſed meliora. Antiqui habuerunt præcepta non bona, quia ſcapulis ſuis obumbrabat eis Deus, nobis autem priora faciei eius oſtendit Maria, quia poſteriora cruci fuerunt affixa, crux autem iam tranſit, & Chriſto ultra non dominabitur. Solum habemus iocundam faciem Dei, quem lætum nobis quotidie reddit beata uirgo, ut potius blanditur nobis ut pater, quam comminetur ut iudex: quod optime figuratur in Aſſuero, qui cum iratus eſſet populo Hebræo, acceſſit Heſter, & inuenit eum grauem, ita ut diceret ei: Vade terribilis es Domine. Sed conſiderans Maria quod poſſet Deus nobis placari, adiecit: Et facies tua plena eſt gratiarum. Tunc rex exiliens de ſolio citiſſime occurrit Heſter, cui blandiebatur dicens: Quid habes

Heſt. 15. Heſter, ego ſum frater tuus: noli metuere. Timebat Heſter populo ſuo, & beata uirgo timet nobis peccatoribus, ne Deus fiat iudex ultor: ideoque ſatagit nobis afferre faciem ſuam plenam gratiarum, ut non timentes, ſed amantes ſimus. Vt igitur præſenti ſermoni gratiam obtineamus, uirgini deportemus genibus flexis, Aue Maria gratia plena Dominus tecum &c.

Argu-

Argumentorum Dicendorum.

NOn solum beatus Lucas commendat nobis mulierem illam de turba, quæ blasphemantibus occurrens propter dominum, matrem Domini euexit sed etiam eius sententiam uoluit Euangelista notari: dum dixit, Extollens uocem quædam mulier de turba. Super turbam extulit præclaram uocem, quam turba Iudæorum non potuit attingere. Nec enim Salamon aliud cecinit quàm ut Mariam beatificaret, cuius uenter asseruit tritici acerum ad nos usque portari, pro illis qui petierant panem, & non erat qui frangeret eis, donec uenit beata Dei genitrix, quæ filium a patre distinguens, & eum ab angelis deferens nobis sicut buccellas opposuit ut saturaremur pane diuino, propter quod merito dixit hæc sapiens mulier turbam uidens satiatam uerbo Dei.

Mmulier extollens uocē in Mariam extollendam.

Beatus venter qui te portauit.

DE duplici uentre quo portata est Maria, in sermone agam, scilicet de uentre prædestinationis, ac de uentre sacræ scripturæ.

Diuisio. Pars. I.

Vt autem perpendere queas, quàm conuenienter filius Dei beatæ Mariæ ingerit uerba thematis: Aduerte quòd uenter altior cæteris, ac plenior est illa suprema atque diuina prędestinatio, qua Deus primo suæ mentis conceptu electos suos mentaliter formauit in se: quibus multipliciter prægnans fuit ante secula uoluntas eius. Vnde ipse Dominus Deus de hoc mysterio loquens per Iob conqueritur dicens. Orabam filios uteri mei, stulti quoque despiciebant me, & cum ab eis recessissem detrahabant mihi. Hæc uerba plurimum conferunt ad præsens archanū cognoscendum in quibus Deus de prędestinatis & p̄scitis cōquestus est. Gregorium

Prædestinatio est uēterDei Iob 19.

gorium tamen ſupe hunc locum audi prius dicentem, In Deo qui corporis forma non circunſcribitur, membra corporis.i.manus,oculus,uterus nominantur, ut ex membrorum vocabulis effectus eius potentiæ deſignetur Oculos quippe habere dicitur, quia cuncta uidet, manus habere ſcribitur, quia cuncta operatur, In utero autem proles concipitur quæ in hanc uitam profertur. Quid ergo uterum, Dei niſi eius conſilium debemus accipere, in quo ante ſecula per prędeſtinationem concepti ſumus, ita ut creati per ſecula producamur? Deus ergo qui manet ante ſecula uteri ſui filios orauit quia eos quos potenter per diuinitatem condidit, incarnatus ueniens humiliter rogauit. Sed quia in ipſa carne qua apparuit ab eorum æſtimatione deſpectus eſt: ſubiungitur, Stulti quoque deſpiciebant me. Hactenus ille. Non parum mali eſt ut filios uteri ſui Deus roget, cum potius econtra filij deberent rogare parentem dicentes: Pater noſter qui es in cœlis ſanctificetur nomen tuum. In hoc autem quòd ſe rogare filios ſuos dicit Deus innuere uult noſtram difficultatem ad bonum: quanuis enim ad ſumũm bonũ prædeſtinaſti ſint omnes ſancti, propter peccatum tamen primi parentis ad patrem animarum Deum difficiles ſumus, ipſe autem monſtrans ſe eſſe patrem, nõ dedignatur orare ſuos, id eſt, per amotem ad ſe trahere, & adhuc cos patitur diſſimulantes, nec deſiſtit bonis rationibus eos inducere ad ſe, quanuis econtrario deberet eſſe. De præſcitis autem dixit beatus Iob in perſona Dei Stulti quoque deſpiciebant me, id eſt, non ſolum prædeſtinatos, quos ut filios in vtero ſecreti cõſilii mei genui, orabam, ſed etiã præſcitos quos caſuros præuidi pertuli deſpectores. Gratis tamen & abſque ulla ratione deſpexerunt me, qui cum iuſte ab eius receſſiſſem, detrahebant mihi, dicentes ſe nõ ſua culpa, ſed mea damnatione præſcitos, eo quòd ſim perſonarum acceptor. Præſciti ergo detrahunt Deo, dum praue aiunt ſe ſicut neceſſario iam præſcitos, ſic neceſſario praue agere. Et ſic detrahunt

Præſcitos carpit

Deo,

Deo, ac si eos malos genuisset in utero prædestinationis suæ. Isti maledicunt vtero Dei, qui iure uocauit eos stultos ac despectores: stultos, in iudicãdo, despectores, in operando. Peccatores stulte sentiunt, ac male de prædestinatione sanctorum, putantes quòd ad eos non possit extendi, nam prædestinationem putant iam transisse velut in rem iudicatam, cuius ipsi partem habere nõ possent, cum prædestinatio tempore careat. ideoq; nõ possit prętel ita dici nec futura, unde Scotus ait quadragesima distinctione prima, quæstione unica. Prædestinatio huius non transit in Præteritum: licet enim ipsa coextiterit pręteritis quæ transierunt, non tamen ipsa prætersit si alia præterierunt quæ coextiterunt sibi, vnde sicut dictum fuit Distictione nona. Verba diuersorum temporum dicta de Deo prout uerisimile competunt sibi, non consignificant partes temporis mensurãtis actum illum, sed consignificant nunc æternitatis quasi mensurans illum actum inquãtum coexistẽs pluribus partibus temporis, & ideo idem est Deum pręde-stinare & prædestinasse, & prædestinaturum est, & ita contingens vnum sicut aliud quia nihil est nisi nunc æternitatis mensurans illum actum, quod nec præsens nec præteritum, nec futurum, sed coexistens omibus istis. Hæc Scotus. Si ergo sensate vis de prędestinatione iudicare, illam cogita in fieri ac pręsentem, & licite ad illam tibi patebit accessus, nec eam despicies, tanquam impossibilem tibi, sed eam perquires tanquam facilem haberi quoniã beatus Augustinus super illud Iohannis Euangelistę, Nemo venit ad me, nisi pater traxerit eum, ait, Nondum traheris, ora ut traheris. Ramum uiridem ostendis oui & trahis illam, nuces quero demonstrantur, & trahitur, & quo currit trahitur. Sine læsione corporis trahitur, cordis uinculo trahitur. Secundum hoc iterato potest homo in hunc ventrem intrare & renasci, etiam si sit senex, etiam si sit peccator quoniam Deus per prophetam Esaiam dixit. Audite me domus Iacob, & omne residuum domus Israel,

Fac ut prædestineris.

Esa. 46.

qui portamini à meo vtero, & gestamini a mea uulua:
usque ad senectam egoipse & vsque ad canos ego por
Roma.8. tabo. Ego feci, & ego feram, ego portabo, & saluabo,
Ecce quanta bona promittit Deus Ecclesiæ suæ, quæ
est domus Iacob, quem Dominus ab vtero prædestina
tionis dilexit. Domus ergo prædestinatorum est Eccle-
sia: quoniam si vt beatus Apostolus Paulus ait, Quos
Deus prædestinauit, hos & uocauit, in Ecclesia uero
omnes sint ad fidem uocati, ac per consequens præde-
stinati, qui si Deum, qui adhuc eos utero gestat, audire
uoluerint, dabit media prædestinationis assequendæ,
quoniam propterea dixit: Ego feci, scilicet te in utero
prædestinationis meæ apparere. Et ego feram scilicet ti
bi media congruentissima gratiæ ad eam assequendã.
Beatus ergo qui non solum portauit, sed etiam portat
in visceribus chraritatis. Cum ergo uenter prædestina
tionis respectu omniũ quibus præstat beatitudinẽ pos-
sit dici beatus, Antonomatice dicetur beatus respectu
beatæ Mariæ uirginis, cui ait thema: Beatus uenter qui
te portauit, & ubera quæ suxisti. A fructu uenter cogno
scitur & etiam beatificatur, quia beatum dicimus uen-
trem, cui bonus & optimus est fructus, nam quidam vẽ
ter gloriabatur dicens, Flores mei fructus honoris &
Maria est primogenita. honestatis. Contemplemur ergo Deiparam uirginem,
ac benedicamus uentri eam portantem, quæ tam præ-
celles est, ut se uocet primogenitam ante omnem crea-
turã. Creaturã dixit, ut Christo nostro saluatori exhi-
beret honorẽ, qui potius est p̃destinator q̃ p̃destinatus,
nã vbi dicitur. qui p̃destinatus: est filius Dei ex resurre-
ctione mortuorum. alia translatio habet, qui declara-
tus est filius Dei ex resurrectione mortuorum. Nam
cum Deus pater eum suscitauit à mortuis, ostendit eũ
ac declarauit, quòd erat filius eius. Prima ergo inter
creaturas prædestinata est Maria. Primogenito autem
multa debentur, primo ex lege sanctitas, quia lex ha-
bet: Quod aperit uuluam sanctum domino vocabitur:
quoniam ipse dixit, Meũ est omne primogenitum, san-

ctificaui mihi quicquid primo nascitur in Israel. Omne inquit primogenitum meum est: quia illud sanctificaui mihi in Israel, id est, in visione prima qua eos prædestinando uidi. Dum dixit, omne primogenitum, Christum & Mariam voluit intelligere, qui lege sanctificationis ab vtero prædestinationis vocati sunt, & sancti domino designati. De quibus etiã potest intelligi illud Leuiti. 27. Primogenita quæ ad Dominum pertinent, nemo sanctificare poterit, neq; vouere siue bos, siue ouis fuerit, Domini sunt: Bos est Christus, ouis Maria, ad quos facit glosa. ordi. huius loci que sic habet: Nõ quia sanctificatione indigna sunt, sed quia sancta sunt, nec egẽt sanctificari. Hæc ibi. Ecce igitur quomodo lex humana, nec lex Adam minime poterunt inquinare quos lege diuina sanctificatos nouimus, ac separatos Deo, qui loquens de primogenitis, ait: Seruiant mihi pro Israel in tabernaculo fœderis & orẽt pro eis ne sit in populo plaga. Tabernaculum fœderis designat sanctitatẽ omnimodam in qua Christus & Maria seruiunt Deo patri, nunquam ad aliud extraneum egredientes: nam ibi stant orantes pro reliquo populo, ne sit in eo plaga peccati. Nos igitur omnes Mariæ dicamus: Beatus uẽter qui te portauit pro cunctorum remedio, vt ores pro nobis, & in habitatione sancta coram ipso ministres ꝑ ineptis ministris. Nunc priuilegia huius primogenitæ videnda sunt, quorum primum est, vt ei primas demus eiq; potiora dedicare studeamus in omnibus. Antiquitus enim primogenito dabantur arborum & animaliũ primogenita: vnde ait glo. interli. sup illud Genesis: Vẽde mihi primogenita tua. Primogenita sunt quæ uuluã aperiunt, & specialiter primogenitis filijs debẽtur. Hæc ibi. ex quo infertur quòd Mariæ debentur prima & meliora, quæ debemus honorifice deferre sibi. Quicquid ergo boni, quicquid præclari, quicquid sancti ei debemus offerre, ut ea disponat ac distribuat prout vult. Sunt in Ecclesia tres greges. primus est donorũ spiritus sancti: secundus est virtutum: tertius est beatitudinem

Nume. 3.

Num. 8.

Priuilegia Primogeniti sũt Mariæ.

Gen. 25.

Euangelij, omne horum gregũ primitiuum ac melius & pinguius debetur Mariæ: vnde omnes ſancti nõ audent primogenita occupare, ſed ea in ſcripturis ſuis deferunt Mariæ, cuius reſpectu ſe paruos arbitrantur, vnde omnes animæ ſunt huius reginæ in ancillas ac pediſſequas. Si ergo per ſeptem ordines ſanctorum volueris ſeptem dona ſpiritus ſancti diſtribuere, ac ſeptẽ virtutes, & ſeptem beatitudines, memento quod primogenita deferas Mariæ quæ eſt in omnibus principatum tenens. Alterum priuilegium primogeniti erat veſtis ſacerdotalis, qua ornabatur decore nimio. Nam cum nõ haberẽtur communes ſacerdotes, antiquitus vnuſquiſque habebat in domo ſua ſacerdotem peculiarẽ electũ inter filios ſuos, & hic erat primogenitus cui dabatur veſtis ſacerdotalis Vnde glo. ordi. ſuper illud Gene. 25. Quid mihi proderunt primogenita mea? ſic ait. Primò genitura autem veſtis erat ſacerdotalis, quia induti maiores natu, cum benedictione patris, victimas Deo velut põtifices offerebãt. Hæc ibi. Quæ nimis Mariæ apta ſunt nemo nanq; ignorat qualiter ſacerdotali fungens officio, ſtansq; iuxta crucis arã, obtulit hoſtiã viuentẽ Deo patri pro nobis, non aliã q̃ propriũ filium, cui nõ pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Si autẽ profundius ſcrutari velis, aduerte ꝙ filius Dei ſacerdos ſine veſte, autem humanitatis non potuit ſacrificium offerre. Hanc veſtem ei contulit Maria, ideoq; debetur ei, quapropter Mariæ gratias agamus, quia veſte ſua ſacerdos noſter acceptabile obtulit ſacrificium. Hæc veſtis tantæ reuerentiæ extitit, vt ei cederet angelus, quia vt dicitur in libro Sapientiæ 18. Totus erat orbis terrarum in ea, nam vice omnium obtulit in ea ſacrificiũ Chriſtus, qui ſicut olim primogenitus offerebat pro tota domo, ſic filius Mariæ pro tota Eccleſia. Tertium primogeniti priuilegium erat, vt hæredaret nomen paternum, vnde ait quædam glo. ſuper illud, Vocabant eum nomine patris ſui Zachariam. Primogenitus, ſicut antiquitus frequenter obſeruatum fuit & adhuc obſeruatur,

Maria eſt ſacerdos ac induit ſacerdotem.

uatur:nominatur patris nomine . Hæc ibi Ex quibus sequitur, quod iure debetur Mariæ nomen diuinum, quia merito uocatur Dei genitrix, Deifera, Deipara. Et etiam interpretatio proprij nominis diuinum quid sonat: quia si eam illuminatricem dicimus, patrem lumi num vocamus Deum. Et si Maria interpretatur domina, Dominus nomen est illi. Ex hoc ergo priuilegio licebit aptare Mariæ omnia nomina Dei. Igitur ò Maria beatus venter qui te portauit dans tibi tot priuilegia. Vt autem alia transeamus, nota prius hanc legem Dei. Si habuerit homo vxores duas, unam dilectam, & alteram odiosam, genueritque ex ea liberos, & fuerit filius odiosæ primogenitus, volueritque substantiam inter filios diuidere, non poterit filium dilectæ facere primogenitum & præferre filio odiosæ, sed filiũ odiosę agnoscet primogenitum, dabitque ei de his quę habuerit cũ cta duplicia. Super hoc ait Lyra : Ius primogenituræ cõsistebat in duobus, quia primogenitus erat alijs filiis in honore præponẽdus, & tantum debebat accipere de bonis paternis quantum duo alij: vnde & Ioseph qui successit patri suo Iacob in iure primogenituræ, quantum ad hæreditatem accepit duplicem partem. Glosa autem ordi. sic ait: Christus sibi duas vxores populum scilicet Iudæorum & gentium coniugij copulauit nomine. Odiosa est synagoga, semper contentiosa dura ceruice, incircuncisa corde dilecta gentilis Ecclesia, sed non potest dilectæ filium præferre filio odiosæ, id est, Ecclesiam de gentibus & filios eius præferre Apostolis & aliis primitiuis, qui sunt filij Synagogæ. Agnoscit odiosæ primogenitum, dat ei duplicia: quia primitius Synagogæ filiis dedit legem & prophetas. & notitiam nominis sui, & primo eis Euangelium predicauit. Hic enim est primogenitus liberorũ eius, scilicet, cœtus Apostolicus. Ecce quomodo tribus Mariæ iã dictis priuilegiis, hæc duo addẽda sunt, alterũ est, ut omnibus sanctis sit prælata: est.n. super oẽs Prędestinato, super solẽ, super stellas. Alterũ aũt qđ accipiat omnia duplicia:

Deut.21

Sinagoga est odiosa, cuius filij Apostoli.

nam propterea dixit Deus: Dabitque ei de his quæ habuerit cuncta duplicia. Hic magnum latet sacramentū: nam cùm Heliseus diceret: fiat in me spiritus tuus duplex, audiuit, Rem difficilem postulasti, quia uoluit esse primogenitus prophetarum. Et Axa non ausa fuit à patre suo petere irriguum duplex nisi gemens, ut lachrymis roboraret petitionem suam. Literaliter loquendo facile poterit intelligi, vt primogenitus cuncta duplicata recipiat, spiritualiter intelligendo, difficulter poterit comprehendi, qualiter beata virgo accepit à Domino cuncta duplicia, nunquid Deus ei duas animas dedit? nunquid habuit quatuor oculos? Scimus quod de temporalibus non accepit cuncta duplicia, quoniā nec simplicia. Sed ne uos detineam aduertite, quod cum in filio suo habeat pater æternus omnes thesauros suos, & hūc duplicatum siue geminatum habuerit beata virgo, cuncta duplicia videtur habuisse quæ quia eū in mente & in ventre concepit duplici portione locupletata dici optime potest etiam super angelos quibus ditior est Maria, quia propterea dicitur ei. Multæ filiæ cōgregauerūt sibi diuitias, tu uero supergressa, es vniuersas. Quere in sanctuario biblico figurā Axę, quę impetrauit prędiū irriguū duplex. Beatus igitur ò Maria uenter q. tot priuilegijs te primogenitam portauit ante omnē creaturā q. a nulla nisi tu potitur eis. Filius ergo Dei q. ab initio & ante secula Mariā in vtero prædestinationis habuit, dicit ei. Beatus uēter qui te portauit ad tātā. s. beatitudinē destinata, vt peculiarioribus priuilegijs frui queas, & primogenitā ante omnē creaturā intētā te dicamus, sed quærimus à te, O Maria quid patri tuo Deo dignū obtulisti propter hoc? quod seruitium exibuisti ei? nā si Ioseph & Iacob facti sunt primogeniti super fratres suos, digna fecerunt & plura, tu autem quid? Audite fratres quia Iacob & Ioseph nil dederunt patribus suis nisi cibum. Maria vero & patri & nobis, multa contulit, nam primogenitus tenetur fratribus suis, ut eos scilicet foueat, protegat, & doceat. Si Maria primogenita

Duplicia hēt Maria.

Iudic. 5

nita fuit, digna gessit primogeniturę nec deuiauit, optime namque se gessit. væ autem illis qui digne non uiuunt, vt consentaneam vitam dignitati præstent: quoniam isti sunt vt Ruben, & Esau, & Ismael, qui nomine tm̃ & nõ re dicũtur primogeniti. Maria vero & re & nomine: vnde aduerte, ꝙ sicut fuit primogenita in vtero ꝑdestinationis, sic ẽt præcessit ante fratres suos in opere & exẽplo, quod est onus primogenituræ: vnde super illud Leuitici: Primogenita quæ ad Dominum pertinent, nemo sanctificare poterit & vouere, ait glosa ordinaria, Primogenita tanquam pecora nostra sunt. qui nobis obediunt filij, serui & discipuli. Sed horum primogenita sunt qui sic obediunt, vt alijs præbeãt exemplum & magisteriũ de quibus alibi dicitur, Omne masculinum adaperiens vuluam sanctum Domino vocabitur. Aperit. n. uuluam generandorum filiorum, qui secundum Deum incipit obedire: vnde Paulus de Timotheo ait, Qui est filius meus dilectus in Domino, ipse vos commonefaciat uias meas &c. Hæc ibi. Fuit ergo Maria primogenita in uirtutũ prioritate, prior in obedientia, prior in humilitate, prior in præcipuis virtutibus, quibus nobis aperuit uiam & progressum ad anteriora, ut ꝑcidatur iã vmbilicus noster & pergamus post ipsam, relinquentes quę retro sunt. Hoc mire figuratur in Exodo vbi dicitur. Sumpsit ergo Maria prophetissa soror Aaron tympanum in manu sua gressæq; sunt oẽs mulieres post eam cum tympanis & choris quibus ꝓcinebat, dicens: Cantemus Domino: gloriose n. magnificatus est. Ideo ut notat Lyra vocatur hic Maria prophetissa, quia prænouerat se Deum cum alij laudaturam pro beneficijs receptis: ideoq; ab Aegypto asportauit tympanum secum, aliasque monuit ut similiter asportarent. Iam ergo aduerte quod vterus prædestinatinois de quo loquuti sumus est mare rubrum, quo intuitu sanguinis Christi saluantur Hebræi. i. prædestinati. Præsciti aũt qui sunt Aegyptij, suffocantur ibi, non quia tales creati, sed q a tales ꝓuisi ex sua nequitia, vnde

Leu. 25.

Obedientes sunt primogeniti.

Exod. 13.

1. Cor. 4.

Exod. 15.

A ugu-

Augustinus ait: Prædestinatio multis est causa standi, nemini autem est causa labendi. Vnde quemadmodú Aegyptij nō suffocarentur in mari nisi illud intrarent, sic præsciti non damnarentur nisi peccassent. Maria igitur prophetissa mulierū decus ante, mulieres incedit, quoniam, ante omnes animas & ante omnes creaturas prædestinatur, ad quarum laudem dicitur, quod tympana deferebāt, quia prædestinati non sine meritis, sed cum carnis mortificatione ordinantur ad gloriam, sicut præsciti cum suis peccatis, vti Aegyptij cum suis armis suffocantur, & damnantur. Tympana ergo vt ait glosa, sunt mortificationes sanctorum quæ morti Saluatoris adiunctæ sunt ad salutem. Nam nec prædestinatio, nec passio Domini nostri Iesu Christi prosunt adultis, nisi & ipsi per proprium conatum manus apponāt tympano, id est, opera mortificationi carnali, qua uelut in tympano laudatur Dominus Deus, vnde propterea dixit Maria, Cantemus Domino, gloriosè enim magnificatus est. Duo sunt simul, scilicet cautus & pulsatio, id est, uoluntas & operatio, quæ dum in magnificandum Dominum terminantur dirigūt viam prædestinatorū ad promissionis terram venientium. Nostrum igitur est post Mariā ire: quia sequutæ sunt omnes mulieres post eam. Egressi sumus mare prędestinationis ad viam peragendam, quæramus tympanum pœnitentiæ, cātemus Domino Deo saltem in confessione, pulsemus cor nostrum in contritione, saltemus in satisfactione, vt exultemus in peccatorum remissione, vt cum Maria mereamur audire. Beatus venter qui te portauit ad gloriam.

Meritū facit ad prędestinationem.

De uentre scripturæ, secunda pars.

Scriptura oīa portat.

ALter venter quo beata virgo portatur, est sacra pagina, quę ad primum ventrem Dei facit, eisque cōsentanea est: quoniam illa quæ in priori uentre Deus decreuit facere, in hoc scripsit ac depinxit, de quo valemus dicere cum beato Apost. Paulo. Cum sit splendor glo-

glorię,& figura ſubſtantię eius portansq́; omnia verbo virtutis ſuæ, purgationem peccatorum facit. Scriptura equidem, venter diuinus eſt, quem ſpiritusſanctus fœcundauit rebus prædeſtinationis, nam propterea dicit, Quod non faciet Dominus verbum, quin reuelet illud amicis ſuis prophetis, vnde omnia quæ facere decreuit in prædeſtinatione, reuelauit per ſcripturam prophetis. Dicitur ergo ſcriptura ſplendor gloriæ quo ad Chriſtũ, quem glorioſe prædicat. Et figura ſubſtantiæ eius quo ad Mariam, quæ ad figuram ſuam dedit nouam ſubſtã tiam filio Dei. Dicitur tertio quod portat omnia verbo virtutis ſuæ, quia cuncta opera Dei prædicat non verbo humano, ſed diuino ac virtute pleno, vt virtuoſos poſſit homines reddere ac virtutibus imbuere. Quarta verò dicitur purgationẽ facere quo ad inquinatos, vnde primum pertinet ad Chriſtum, ſecundum, ad matrẽ ſuam, tertium, ad iuſtos, quartum, ad peccatores, quia omnibus his prægnans eſt vterus iſte, tamen ſignanter dicitur beatus, quia portat matrẽ Dei, cui ait filius eius, Beatus venter qui te portauit. Hebrę. 1.

De beatitudine autem aduerte quod variè quis dicitur beatus. Primo, beatitudinem impartiendo, vt ſolus Deus, vnde Paulus ait, Beatus & ſolus potens rex regum, & Dominus dominantiũ, qui ſolus habet immortalitatem. Secũdo dicitur quis beatus beatitudinem habendo, vt ciuis patriæ cœleſtis, nam ideo dicitur. Beati qui habitent in domo tua Domine, in ſecula ſeculorũ laudabunt te. Tertio dicitur quis beatus beatitudinem ſperando, vt viator, iuxta illud, Beati qui perſecutionẽ patiuntur propter iuſtitiam. Quarto beatitudinem ſimulando, iuxta id, Beatum dixerunt populum cui hæc ſunt. Primus creat omnia verbo ſolo, ſecundus triumphat in regno, tertius currit in ſtadio, quartus erat in iunio. Primus beatitudinem impartitur, vnde Paulus ait, Quos prædeſtinauit &c. vſque magnificauit. Nonne impartietur beatitudinem cum dicet, Venite benedicti Patris mei, poſſidete regnum, quod

Beatus uariè dicitur.

1. Tim. 1.

vobis

vobis paratum est ab origine mundi Secundus beatitudine reficitur: quoniam ideo dicitur, Melior est dies vna in atrijs tuis super millia. Et alibi, Edentes & bibentes super mensam in regno meo. Nonne reficiuntur beatitudine hi qui veniente sponso aptarunt lampadas suas intrantes cum eo ad nuptias? Tertius spe beatitudinis allicitur vnde beatus es Simon Bariona. Nōne spe beatitudinis alliciebantur illi, de quibus Ioaunes ait: Filioli, nondum apparuit, quod erimus, cum apparuerit similes ei erimus. Quartus mundanorum uanitate decipitur: quoniam scriptum est. Diues cum obierit, nō sumet omnia, nec descendet cum eo gloria domus eius. Nonne mundanorū uanitate decipiuntur hi, de quibus dicitur: Ducunt in bonis dies suos, & in puncto in inferna descendunt? Prima beatitudo est inter choros angelorum, quoniā milia milium ministrabant ei &c. Secūda, in regno cœlorū de quo dicitur, Beatus qui manducabit panem in regno Dei. Tertia in valle lachrymarū: vnde propterea dicitur, Heu mihi quia incolatus meus ꝓlongatus est. tamen consolabatur se qui dicebat, Scio cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meū seruare in illum diem. Quarta in multitudine diuitiarum, quoniā, teste, Iob, abundāt tabernacula prędonū. In prima beatitudine, Melchisedech absq; initio legitur. In secunda, in terra promissionis requiescitur. In tertia 40 annis in deserto laboratur. In quarta, in regione dissimilitudinis peregrinatur. Iā ergo hæc quatuor ad quatuor, quæ prius di xi, reducuntur: quia ob primū dictum est, cum sit splendor gloriæ: ob secundum, & figura substantiæ eius: ob tertium, portansq; omnia verbo uirtutis suæ: ob quartum autem dicitur, purgationē peccatorum faciens.

Quater ē beatus uēter Marię

Hac beatitudine quadruplici prædicat sacra pagina beatum uentrem matris Dei: quoniam propter primā dicitur de ipso in Canticis: Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus fons signatus, emissiones tuæ paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus.

bus. Ecce igitur quomodo uenter Mariæ eſt beatus bea
titudinem conferendo, quia illam cõtulit mũdo, nam
emiſſiones ſuæ paradiſus fuerunt malorum punicorũ Cauti. 4.
i. hoĩum iuſtorum, quibus cum multis fructibus para-
diſum contulit. i. paradiſum, & medium acquirendi il-
lum. Propter ſecundum ẽt dicitur in Cant. Quam pul-
chra es anima mea. q̃ pulcher, es oculi tui columbarũ
abſque eo qđ intrinſecus latet. Ecce qũo latebat in Ma
ria beatitudo, qua pulchra reddebatur ꝑ ſplẽdorem di-
uinitatis, qui teſte Hier. per oculos & faciẽ eius exibat,
ita ut non poſſet in eã Ioſeph intendere ꝑꝑ claritatem
vultus eius, donec euacuaretur in partu, unde aliter q̃
aliis mulieribus euenit Mariæ, quia fęlicior fuit p̃gnãs
q̃ puerpera. Tertia quam dixi, eſt beatitudo ſpei, quam
ẽt habet venter Marię, de qua dicitur: In utero habens
cruciabatur ut pariat, & peperit filium maſculũ, qui re- Apoc. 12.
cturus erat oẽs gentes. Hic aduerte q; ſpes ſi magna eſt
nimis cruciat aĩam, ut patet in illo qui ait, Cupio diſſol
ui & eſſe cum Chriſto, & in illo, Quis mihi det, ut ue-
niat petitio mea, & in Salomon dicẽte, Quis mihi det
te fratrem meum, vt inueniã te foris. Iam ergo cum Ma
ria habuit in ſe beatitudinem filium Dei, ſpe cruciaba-
tur: q̃a cupiebat illũ citius mũdo parere, ut gẽtes pecca
trices regeret, unde quaſi maturius ęquo uolebat illũ
innoteſcere mundo, dũ dixit: Fili uinũ non habent. Cui Canti. 8.
reſpondit ille, Nondum veniſſe horam eius, tamen prę
uenit horam ſpes Mariæ, quæ peccatoribus beatitudi-
nem gratiæ uolebat conferre. Veniãt igitur oẽs ad ſa-
cellum diuinũ vteri virginalis maxime quãdo prægnãs
eſt, quia tunc habuit beatitudinem emanantem ut di-
uinæ perſonæ. Veniat & angeli, quia tunc habuit beati
tudinẽ poſſeſſam ut beati. Veniant & viatores, quia tũc
habui beatitudinem deſideratam. Veniant & diuites
in quibus eſt beatutudo ficta quia in Maria eſt beatitu
do uera qua poterunt uere reparari, ut habeant in præ
ſenti gratiam, & in futuro gloriam, quam mihi & uo-
bis præſtẽt Ieſus. Amen.

Domi-

Dominica prima quadragesimæ de Christi tentatione, Euangelium,

IN illo tempore: Ductus est Iesus in desertum a spiritu, ut tentaretur &c.

Mysticus sermo decimusseptimus.

T H E M A.

Tentatus per omnia pro similitudine. Heb.4.

Inuocatio ad Mariam uirginem.

In Maria non audi tur fomentum. COmpertum habet qui deuotior Mariæ fuerit ipsam omni fomite caruisse peccati: quia quæ peccato originali non fuit maculata, immunis iudicanda est a peccati fomite. & per consequens a tentatione interiori & bello carnis & spiritus, quia locus Dei Maria in pace quæ exuperat omnem sensum factus est. Vnde si rebellione caruit, filius Dei non omisit illi interiorem tentationem euenire ab intus. quæ maior est quàm ab extra. Hoc priuilegium aliqui arbitrantur in penuriam Deiparæ uirginis assignari. Nam ut ait **2.Ethic.** philosophus, Virtus est circa difficile, & cum non sit difficile agere ubi non est bellum nec resistentia, sequitur minus meritum, quia plus & maiori conatu resistit qui habet fomitem, quam illo carens, sicut qui habet aduersarium, quam qui non habet. Vbi aduerte quòd licet Maria ex minori conatu resisteret tentationibus quàm Paulus stimulo carnis: tamen non propter hoc Paulus dicitur Maria uirtuosior, quia secundum Durandum. 3.sen.dist.23. q.4. conatus maior quando requiritur

quiritur ſolum ex parte operantis, qui eſt male diſpoſi tus ex culpa ſua non auget meritum, alioquin plus me retur continens quèm temperatus faciens ſimile opus, quia oportet continentem plus conari quàm tempera tum. Hoc autem non auget meritum quia tunc uirtu tes magis obeſſent quam prodeſſent. Et nota ꝙ tẽtatio per modum eſt ſuſcipientis maior aut minor, vt patet in equo qui uolatu paſſeris ſubito terretur, & ſic dum tu quia male diſpoſitus uirgam putas lanceam eſſe, nõ plus meritis, Dicitur ultra ꝙ Maria maiorem habuit conatum ad opera difficilia quam Paulus, ad charitatẽ uidelicet & humilitatem ubi potiſſimum eſt meritum, quia in talibus meruit eſſe pugnantibus in remedium gratiæ, pro qua ei offeramus, Aue Maria.

n Maria nõ eſt lex mẽbrorũ menti cõ traria.

Argumentum, ubi oſtenditur quare Chriſtus tentatus, nos docet orare, ne tentemur.

CVm Dominus Ieſus docuerit nos orare, Et ne nos inducas in tentationem, & eum in præſentiarum videamus libenter ad tentationem ire, nam vbi erat impetus ſpiritus, illuc gradiebatur, id eſt, ad tentationem. queramus ergo ab eo cur non orat eundem ſpiritum ne ducat eum ad tentatorem. Reſpondebit quòd expertus quanti laboris eſſet tentatio, docuit nos ne tentaremur, orare. Fertur quod dum in concilio Cartha. 2. dũ fieret decretum quòd ſacerdotes uxores non ducerent, anno domini 446. Omnes aſſentiebant patres cum Auguſtino ibi præſidente, tamen vnus Epiſcopus ſenio cõfectus, uix voluit aſſentire, & aliqui uidentes quòd ille tam ſenex uolebat, ut ſacerdotes ducerent uxores, cœperunt inquirere uitam eius ſecrete, & repererunt eum omnium iudicio aut virginem, aut ſegregatum ab omni coitu, uerum adhuc rogatus quare nollet quod ſacerdotes continerent, oſtendit, Quia ſcio quanti laboris eſt perpetua continentia, & quanti ſtat mihi. Ieſus autem & ſi in ſua uirginitate non laborauit, in aliis tenta

tionibus

tionibus etiam ſanguinē ſudauit, ideo docuit nos orare, ne tentaremur. Tamen illi orationi ſtatim addidit, Sed libera nos à malo, quaſi dicat, hoc ſaltem fac.ſ.ne uincamur. Itē quia Chriſtus de uictoria ſecurus tentatori exponitur, nos autē de uictoria dubitātes, oremus ne tentemur. Quòd āt Chriſtus de uictoria ſecurus procedat, optime patet, quia ille ſpiritusſanctus, illa colūba quæ manſit ſuper eum in Iordane duxit eum ut tentaretur à diabolo, de ramo oliuæ ſecurus, quem colūba ſiccato diluuio ad Noe reportauit. Spiritu ergo principali confirmatus in victoria, ſecure tentatur, ne nos tā tum tentemur, quia infirmitates noſtras ac tentationes ipſe portauit. Si ergo pater uoluit te a tentatione abſoluere, filium eius habebis conſortem, qui ait: Cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum (ne.ſ.ſuccumbat) & glorificabo eum.ſ.in corona victoriæ Tertio autem reſpondeo ꝙ Chriſtus propter infirmos & puſillos docuit orare. Et ne nos inducas in tentationem. tamen ꝑꝑ uiros perfectos graditur ac ducitur ut tentetur a diabolo, quia ſine tentatione perficitur nemo. Vnde perfectus ille Regius propheta Dauid ait, Proba me Domine, & tenta me, tamen in ſe nō cōfidens, adiecit. Miſericordia tua ante oculos meos eſt. Credas ꝙ uexatio tentationis dat intellectū & uires confert, hominemq; peragit & conſumat. Qui non eſt tentatus qualia ſcit? dimiſit Deus Amorrhæos, ut in eis erudiret Iſraelem. Et Seneca ſic ait: Multum accreſcit ſibi laceſſita uirtus. Multum profuit Saul Dauid: & Eſau profuit Iacob. & diabolus prodeſt iuſtis, ſicut lima ferro, & ſicut uomeres campis. Arbitror quòd ſi diabolus aut alia tribulatio non uexaret nos, adinuicem ipſi necaremus noſmetipſos. Nullus fuit locus ubi non eſſet ſaluator noſter Chriſtus tentatus ab hoſte, tamen ut ad numerum præſentis Euangelij tentationes eius reducam, ſeriem inſequendo triphariam tentationem enodabo Chriſti, iuxta triplicem locum, quia tentatus eſt Dei filius in cœlo antequam deſcenderet, & in terra iam factus

homo

homo tentatus est & in membris suis postquam ascendit à terra, tertiam sustinuit tentationem de quibus tripartitus erit nobis sermo.

Diuisio.

Quoniam ex præteritis sermonibus literalem sensum habetis, nunc circa mysticum vos ex toto desidero fratres, si de prima Dei filii tentatione audire placet, de qua incipit Euangelium: Tunc ductus est Iesus in desertum. Pro quo aduerte quòd iustus quilibet dicitur desertum: iuxta id Machabæorum: Descenderunt multi quærentes iudicium & iustitiam in desertum, & sederunt ibi. Nemo vnquam inuenit iudicium nec iustitiam in deserto, sed grassationem: nisi is qui ad se reuersus sedet solitarius & tacet. Homo minor mundus est, dum ambulat in mirabilibus super se: si autem in se descendit humiliatus, desertum dicitur: quia deseritur a sua voluntate & a se homine, vt viuat in Christo: quia beneplacitum est Deo habitare in tali deserto. Vis nosse qualiter te ob Deum deseras, audi. Sicut fluit cera a facie igni, sic pereant peccatores a facie Domini Dei nostri. Cera igni positâ non perit, sed prior forma frigida & dura deseritur in nouam se transferens: iuxta id, Verte impios, & non erunt, scilicet impii, sed veri à se deserti: non se inhabitant vt ibi in eis moretur Deus qui totum vult, quia totum creauit hominem. Item iustus dicitur desertum quia in aliquo est singularis in quo ei alius non sociatur nec comparatur: unde canitur de quolibet iusto. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret regem excelsi. Item dicitur desertum, quia deseritur a mundo, & soli Deo adhæret, qui animæ iusti ait: Ducam eam in solitudinem & ibi loquar ad cor eius. Desertum ergo est uir iustus extra terminos carnis & sanguinis positus. Homo iustus desertum: magis iustus, magis desertum summe iustus, summum desertum. Hic est Christus inquantum homo cuius humanitas summum desertum est. Desertum autem fuit Christus ho-

Prima tentatio.

1. Mac.2.

Desertũ dicitur uir iustus & Christus.

Christi humanitas est desertum

mo à ſua propria voluntate: ait enim, Non veni facere volun atem meam, ſed voluntatem Dei patris mei qui miſit me. Et etiam Chriſtus in quantum homo, deſertū eſt ab humana perſonalitate. Ego quidem perſona ſum per me ſubſiſto: & humanitas mea perſonalitatem meā habet, ſed Chriſtus inquantum homo non eſt perſona, quia non per ſe ſubſiſtit, ſed propriam perſonalitatem relinquens, eam habet quæ eſt verbi communem cum eo. Chriſtus quidem Deus & homo, vna eſt perſona diuina tantum & non duæ perſonæ. Itaque a voluntate & perſonalitate deſertum eſt Chriſtus homo, quia illi reſignauit, Deſertum hoc admirans Salomon, ait.

Canti. 8. Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto delitiis affluens, innixa ſupra dilectum ſuum? quæ eſt iſta humanitas quæ ſuam deſeruit perſonalitatem, vt ea quæ verbi frueretur, cui dilecto innititur delitiis gratiarum pro ſe & pro aliis redimendis affluens, ut de plenitudine eius omnes accipiant? Quia igitur Chriſtus homo de ſertum eſt à propria voluntate, innititur verbi voluntati, & quia deſertum eſt a propria perſonalitate, innititur verbi perſonalitati. Si iuſtus dicitur deſertū quia ab omni ſocietate ſequeſter, ſolo Deo ſociatur, quanto plus Chriſtus homo verbo innixus? Iuſtus innititur Deo per gratiam, Chriſtus autem & per gratiam & per naturam vnione hypoſtatica iunctam verbo. Si de iſto deſerto dicitur, quòd non eſt inuentus ſimilis illi, cū nemo in aliquo æquatur Chriſto: ſequitur quòd eſt ſummum deſertum, vnde & per ſe ierarchiam conſtituit. Si iuſtus ſeparetur à mundo per affectionem non poteſt ſeparari per cogitationem, quia ſicut cum infecta ſubſtantia quanuis ſui ex qua generatus eſt ſociatur, ſic cū cogitationibus & motibus irrationabilibus ſociatur, quia iſtæ cū ipſa patris ſuſtantia infecta tranſeunt per originale peccatū. Sed Chriſtus homo nihil admittit taliū motuū, cū, vt ait beatus Iohannes, Nil coīnquinatū intrabit in illā, nec etiā cogitationū ſocietas, quia non ex patre nec ex matre talem ſubſtātiam infe-

ctam

ctam datam ſociam ſibi habet. Ideoque magis à mundo ſeparatur, vnde ait Dominus Deus ad Iob. Quis dedit uehementiſſimo imbri curſum? & viam ſonantis tonitrui? vt plueret ſuper terram abſq; homine in deſerto ubi nullus mortalium commoratur? Imber vehemens id eſt, vehens mentem, verbum eſt patris quod mentes viatorum ad cœleſtia deſideria erigit, & mentes cõprehenſorum ad diuinam contemplationem & viſionẽ attollit, vnde quia imber eſt verbũ, dicitur: Rorate cœli de ſuper, & nubes pluant iuſtum. Et de ipſo ait per prophetam Dominus, Quomodo deſcendit imber de cœlo, & inebriat terram: ſic erit verbum meum: & alter propheta, Veniet Dominus quaſi imber temporaneus. Quis ergo dedit huic imbri curſum? quoniam nulla ratione inueſtigari poteſt, qualiter ad nos venerit dominus, & ideo Salomon penitus ignorat uiã uiri in adoleſcentulam. Et quis fecit illi uiã ſonantis tonitrui, vt tonitruum ipſius ſonãs eſſet via eius. Hic eſt ſpiritusſantus, qui tonitruũ eſt, quia mouet, terret, & turbat in ingreſſu, vnde factus eſt repente de cœlo ſonus in eius aduẽtu, & ſtatim quietat, quoniã in Helia præit coruſcatio ignis, & commotio, Sibilium tenuem, auræ. Immo & tonitruum eſt Gabriel fortitudo Dei miſſus ad virginem in ſermone eius turbatam, tamen quietat, quia dixit, Ne timeas Maria. Hæc igitur Dei fortitudo vel in ſpiritu ſancto, vel in angelo via fuit per quam imber ille diuinus deſcendit vt plueret ſuper terram Mariã ſine homine ad literam, quia ſine viri ſemine in vẽtrem eius eſt imber infuſus. In deſerta humanitate vbi impedita fuit propria perſonalitas. Hic nullus mortaliũ in Chriſto homine cõmoratur, ideoq; ſummum deſertum fuit, vbi aduerte in quolibet homine, præter Chriſtum, naturaliter cõcepto mortales cõmorari, ſcilicet patrẽ & matrem eius, qui dicuntur in carne vna eſſe, id eſt, in carne prolis, in qua quilibet habet ſuã portionẽ, quia de ſubſtantia amborũ eſt non ſic in Chriſto homine nec in toto Chriſto, vbi nullus mortalium cõ-

Iob. 32.

Verbum eſt imber.

Eſaię 55.

Oſeæ 6.

mo atur, nam si in eo est pater, non est mortalis sed immortalis, si mater non est ille sed illa. De hoc ergo tam mirifico deserto dicitur. Tunc ductus est Iesus in desertum, ac si mystice dicat, Dei filius tunc ductus est in humanitatem suam in hominem desertum quem assumpsit, bea us quem elegisti, & assumpsisti. Sed necessario videtur quærendum de illo tunc, quādo fuerit, quot ex illo milia annorum trasierunt, vel duo uel quinq; uel quinquies centū milia: si tamen diuina ad nostram imaginationē metiri liceat. Sed illud tunc est nunc & post, immo qđ non est, tunc, nec nunc, nec post, in tunc ergo æternitatis, in tūc quando (si quādo est) pater in sua substantia, & de sua substantia genuit uerbum, tūc ductus est Iesus in desertū. Et signat hoc baptismi Christi mysterium, de quo facit relationem ly, tunc: quando, scilicet baptizato Domino paterna vox audita est, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Tunc ergo quādo baptizat pater filium æterno baptismo, in pelago suæ diuinæ essentiæ, & ęternaliter ei amore coniungitur. Hic baptizatus est Dei filius baptismo fluminis per claram uisionem, qua patrē ex tunc ab æterno vidit: & profunda fluuiorum scrutatus est sciēs qualiter à fonte paterno personæ emanāt. Tunc igitur ductus est Iesus Dei filius in desertū humanitatis suæ: qui ab æterno præordinauit incarnari uerbū. Et hoc tunc in æternitate dicitur fuisse, quia post diuinas processiones ad intra, in processione determinationis volūtatis ad extra prius determinandū erat, ꝙ propinquius Deo erat: unio autem uerbi ad humanitatem huius mihi fuit. Prius inquam natura, non tempore, uel ponendo signa originis, sicut in processionibus ab intra ponit Scotus Alias autem dicitur de Deo, Qui viuit in æternum creauit omnia simul, id est, determinauit in præscientia nam illud non potest esse de operatione ad extra quia non oīa simul sed successiue creātur. Itaq; tūc ductus dicitur quamuis infinite post ductus sit, quia semel determinatum in mēte diuina pro facto reputatur sicut

Quando ductus sit.

Simul oīa præordinantur.

Statutum dei firmū

ſicut aliæ prophetiæ: vt paruulus natus eſt nobis, & inter iniquos reputatus eſt, cum nondum uenerat tempus conceptionis eius. ſed futura de præterito nuntiantur. Primum ob diuinam determinationem quæ habet vim de facto eſſe, uel ob certitudinem rei quæ tam certitudinaliter eueniet ac ſi eueniſſet.

Scito ergo vnde filius Dei ductus ſit, & quando, nunc ſcire oportet à quo ductus ſit, quia à ſpiritusſancto, quoniam vti filius Dei ex tunc motus eſt ad incarnandum, ſic ſpiritusſanctus ad explendum opus incarnationis. Sed nonne tota trinitas hoc decreuit? ita ſane. Sed ſicut in operatione ſecundum tempus incarnationis concurſus appropriatur ſpiritui ſancto, quanuis tota trinitas concurrerit (cum opera Dei ad extra ſint indiuiſa) ſic in determinatione illa voluntas ad executionem operis ſpiritusſancto tribuitur ab æterno, quanuis perſonæ concurrerint. Ratio autem huius peculii eſt amor, cum enim opus incarnationis ſit maximi amoris & ad excitandum amorem, & ſpiritusſanctus amor ſit & per modum procedat amoris, optime Chriſtus dicitur à ſpiritusſancto ductus, quia ab æterno propter amorem hoc decretum fuit. Cur non te mouet homuntio, videns qualiter Deus ita de te ſolicitus ſit quòd etiam per infinitum tempus antequam eſſes te amauit, & per amorem decreuit in ſe aſſumere humanitatem tuam ſpecificam ad ſuæ perſonæ unionem euectam. Iſtud mirificum donum ſemper præ oculis habe, & in hoc amore totam animam tuam baptiza, igneſcat & reſoluatur: fac cum Deo quod ipſe Deus tecum. Prius intuetur Deus cor tuum quam manus tuas, prius affectionem quam operationem quoniam prius reſpexit dominus ad Abel, quam ad munera eius, quæ ad menſuram amoris recepta fuerunt: ſic tu inſpice prius ad amorem quo te diligit Dominus Deus tuus, deinde ad opus quo te redemit. Contemplare

A quo ductus ſit I carnādus filius dei.

Ad quid dicitur. amorem æternum quem ad te habuit ex quo est nõ alteratum, nec mutatum propter tua peccata, sed semper ductus est, in amorem firmissimum nostræ humanitatis. Nunc uideamus ad quid ductus sit, vt tentaretur inquit a diabolo, id est, à peccato cuius primus inuentor diabolus fuit. Vsus quidem habet vt opera à primo inuentore nomen sortiãtur: vt inquit tentaretur à diabolo, id est, vt pateretur pro nostro peccato & ab illo. vnde in horto Christus passionem suam tentationem vocauit dum ait: Vigilate & orate, ne intretis in tentationem, id est, passionem meam: nam si tunc caperẽtur perirent: quia morerentur, sine Christi fide: vnde per orationem & maxime Christi liberati sunt, nec aliquis periit nisi filius perditionis. Incarnatus ergo est filius Dei, vt soluat peccata nostra & pœnas luat in corpore suo. Hoc equidem signat caper qui super caput peccata populi portans dimittitur in desertum, vt est in lege. Caper genus humanum est, huius caput Christus est: qui fideiussor pro peccatis totuis corporis mystici pergit in desertum: hoc est humanitatẽ nostram ubi pœnas pertulit. Proposuit ergo Dei filius, ut tentationes uarias à corpore diaboli reciperet, improperia, sputa, clauos, & hoc in actu præsentis signat alius Euan. qui eum dicit inter bestias conuersari, id est, peccata & homines bestiales & feroces de quibus conquestus, ait: Dedi dilectam animam meam in manibus inimicorum eius. facta est mihi hæreditas mea quasi leo in sylua: dedit contra me vocem, venite congregamini omnes bestiæ terræ properate ad deuorandum, pastores multi demoliti sunt vineam meam conculcauerunt partem meam, dederũt portionem meam desiderabilem in desertum solitudinis: posuerunt eam in dissipationem. Desertum fit solitudo. quia humanitas Christi dissipata fuit in passione, quando surrexerunt in eum viri absque misericordia, quærentes eum interficere, & non pepercerũt in faciem suam spuere, lanceis suis vulnerantes ossaq; concutientes. Ad hoc prænotum & ante visum venire

Caper est Christus.

Giere. 12.

voluit

voluit filius Dei, & ideo eius humanitas desertum est
vbi feræ multæ fuerunt, & consolationis penuria, om-
nisq; egestas, & montium, id est, passionū asperitas. Vi-
so itaq; quando & vnde, & à quo filius Dei ductus sit,
nūc operę pretium est videre qualiter voluerit quæ di-
cta sunt, effectui mancipare, quia de hoc sequitur Euan
gelio præsenti. Cum ieiunasset quadraginta diebus &
quadraginta noctibus, postea esurijt. Ieiunium nostrū
est non manducare, sed ieiunium Dei est non mandu-
cari, nō se communicare alicui creaturæ. Multū Chri-
stus ieiunarat cū ait. Desiderio desideraui hoc pascha
manducare uobiscum antequam patiar, ubi uere mā-
ducatus est & comestus in sacramento Eucharistiæ. Il-
lud ergo desiderium ieiunium eius fuit, & expectatio
ut comederetur, quia zelus noster & amor comedit eū
ut ipse per prophetam loquitur. Et in iudicio dicturus
est, Esuriui & non dedistis mihi manducare. Dare sibi
māducare est illum comedere. Vnde addit. Hospes fui,
& non suscepistis me, scilicet, communicando. Ieiuna-
uit ergo Dei filius quando suam non communicauit
personam, quæ est maximum donum, estq; donum do
norum. Sed nunc videndum est quare dicitur ieiunasse
40. diebus & 40. noctibus. Quadragenarius numerus à
Deo consecratus est & mysterijs plenus, & in sacra pa-
gina repetitus, quòd nō nisi Deo uidetur conuenire. nā
constat ex decem quod est vltimum in quod differen-
tię numericæ possunt conuenire & resolui, & inde non
transitur nisi redeundo ad decem, sic deitas in se est vlti
mum in quòd potest intellectus. & si magis uult transi
re in eandem redit. Attēde ergo quòd quadraginta cō-
ponitur ex decem & quatuor, & transeundo uel nume
rando creaturas intellectuales decem sunt, quia in an-
gelis nouem sunt chori, & addita hominis anima con-
surgit denarius numerus. Corporales autem creaturæ
quia ex quatuor cōstant elemētis in quaternario intel
ligūtur, vnde quater decem sunt quadraginta, qui nu-
merus Deo quadrat ex eo quòd uirtualiter omnia cō-
tinet.

Mysticū ieiuniū Dei ē desideriū dādi se.

40. numerus Deū signat.

tinet. Sed de noctibus & diebus differendum restat, nam non dixit quadraginta mensibus aut septimanis, sed diebus ac noctibus Christum ieiunasse. Vbi aduerte per diem creaturam intellectualem designari, & per noctem creaturam corpoream. vnde ex eo quod in homine utraque iungitur, dicitur de eo spiritualiter quod factus est vespere & mane dies vnus. Iam ergo Deus dicitur ieiunasse 40. diebus & 40. noctibus. quia nullæ creaturæ nec spirituali nec corporali personam suam communicarat hypostaticè. De qua communicatione sequitur, Et postea esuriit Sicut nos ieiunantes esurimus per voluntatem comedendi, sic Deus ieiunãs non comestus, id est, communicatus esurijt volens comedi, id est, communicari. Et nota quod nostra fames spiritualis sua est quoniam nos facit desiderare seipsum, quia ipse desiderat nos prior, qui prior dilexit nos. Ex quo infero non dari maius signum prædestinationis quàm desiderium Dei. Cõclusum ergo habemus quòd esuries Dei est voluntas dandi se personaliter in præsenti negotio, immo quomodocunq; se tribuat Deus, quis non occurreret? quis non se ingerat? quis non dicat, Ecce ego? magna quidem in hoc negocio se miscet ambitio, de qua sequitur in Euangelio nostro.

Ieiuniũ Dei.

Et accedens tentator dixit ei. Quando Deus innuit se personaliter creaturæ communicari velle, accessit tentator qui idem est tunc qui & nunc, scilicet Lucifer, nisi quòd tunc tentauit eum in cœlo, nunc autem in terra. Dupliciter accessit ad Deum hic principalis angelus se appropinquans Dei verbo primo per naturam, quia Deo similior, vnde & principium viarum Dei dicitur & signaculum similitudinis eius.

Secundo accessit per prauam & vitiatam uoluntatẽ cupiens ex toto quod deficiebat assimilari per vnionẽ hypostaticam, præuidit enim quod creatura una eleuanda erat ad deificã dignitatem, ut ait. Ber. & se iure naturali

cognouit

cognouit prælatum homini & meliorem illo : unde quanuis se creaturam sciret, præiuit ut deificaretur dicens filio Dei : Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant. Ad filium Dei uerba dirigit, quia eum nouerat incarnandum cui ait: Si, id est quia filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant. Pro cuius intelligentia aduerte quòd omnes perfectiones Luciferi petræ & lapides uocantur, & quia in eo fuerunt perfectiones omnium inferiorum angelorum : nam doctrina Dyonisius est ꝙ superiores continent perfectiones inferiorum, quibus velut cum iocali ornabātur, unde ei dicitur. Omnis lapis preciosus operimentum tuum, sardius, &c. ubi sunt nouem lapides, qui a Gregorio exponuntur iuxta nouem choros angelorum, quorum perfectiones erant in lucifero, & ideo eis ornatus prædicatur, Ambulant in medio lapidum ignitorum. Verbum patris panis est ipso dicente : Ego sum panis uiuus qui de cœlo descendi. Et eius attributa panes sunt : quia satiant intellectum etiam angelicum scilicet infinitas, creator, remissor, glorificator, præmiator, &c. de quibus panibus dicitur in Leuitico. 12. Quòd populus comederet agnum cum azymis panibus & lactucis agrestibus. Agnus Christus, dinoscitur esse, in quo sunt panes azymi, id est, diuinæ perfectiones, quas de eo credere oportet sine fermento & corruptione peccati, cui adiunge lactucas quæ sunt nostræ infirmitates quas dispensatiue sumpsit.

Cum ergo ait. Dic vt lapides isti panes fiant, tantum est ac si proferat. Dic quòd perfectiones meæ fiant perfectiones tuæ per communicationem idiomatum respectu unionis hypostaticæ. Et hinc est quòd ait. Sedebo in monte testamenti id est, in altissima perfectione testamenti quod est uerbum Dei, quia in eo creaturis mandat suas perfectiones, & incarnatum hominibus mandat & facit legationes gloriæ, & præmia ibi promittit obtinentiæ præceptorum. Huius ergo Dei filij dignitatem

Luci-

Lucifer ambitiose peroptauit. Nunc autem pro sigillo sermonis responsum videamus in quo ait Christus: Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Ratio potissima quare angelica non vtitur natura Dei filius in hac responsione continetur, vbi est talis discursus: Tu Lucifer cognatus meus es, quia cum sim spiritualis naturæ, & tu spiritus sis ad me fruendum conditus, & inde solo pane, solo me sustenteris? ad nulla alia necessario diffusus pro beatitudine tua. Homo autem in solo pane non viuit, bene quidem quòd pane indiget, & in pane deitatis viuit, quia & corporeus est: ideoq; in omni verbo meo, in omni facto meo etiam corporeo sensus eius exultat. Hic aduerte quòd verbum in sacra pagina pro facto uel negocio ponitur. Nam sæpe dicitur in prophetis. Ego faciam verbum in Israel, in quo se deus ostendit rem aliquam facturum vel negocium. Omne ergo verbum quod procedit de ore Domini Dei nostri: est omnis creatura quę eius prodit voluntatem, ad quam naturaliter extēdit homo quia corporeus est. Hanc quam prædiximus rationem sic formant theologi. Media debent perfectio rari per reductionem & vnionem suo principio: ita, ꝙ sine hac reductione plenè perfecta non sunt, sed cunctę creaturæ sunt media creata à Deo Domino nostro, ergo congruum est cunctas vniri Deo. & cuncta nō possunt realiter, ergo hominem in quo sunt omnes virtualiter oportet assumere, qui merito, vt ait beatus Greg. dicitur omnis creatura: quia omnium est particeps nō sic angelus: quia nec virtualiter est omnis creatura, sed vnius generis tantum habet creaturæ naturam: Homo autem & angelorum, & aliorum omnium est uirtualiter contentiuus. Hæc est ergo verbi responsio, qđ cum sit verbum Dei factor omnium, omne verbum, omne opus suum, & omne quod creauit honorare decreuit sua beatissima incarnatione, pro qua ingemuit omnis creatura. Hanc tentationem pro similitudine nostra permisit Dominus Deus euenire illi, vt nobis daretur

Exemplū charitatis.

retur exemplum, si boni sumus sectandi charitatem, quæ non quærit particularia bona, sed ea quæ sunt plurium, vt plures salui fiant, & multum fructum adferat: quia quæ meliora sunt, communiora sunt: vt sol & aer quo respiramus. Beata Helizabet filia regis, se pauperum commatrem faciebat, & cùm ob hoc esset à nobilibus cognatis lacessita, respondit se hoc fecisse, vt occasionem haberet ad benefaciendum illis: sic dominus Deus noster cognatus effectus est, vt benefaceret amplius nobis hac occasione innodatus. Ex parte denique filij Dei datur similitudo amplianda chartatis, tamen ex parte dæmonis datur posteris superbis similitudo timoris & terroris: nam si angelo tam nobilissimæ creaturæ, & tam altæ naturæ, tam cõpletæ dotato, Deus non pepercit, quin detractum ad tartara cruciandum traderet: qualiter homuncio putat euadere manum Dei viuentis? Ecce iste nunc solum tentator vocatur, & statim diabolus dicitur in secunda tentatione: quoniam de angelo factus est diabolus propter suam ambitionem: de te autem ligno vitis igni aptissimo quid fiet? in quam mutaberis formam propter tuam deformitatem? irritas Deum in adinuentionibus tuis & ad iracundiam prouocas, non sic, sed vt dicitur Ezechieli: Quo pulchrior es, descende per humilitatem, quacunque pulchritudine fulgeas & sta cum incircuncisis, te merito cum angelis superbis reputando cum te tactum superbia inueneris: quia tentationem hanc debes pati, pro similitudine gloriæ acquirendæ cum Christo tentato ferre, quam ipse nobis præstet qui cum patre & spiritusancto regnat in secula. Amen.

Exemplũ mortis datur.

Domi-

Dominicæ primæ quadrageſimæ Sermo decimusoctauus, de alijs duabus tentationibus myſticè acceptis.

THEMA.

Tentatus per omnia pro ſimilitudine. Heb.4.

Inuocatio ad uirginem.

Maria tẽtatur. INdubitabile habent doctores quod Maria tentatione non caruit fruſtra quippe diceretur, terribilis vt caſtrorum acies ordinata, ſi aliquando dimicata nõ fuit: & immerito ei daretur corona quæ victoribus datur, ſi nullum obtinuit triumphum. Ei ſæpe in Canticis dicitur: Veni coronaberis. & non uocat dux noſter niſi eos qui in agone contendunt: quid iſti digni inuẽti ſunt ad coronam. Cum igitur in capite Mariæ ſic coro rona ſtellarum duodecim, vt in Apocalypſi mõſtratur, victricem manum ſuam laudemus pariter cum Deo eam coronante: qui ad ſuos ait, Potentes potenter tormenta ſuſtinebunt. Quod non ſolum in inferno inferiori completur, ſed in inferno ſuperiori dum ſanctiores magis tẽtationibus exponit Deus, hac intẽtione, quod faciet cum tentatione prouentum. Quo ergo ſanctiſſimus quiſque potentior fuit, potentius ſuſtinuit tentationis tormentum: quia omnes qui placuerunt Deo, tentati ſunt etiam ſi à Chriſto incipias: & angeli etiam in cœlo tentati ſunt à Lucifero, qui ideo vocatur accuſator fratrum ſuorum. Decretum itaque eſt & notum tentationem eueniſſe Mariæ, ſed nos neſcimus de quali tentatione dicamus ei thema. Qui in tentatione eſt,

omne quod uidet ſiniſtrum, omne deuium tentationẽ putat. Maria autem cuius uita militia fuit in tentatione poſita ſe tentari arbitrata eſt, cum Angelum vidit Gabrielem altiloqua ſibi verba proferentem, ideoque timuit, & turbata in ſermone, cogitabat qualis eſſet ſalutatio illa, quam alta ſalutatio. & quam infirma ſaluta, hoc denique conferent vt ait quidam doctor, tinuit inſidias ſibi parari, ſciens angelum Satanę in Angelum lucis tranfigurari poſſe, tamen ipſe qui tentator putatur, oſtendit non ex ſe ueniſſe, ſed ex Deo qui talem ſalutationem ſibi iuſſit præſentari. ideo ait ei: Ne timeas Maria, inueniſti.n.gratiam apud Dominum, pro qua recurrentes ad eam genibus flexis offeramus, Aue.

Argumentum dicendorum.

VIdimus fratres priori ſermone qualiter Dei filius in cœlo tentatorem pertulit, vbi dæmonis lapide ſuper caput eius proiecit: Iuxta illud: Eccleſi.cap.viceſimoſeptimo.

Qui in altũ mittit lapidem, ſuper caput eius cadet, & plaga doloſa doloſi diuidet uulnera. Lapides diximus perfectiones Luciferi, qui, quoniã Deo eas uoluit ęquare, iam ad malum ſuũ eas poſſidet. Naturalia dæmonib. vt Dyoniſius ait, integra remanſerunt, ſed ad malum prona immo & aſſueta, vnde plaga doloſa lapidibus naturalium perfectionum percuſſus eſt, & tot habet ſpiritualia vulnera quod natulares perfectiones ex eo qđ in altum Deum eas proiecerit contra eum. Sic nobis ſimilitudo datur ut non ſolum priuilegium amittat qui eo abutitur contra bonum dantis: ſed priuilegiũ deinceps fiat ei in laqueum & in ſcandalum, ſicut Micol Dauid, quam ipſe putabat ad honorẽ accipere, ut fieret gener regis & data eſt ſibi in laqueum ſterilem qui Saul ait. dabo eum illi, vt fiat ei in ſcandalũ. Nec mirũ videatur hoc, quia ſic ſit quotidie maxime inter illos qui ex oratione, & ſpũalibus exercitiis acutiores ingenio fiũt & diſertiores

Lapides luciferi cõtra eũ uerſi sũt

1.Reg.18

se:tiores quàm fuerint, tamen melius esset eis uiam veritas non agnoscere, quam ex eius agnitione sapientes fieri, u faciant mala, vt aliorum vitam, intentionem, & genus scrutentur accusatores fratrum suorum. Vtinam mortui essent seculares in simplicitate sua, ne modo fierent nouum genus dæmoniorum. Bifariam sermo diuisus est. in prima parte, qualiter Christus in terra tentatus fuit. in secunda, qualiter postquam in cœlum ascendit. Et hoc peragam seriem Euangelii prosequens.

Diuisio. Prima pars.

Quamuis in multis debitores simùs cœlo, quia lumen & pluuiam & solem habemus ab eo, & per consequens vitam, quia sol & homo generant hominem, & totum regimen uitæ humanæ ab ipso cœlo proueniat, minima censenda sunt hæc beneficia, si cõferantur maleficiis. quæ nobis antiquitus ex cœlo prouenerunt, scimus equidem prælium magnum in cęlo effectum esse draco tibi bellum parauit, & quoniam uictus est, vt ibi cessaret iurgium, eiectus est in terram, & ad nos vsque peruenit iratus, existimans de nobis captare triũphum, quem minime captauit in cœlo unde gemẽs propheta personat, Væ terræ & mari, quia descendit diabolus ad vos habens iram magnam, sciens quod modicum tempus habet. Postquam propheta Ioannes lętabundus dixerat, Lætamini cœli, & qui habitatis in eis. statim mutata voce subinsulit. Væ terræ &c. Perspicuum igitur est maiora nobis maleficia contulisse cœlum, q̃ beneficia, sed ad huius fraudis restaurationem, sequitur in præsenti Euangelio de Christo, Assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem. Non ob aliud dicitur diabolus Christum adduxisse ad nos, nisi proptereà quod venit filius Dei vt dissoluat opera diaboli, iuxta illud Sapient. Omnipotens sermo tuus Domine, exiliens de cœlo à regalibus sedibus uenit durus bellator, in medium exterminii terram prosiliuit gladius acutus, insimulatum imperium tuum portans, & stans repleuit omnia morte, & vsque ad cœlum attingebat stans in

De cœlo mala & nunc bona veniũt

Apoc. 12.

Sap. 18.

in terra. Ecce ergo qualiter Dei filius iunctis pedibus diuinitatis & humanitatis prosiliuit pro nobis aduersus draconem quem formauit ad illudendum ei. Venit filius in terram contra eum, quem de cęlo eiecerat, draco autem se & suos armauit contra Christum, maximè ex quo audierat. Princeps huius mundi eiicietur foras. Draco ergo iste occulte insidiatur Christo per se & suos. ideo Christus in operibus habuit, & passus est calumniatores, in verbis falsos interpretes uolentes eũ capere in sermone, in intentione passus est temerarios iudices & in tota uia fictos amicos. Hunc ergo dominum statuit diabolus, & diabolicus populus in sanctam ciuitatem Hierusalem, vbi in die ramorum assumptus est in asella, cum magna gloria & honore, dicentes, Benedictus qui venit rex Israel fili Dauid. & qui præibãt & sequebantur, clamabant, Osanna in excelsis. De hoc sic honorificè ducto ad sanctam ciuitatem sequitur: Statuit eum supra pinnaculum templi. Templum Christi, templum Dei, templum totius sanctitatis corpus Christi est, de quo ipse dixerat, Soluite templum hoc, & post tres dies reædificabo illud. Structura neruorum compago membrorum. iunctura ossium soluta fuit in Christi corpore, antequam statueretur supra pinnaculum suum. Sed quale quæso erit huius templi sancti pinnaculum? quale pulpitum? qualis cathedra? Ex lignis ecclesiæ cathedra fieri solet, & portatile pulpitum, & sic huius templi cathedra quæ crux fuit ex lignis constructa est. De hac cathedra honoris dici potest in persona Christi. In cathedra Dei sedi in corde maris. Quis unquam uidit in maris corde cathedram parari? Nunquid audient pisces maris? Iob se iactat quod in platea paratur cathedra sibi, sed in mari, quis vnquam sedit quietus? forte dices, Mare Christi passio est, ex cuius undis crux eius infestatur. Heu quam madidus erat huius cathedræ rector, cum ipsa iactabatur fluctibus. Ipse dicat, qui ait: Intrauerunt aquæ usque ad animam meam, infixus sum in limo profundi. Quã-
do

Psa. 109. | Christus tẽtatur. | Eze. 28. | Pinnaculum est crux.

do fratres charissimi cathedra Dei ponitur in corde maris, vbi erit nostra qui amara fugimus, dulcia querimus? Contremiscat Christi discipulus, & audiat illum discipulum Iesu, qui animo confixus cruci ait: Nihil aliud me iudicaui scire inter uos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Qui hoc intonuit, die ac nocte in profundo maris fuit. Veniam autem ad pinnaculi doctrinam: nec.n. concionator cathedram ascendit, nisi legendi docendive gratia. O domine Iesu in medio mari sitibunde, quamuis adhęserat lingua tua faucibus tuis, non tacuisti. Septem quidem uerba protulit. Septem uno die legit lectiones tantæ energiæ quòd lapides moui, & inimicos ad compassionem sui. Cœlum audiuit, & qui dormierant, & terra & archa dei, quando velum templi scissum est. Sed quis quæso fidelis non moueatur videns crucem fixum in corde maris, quod est Maria? quæ mare amarum interpretatur. In huius corde crux fixa fuit, hęc discipula eius fuit: quia stabat iuxta crucem Iesu, quem ante orauerat, dicens: Libera me domine, & pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. Si vultis vos fratres discipulos eius fieri, hanc pulsate matrem, quia ei in cruce aperuit cor suum. In huius corde radice misit doctrina tanti doctoris: quia de ea scriptum est. Maria autem conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. Vnde iuste dicitur, quod in corde maris sederit noster prædicator Christus. Crux ergo est pinnaculum templi & ecclesię. quoniam altiori collocatur loco in summitate Tiaræ Papæ, & super coronam Imperatoris, altior quippe est vniuersis. & excelsior inter ligna syluarum. Antea humilior, quia latronum supplicium: nunc altior quia cathedra Christi. In ea mors latronum ante pendebat, nunc autem uita mundi, quia Iesus salus nostra ibi statutus est, tam fixus quòd semper ex cruce videtur loqui, & in crucis nomine intelligi uoluit. De hac magister dixit: Cum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum. Oportuit ergo exaltari

Maria est mare & Christi discipula

filium

filium hominis in crucis cathedra, vt ad se audiendum omnia traheret. In hoc pinnaculo constituto dicitur ei, Si filius Dei es, mitte te deorsum. Non solum eadem sententia dicta fuit Christo in cruce & pinnaculo, sed eadem fere uerba & sunt hæc, Si filius Dei est, descendat nunc de cruce, & credemus ei, Nec tunc in cruce Iesu scala posita erat qua descenderet nisi deorsum se mitteret. Ratio autē qua dæmon adduxit Christo, vt se deorsum mitteret talis fuit. Qua si hoc feceris securus eris, quoniam scriptum est, quod Angelis Deus mandauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. In scriptura sacra angeli sunt sacerdotes, quibus de Christo mandauerat Dominus per prophetas suos, vt manibus operum suorum illum portarent, sicut ille qui aiebat. Deum exquisiui manibus meis nocte contra eum, & non sum deceptus. Sed forte queris ad quem lapidem Christus pedem offensurus erat, nisi manibus operū extolleretur a sacedotibus, qui per fidem se prædicaturos Christum Dei filium si de cruce descendete posset asserebāt, Vbi aduerte quòd erat eis cor lapideū ad Christum, cor durum quod eius prædicatio non fecerat molle, & nunc promittunt se ad eum manus leuare, adorantes eū, vt Moyses in bello contra Amalech. Eleuatio ergo manuum promittitur ne de corde duro & lapideo deinceps aliquis dubitet. Nam quando adoratio & fides solum est in corde, forte cadit Deus ab illa extimatione, qua habendus est qui cor & manus creauit, & quærit. Ab incredulo Apostolo Thoma Christus manum petiit, ut eius mollificaret cor: vnde manus & cor nos iubet Apostolus leuare ad Deum. Et quando dicimus in missa. Sursum corda, statim eleuātes & iūgētes manus dicimus gratias agamus domino Deo nostro. In manibus igitur operū mōstrāda est fides, ne forte sit irrita si solū lateat in corde & deceptoria si cor sit lapideū magis ad scandalum quàm ad profectum. Huic promissioni fidei respondit Iesus. Non tentabis Dominum Deū

manibus & corde suscipitur Chrīstus.

Stulta promissio. Eccle. 5.

tuum. Potentiam Dei tenebant Iudęi, quam & uidissent non ideo crederent, quin dicerent in Belzebub eũ fuisse depositum, vnde Salamon ait illis, In multis sermonibus invenietur stultitia, displicet enim ei infidelis & stulta promissio. Sub cruce multa locuti sunt uerba iactantes, inter quæ illud promiserāt quod minime seruarent, ideoq; eorum promissio dicitur primo stulta, quia non deuote prolata vt Gedeoni, & infidelis, quia non adimpleturi erant promissum. Tamen Christus se dominum & Deum eorum uocauit de patientia tentatum: nam qui monumenta aperuerat, viuos eos sepelire poterat, & descēdere de cruce, qui ab inferis multos sanctos, qui dormierant, eduxit: vnde liquet quòd tentatiue petierunt minus miraculum, ubi maius innotuerat. Hanc tentationem permisit Dominus Deus pro similitudine nostra euenire illi, ut nobis daretur exēplũ scilicet perseuerantiæ in pœnitentia & patientia, quod
Heb. 10. notans beatus Apostolus Paulus, ait. Deponentes omne pondus & circunstans non peccatum, per patientiã curramus ad propositum nobis certamen, aspiciētes in authorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio substinuit crucem confusione contenta atque ideo in dextera sedis Dei sedet. Recogitate enim eum qui talē substinuit a peccatoribus aduersum semet ipsum cōtradictionem, ut ne fatigemini animis uestris deficientes. Nondum enim vsque ad sanguinem restitistis aduersus peccatum repugnantes, & obliti estis exhortationis quæ uobis tanquam filiis loquitur, Fili mi
Gaudiũ Christi est fides. ne neglexeris correptionem domini, neque deficias cũ ab eo argueris. Quem enim diligit dominus corripit: flagellat autem omnem filium quem recipit. Si castigationem sustinetis ueluti filiis uobis offert se Deus: Quis
Luc. 10. enim est filius, quem non castigat pater? Nullum maius gaudium Christus in hoc mundo habuit, quàm si ei fides adhiberetur, immo semel eum legimus gauisum, & hoc non nisi de fide credentium, quoniam ait beatus Lucas, Exultauit Iesus in spiritu sancto & dixit,

xit: Confiteor tibi pater Domine cœli & terræ, quia abscoudisti hęc . scilicet credibilia, sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea, scilicet per fidem, paruulis. Et sic Paulus Apostolus vocat credentes gaudium suum, & coronam suam. Gaudium ergo fidei Christo Domino nostro in cruce proposuerunt Iudæi, sed illud ille contempsit vt pater suo diceret: Opus consummaui, quod dedisti, mihi, quando conclusi dicens, Consummarum est. ideo dixit beatus Paulus quod aspiceremus in consummatorem Iesum.

Pęnitens dissuadetur.

Nam multi pœnitentem & carnes macerantem persuadent di. Si filius Dei es iam per gratiã, & hęres gloriæ, mitte te deorsum, non te affligas: non tot ieiunia, non tot orationes non disciplinę, non tot missæ nõ tot eleemosynę, sed prudentię tuæ pone modũ. Alii insultantes dicunt: Putat iste ex hoc se amicum Dei reputari & filium: Videte hypocritam, uidete simulatorem: dimitte, dimitte, ò simulator talia sequere uitam communem, & credemus, tunc humilem te reputabimus. Sic peruersi peruertere nituntur amicũ Dei, Persuadẽt dimitti saluti necessaria, ex eo ꝙ nullam alter habet curam salutis alterius, cum potius nos deberemus animare adinuicem, vt sancta animalia quę adinuicem percutiebant alas suas, & se ad uolandum irritabant. Nunc autem econtra faciunt signati per Iudęos qui ut non remanerent in cruce corpora sabbato, rogauerunt Pilatũ vt frangerentur eorum crura, & tollerentur. Corpora quę in hoc mundo sabbatizant volentibus animis requiscere a vitiis, rogant & ꝑsuadent iniqui, ut tollantur de cruce pęnitentiæ, & in hoc frãgunt crura ne currant uiam mandatorum Dei, per quam itur ad salutem & vitam. Sed tu perseuera dicens. Non tentabis dominum Deum tuum. Tentat enim Deum qui sine pœnitentia, oratione & eleemosyna aliisque bonis operibus putat se pertingere ad salutem. Christus ianuam pœnitentię posuit palatio suo, & tu quæris aliam falso ducentem ad Deum. Posuit hanc remitam compendii,

quæ ſine labore non tranſitur, & tu per deuia & ambages alias uias quæritis licentiæ, & mundanæ lętitiæ ac fauoris ducentes ad perditionem, uoluit te Chriſtus per ſuas pœnas non per tuas, ſed cum tuis pœnis introducere in regnum: & tu per tua uitia cogitas illuc introducit: tentas quidem Deum. Sta ergo firmus, Eſto fidelis uſque ad mortem, & dabo tibi coronā uitæ. Quia beati mortui qui in Domino moriuntur. Ammodo enim dicit ſpiritus ut requieſcant a laboribus ſuis qui ſequentur illos, ut labores manum ſuarum manducēt. Fac perſeuerans vt Chriſtus, ad quem cum veniſſent & uiderunt eum iam mortuum, nō fregerunt eius crura Noluitque per milites & ſatellites deponi, ſed per ſanctos viros dum iam erat mortuus, & tu ſimiliter vſque ad mortem perſeuera, & tunc per angelos deponeris, vt alter Lazarus in ſinum Chriſti & tunc cognoſceris uerus filius Dei. Sic enim Centurio, & ſi ut creditur cum aliis dixit. Si Filius Dei eſt, deſcendat de cruce: videns tamen quod ſic clamans expiraſſet, dixit, Verè filius Dei erat iſte. Vnde qui tunc illudunt, poſtea recognoſcent cæcitatem ſuam Sic enim ſanctis mali conuiciabantur, ſed poſt reſurrectionem dicent de his quos ſtultos & illuminatos irriſorie nuncuparant, & non filios Dei niſi irronice, ſed poſtea perſonabunt, nos inſenſati uitam illorum extimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore: ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illorum eſt. Gloria filiorum mundi cantatur in principio, ſed filiorum Dei in fine.

Penitens ſuadetur ſtare.

Vltimum trium tentationum ſuſtinuit Chriſtus in corpore ſuo in myſtico poſtquam cœlos aſcendit: de Chriſto igitur myſtico ſequitur in Euangelio, Iterum aſſumpſit eum diabolus in montem excelſum valde. Mons iſte fides Chriſtiana eſt, de quo dicitur. Qui confidunt in Domino, ſicut mons Sion. Sion ubi eſt mons fidei, interpretatur ſpecula, & eſt Eccleſia vbi multa de Deo ſpeculamur plura, quàm philoſophi & ſeculi ſapien

Secunda pars. Tertia tētatio.

pientes, tamen monti gratias agamus ex quo plus videt puer quàm gygas ex valle. Mons fidei est lapis ille paruus qui abscissus est ex alto monte Christo sine manibus nostrorum meritorum & tãtum creuit quòd dicitur mons excelsus valde. Mons erat fides in lege naturæ, mons excelsus erat fides in lege scripturæ, sed iam tertio mons excelsus valde, est nostra fides in lege gratię, quia trinitatem speculamur in monte fidei. In monte fidei Christianæ faciet, inquit propheta, cõuiuiũ Dominus pinguinm & medullarum, & vindemiæ defæcatæ, hoc est, sanguinis glorificati in Eucaristia. Forte miraberis qualiter diabolus Christũ mysticum ducere poterit ad montem fidei, nec ille dicet, Venite ascendamus ad montem domini & docebit nos vias suas. Aduerte quòd directe ad nullum bonum ducit dęmon, tamen quis dubitet quin adaugeat occasionaliter fidem electis & merita, nam dum alios tentat & probat, alios in fide fortificat, quia fideles faciũt aliena pericula cautos, imò fidelis Christi est velut incus qui ictibus induratus & firmius roboratur, dum ergo dæmon Christũ mysticum persecutus est, ad montem fidei duxit, in altiori fide illum constituit, quia ut ait Seneca, Multum sibi accrescit lacessita virtus. Sic etiam ait Paulus, Lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt, & hi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionem, de qua sequitur in præsenti Euangelio. Et ostendit ei omnia regna mundi & gloriam eorum. Hæc dæmon sæpissime martyribus repromisit, & puellis Christianis. vt patet in Agnete et in Catharina, si à fide velleat cadere, & dæmonem in statuis adorare. Vt caderent à gratia & à Christianitate, & à Dei notitia, et à cœlo vbi eorum erat, teste Paulo, conuersatio. imò et caderent à seipsis degenerãtes viliora se adorantes, vnde cum beata Agnes ducta fuisset, vt deam lapideam adoraret, dixit iudici, Si tuum filium sensatum & viuum respuo, quanto amplius deridebo lapides istos, quibus vicos deberes

Fides mõs est.

Dęmõ iustis seruit.

Hebr. 11.

Casus iustorũ vt mali fiãt.

complantare? Noluerunt ergo cadere, sed ad cęlestia eri gi. vt ille Balaam ariolus qui adductus ad maledicendũ populo Dei, illum bendixit: & in damnum conductoris sui stetit pro illo, sic primi Christiani dicunt pro suo capite Christo in Euangelio. Vade Satana, Dominum Deum tuum adorabis Christum, & illi soli seruies, uelis, nolis. Hoc erat omnibus martyribus commune prædicantibus soli Deo Christo seruiendum etiam per idolorum casum: ideo aiebant: Vade Sathana, scilicet in defectionem tuam, cesset grassatio qua grassaris in filios Adam: Sic ergo, ut concludit Euangelium reiecto ab idolis dæmone, angeli eis accesserunt & ministrabant eis uerbum Dei, conciues confortabant, deficientes animabãt vt prosequerẽtur opus Dei cũ fiducia. Christus hoc Petro dixit cum ait: Ego pro te rogaui Petre ut nõ deficiat fides tua: non dixit ut non deficias, quia negauit, sed ut non deficeret fides eius quam confessus erat in Ecclesia. Hanc ergo tentationem pertulit Christus pro similitudine nostra, ut nobis daretur exẽplum spernendi gloriam mundi. Est autem contemptus mundanorum pro Deo eum in plus habere quàm res mundi, sed hoc facile fiet, si aduertas distantiam finiti ad infinitum, Dei & mundi, luti & cœli, limi & auri. Item si attendas quid confert mundus & Deus, Deus dedit esse bonum, mundus uel non esse uel malum esse. Deus ueniã peccatorũ, mundana eorũ multitudinẽ. Deus redẽptionẽ mũdana captiuitatẽ, quo ad finẽ aũt mundana cõferunt infernum. Deus gloriã. Ergo uade Sathana, & ueni Deus qui talem affers retributionem. Aliquis forte sciscitabitur cum & nos etiam simus Christus mysticus & quotidie tentemur. Cur de nobis nulla fit mentio in prædictis? ad quod ego. Triplex est Ecclesiæ status, primus in religiosis, quo prima tentatio de lapidibus panes postulat fieri, quia ab eis dæmon relaxationẽ quærit ne memorentur fundamentorum lapidum ignitorum, qui eos fundarunt. Statui altero, scilicet clericorum dicitur in templo, quod se mittat deorsum per simoniam,

Contemptus temporaliũ.

Alia triplex tẽtatio ad triplicẽ statum.

ſimoniam & non propter Deum ſacramenta miniſtrã-do, ſed propter commodum ſolum. Tertius ſtatus coniugatorum ducitur ad montem honoris, vbi maxime auaritia viget quæ eſt idolorum ſeruitus. Hæ tentationes non ſunt propter exemplum, ſed propter probationem in qua ſumus nunc adiuti à gratia, in qua ſi legitime certamus, gloriam obtinebimus. Igitur pro omniũ ſimilitudine & exẽplo tentatus eſt Chriſtus, vt nos doceret victoriam, ac perinde coronam gloriæ, quam mihi & uobis præſtet Ieſus, qui viuit & regnat in ſecula, Amen. Literalis expoſitio huius Euangelij optima eſt eſt in Dominicali noſtro.

De uictoria Chriſti & noſtra, Sermo decimuſnonus.

THEMA.

Certamen forte dedit illi ut uinceret. Sapien. 10.

Inuocatio ad uirginem fortem.

QVondam non parua quæſtio mota fuit inter ianitores regis Darij de fortitudine in quo amplius cõſiſteret, tertius pro quo data eſt ſententia tenuit & concluſit, quòd omnibus fortior eſt mulier, & ſuper omnia uincit veritas. Si quæcunque mulier cunctis fortior prædicatur, & quæcunque veritas ſuper omnia cõtraria ſibi præualet, quanto fortior erit mulier illa quæ mater eſt veritatis? ualidum eſt argumentum de diuiſis ad coniuncta ſi coniunctio ſe compatiatur, quemadmodum in muliere & veritate. Si mulier etiam mendax fortior eſt ut Zorobabel probauit, nam eius probationes de quacunque concludunt. Si ergo mulier

3. Eſdr. 3.

Fortitudo Mariæ permanẽter uicit.

lier mendax fortis est, fortior erit uerax, & fortissima illa quæ mater est ueritatis: ut Maria de qua dicitur, Veritas de terra orta est. De Maria orta est veritas filius Dei: & ideo omnibus præualet. Primus ianitor dixit quòd omnibus fortius est uinum, & hoc insidiose & callide uincit: quia in nouissimo mordebit ut coluber. Secundus dixit quòd præ omnibus fortior est rex, & hic per potentiam uincit: tamen mulier vincit per amorē, & veritas per lucidam rationem: magna quidem victoria & stabilis, quia quod fit per fraudem, vel vim non durat, sicut id quod fit per amorem & rationem: vnde semper durat victoria quam Maria ex Deo obtinuit: nam illa mulier est fortis quam anxius quærebat Salomon, cuius fortis est vt mors dilectio, quia mortalem fecit Deum ex amore. Tantum potest Maria quòd omne quod vult ex Deo, facit in certamine loquelæ suæ: & ideo securæ ad eam ire poterimus pro gratia, ad narrandum filij sui victorias, quam vt assequi mereamur, ei offeramus, Aue Maria gratia.

Argumentum dicendorum.

Tentatur Adam ut uincat.

CVriosi quærere solent cur Deus hominem primum tentari permiserit, maxime cum scire vincendum. qui docuit nos orare ne nos inducerei in tentationem debuisset hominem recenter conditū a tentatione præseruare quem in Paradiso collocarat: nec tam cito exponere tentatori cunctis animantibus terræ callidiori. Paries recens non debet onerari statim. Dęmon autem hoc onus imposuit homini recenti, eritis sicut dij scientes bonum & malum. Cur ò Deus non liberasti eos à malo hoc? Huic quæstioni ad integrum thema facile respondit & satisfacit dicēs quòd vt vinceret dedit ei certamē forte vt victori gloriosius daret coronam gloriæ. Sed quia victus est captiuus & filij eius ducti sunt in captiuitatem: ne conqueratur pater Adam datur hodie certamen forte Christo, qui eidem tentatori exponitur

tur eadem conditione vt vincat, & victor effectus coronetur, honorem & præmium reportans. Hoc fit pro remedio prioris damni: vbi attende ꝙ sicut in deiectione primi nos ēt deiecti sumus: sic in victoria secundi Adā exaltabimur capta præda, quia spolia eius distribuet Christus: unde iure dicitur forte certamen Christi immo & fortissimum: quia totum pondus nostri prælij vertitur in eum vt vincat mundum, & dissoluat suis sacris responsis opera & argumenta diaboli principis mūdi huius. Vnde dicitur in themate, certamen forte pater ęternus & pater Adam dedit.i.commisit illi Christo vt vinceret quem illi vincere non poterat. Duæ partes sermoni erunt, in prima de certamine dato ipsi Christo: in secunda, de certamine nobis etiam dato. Diuisio

Christo dedit certamen Adam, nobis autem Deus. In prælijs vbi vndique milites confluunt, & in congressu, magnum excidium & strages timentur hicinde, ne mors deuoret totam militiam vel maximam partē: solent reges vel duces si arbitrātur se iustitiam habere in re pro qua certatur confidentes in Domino qui eis victoriam tribuet, singulare acceptare certamen statuentes duellum: vt effectum est in Dosdroæ & Heraclio, & inter Dauid & Phylistæum. Et hoc duellum tali pacto fieri consueuit ꝙ dux victus cum suo exercitu victori subiaceat. Et etiam fieri assolet, quòd quando quis nobilis passus est ab altero iniuriam vel traditionem aliquam, & offensus non potest vindicare proditionē vel offensam, sibi illatam, tunc licet cognato propinquiori pro sua accipere iniuriam consanguinei, & cum inuasore duellum: immo & bellum facere ex licentia principis. Bene facit ad hoc illud bellum quod Abraham intulit regibus qui captiuum duxerant Loth nepotem suum. Sic ergo magnus & generalis dux populi Dei Iesus, qui egressus est vt regat & protegat populū suū Israel, nunc etiam commune & singulare facit certamen, commune quia pro nobis certat. Procedit nūc in fronte aciei vt fortiores sustineat ictus: quoniam sicut

Prima pars.
Singulare certamen.

Christus ut proximior assumit causam nostram.
Gene.14.

cut nunc in quadragesimæ initio prior ad certamē procedit vt sequamur & nos, sic in principio redemptionis mundi ipse ante suos martyres processit, vt in laboris eius victoriam omnes intrarent. Vnde nostro Iosue duce uictores efficiemur, quod sine eo non acceptemus: quoniam ut dicitur in lib. de bello Iudaico. Vituperabile erat Romanis non solum sine duce bellare, sed etiā uincere: nam & apes nō mellificant sine ductrice, quod magis nobis congruit, oui semper Christo debemus cantare: Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Iam ergo vt noster dux stragem euitet, ne tota gens pereat in cæde peccati originalis, sciens magnam se super mundum habere iustitiam, quē dæmon occupatum tenebat. Et etiam propter proditionem quam diabolus fecerat homini cum eum à paradiso eiecit, vt arcem perderet sibi creditam. Et cum homo non sufficeret ad se vindicandum propter excessum quem habuit dæmon: quia, vt ait Iob, factus est ut nullum timeret eo quòd nō sit potestas super terram quę comparetur ei. Cum ergo dux & pugil IESVS cognatus propinquior sit primi hominis: quia eius vocatur sæpissime filius, iniuriam alterius pro sua accepit, & ideo procedit ut arma cum dæmone faciat, & duellum, & certamen forte dedit illi ut uinceret eum: nam multi dęmonem inuadunt non vt uincant eum, sed ut eum irritent, qui statim super eos reuertens eos deteriores facit. Hi sunt tepedi & deficientes qui nesciunt consummare. Multum quidem ualet inceptio si dictamine consummationis formetur reiecta spiritus pusillanimitate, nam cuidam tentato dixit angelus, Forti animo esto. Quis, inquam sub tanto duce militans nō erit animo fortis? nam dux noster Iesus ait ad suos Cōfidite, quia ego vici mundum. quasi dicat, cum uicto pugnaturi eius & cum deiecto, ne timueritis. Nil amplius iustificat animum bellatoris quàm iustitia belli, si induat pro thorace iustitiam, & pro galea iudicium certum: nemo itaque timebit usque ad mortem certare

Duce opus est.

Non irrites, sed vince dæmonem.

Thob.5.

re & pro iustitia agonizare. In nostro duce Iesu Christo sunt omnes causæ iusti belli, & per consequens eius bellum iustum est. Bellum iustum est secundum Gabrielem quod authoritate Dei vel principis geritur a conuenienti persona contra inuasores & oppressores boni status reipublicæ, non humana cupiditate, sed amore pacis habendæ, & communis salutis procurandæ. Quàm bene conueniat bello Christi hæc diffinitio sigillatim particulas eius indaganti patet. Sed quoniam iustus Dominus qui iustitias dilexit, nil iniustum gerit, nunc ad modum qualitatemq; belli accedamus, nam Christus & dæmon se habent hodie sicut singulariter certantes, quorum alter elegit campum, alter vero arma, & cum paranymphis procedunt ad certamen. Christus elegit locum, dæmon autem arma. Scitis ꝙ locus certaminis à Christo electus desertum fuit, ut dicitur in Euangelio: Sed mirum est hoc cum certantes & maxime fortiores à pluribus uideri cupiant, & Christus omnipotens desertum elegit palęstram inuisumq; agonem. In deserto fratres certior est uictoria aut certior euasio, nam fratres Ioseph uolebant subortis causis occidere eum, quia odiosus erat eis in quorum manus cum in patris absentia deuenisset, à pluribus est morti adiudicatus, tamen uno eorum renitente mortem euasit: cui cisterna, quę in solitudine reperitur absque aqua, uitæ remedium fuit. Sic mundus plures spiritualiter necaret, qui præ fragilitate non habent potentiam resistendi, quibus expedit consideratio sepulchri, nã mortis memoria vbi deserti relinquemur plures eripit. Sepultura enim caret periculo submergente, caret aqua vitiorum, & plures auertit à peccato, ac morte æterna. Sed ad Christum redeuntes elegit desertum sapienter.

In 4. dist. 15. q. 4.

Ob sex elegit desertum.

Sap. 10.

Gen. 35.

Primò ratione figuræ: quia Christus dixerat quòd homo descendens à pacifica Hierusalem in Iericho, inciderat in latrones in illo deserto, quod est in medio vtriusque. Samaritanus autem eadem uia descendit qui

Primò ratione figura.

qui est Christus, eadem fere passus.

Secundò ratione uictoriæ.

Secundò elegit desertum memor quòd in terrestri paradiso victus fuit Adam in loco delitiarum, qui non ibi diu inuictus permansit ob mulierem plus allicientem q̃ dæmonem: vnde Christus desertum petit vbi dæmon minime inueniret sibi fauentē. Nam dum Adam erat solitarius, inuictus permansit. Si vis ergo tu homo vincere, fuge terrenam paradisum, nam inter voluptates periclitatur castitas, inter honores humilitas, inter diuitias paupertas spiritus. Non ut ait Ber. eiecit Deus hominem de paradiso, vt in terra aliam paradisum faceret & si fecerit, victus erit.

Tertiò ratione doctrinæ.

Tertiò Christus desertum elegit vt doceat ꝙ homo non tentatur nisi in opere uirtuoso, quod dicitur desertum quia debet fieri extra mundum & carnem segregari a peccatoribus. Proposuisti mulierem non tāgere, extra carnem existi ad desertum, dæmonem irritasti. Proponis vindictam de inimico non quærere, extra mundum vindicatorum egressus es ad locum desertum, vbi irritatus dæmon adueniet &c.

Quartò ratione secreti.

Quartò desertū elegit, vt nos doceret ī bonis nostris secreta quærere, non arbitrum nisi Deum, non placere hoībus sed ostentationes fugere, quia menus Moysi. i. opus in sinu secreto sana erat, extra aūt leprosa. Vnde q. posuit in tenebris latibulū suū vult nos ad eū per desertū ascendere, & ꝙ intentio nostra sit sicut virgula fumi ad ipsum solū directa. Itē quinto vt ostēderet esse magnū prælium in deserto mētis contra spirituales, nequitias ad quod desertum grex desideriorum minādus est.

Quintò propter interius desertū.

Sextò ut solus uinceret.

Sextò, tale desertū elegit, ut manifestet se inquātum hō velle dæmonē vincere. & non inquātū Deus, & ideo dicitur ieiunasse Christus magis quā Moyses, quia ille colloquio Dei pastus est, & magis q̃ Helias, quia ille fortitudine cibi illius confortatus est. Christus aūt dum diebus noctibusq; ieiunat, spūali, & humana videtur cōsolatione priuatus, vnde & angeli recesserāt ab eo. Teophilus aūt aliam causam insinuat dicens, Ducitur in desertum

sertum, ut ostendat nobis ꝙ diabolus tētet nos quādo viderit solitarios & non ab aliis adiutos, oporter igitur nos non temere fidere nobisipsis, ut hodie faciūt hęretici, qui deserentes sacros doctores, fidunt sibi solis. Paranymphus seu patrinus Christi ipse Deus fuit, cuius auctoritate bellum gerebat. Pro quo nota ꝙ cum opa trinitatis ad extra sint indiuisa, ly spiritu, à quo in præsenti Euang. ductus dicitur Iesus capitur ꝑ ipso Deo q spiritus est. Et dicitur ductus & nō coactus: tamē Marcus dicit, Expulit eū spiritus in desertum. Et Lucas ait. Iesus aūt plenus spiritusancto egressus est a Iordane, & agebatur in spiritu in deserto. Matthæus aūt dicit nunc Ductus est Iesus in desertum a spiritu. In quo ostenditur ꝙ imparita sunt opera Dei: expulsus est. n. potestate patris, ductus sapiētia filii. agebatur benignitate spiritus sancti. His tribus in desertum tendit insinuans ꝙ non nisi tribus theologicis uirtutibus armati aggredi opera ardua debemus, quæ in quolibet Baptismo dantur. Aduersarium irritasti si nouam recepisti gratiā, sed non nisi a Iordane. s. lachriymarum in desertum cōtemplationis eundum est, ad quam Deus nos ducit, & tētator seducens nos educere conabatur ab illa quia a spiritu sancto ductus est, Iesus, & a spiritu maligno eductus. Vel breuius potest dici quod spiritus sanctus paranymphus Christi fuit iuxta id Esa. spiritus Domini ductor eius fuit. Hic filios Dei ducit ad tentatorem, quia Paulus ait, Qui spiritu Dei aguntur, hi filii Dei sunt. Nec hoc crudelitati ascribas sed pietati, sed magnanimitati, nam tentatio Dei magis est promotio quā mali occasio, quia intentator malorum est. Statim quo Adā recepit spiraculum uitæ tentatus est, & statim quo suꝑ Christū descendit spiritus sanctus, ductus est eo duce in desertū, vt tentaretur a diabolo. Qui hoc spiritu principali non ducitur ad maiora cito ruit. Spiritus domini est vt aquilla quæ probat filios suos ad solis radium, id est, ad tentationem Diaboli, quam si immoti non sustinēt, eos ꝓiicit a nido gratiæ suæ. Paranymphus diaboli

Operatrī nitatis in diuisa.

Esa. 36.

Tentatio Dei est ꝓmotio.

arro-

arrogantia fuit, quia ut ait Iob. Cucurrit aduersus Deũ
Eccl. 37. erecto collo. De hac miratus ait Sapiens. O præsumptio nequissima vnde creata es? cooperire aridam malitiam & dolositatem illius? arma quæ dæmon elegit ad hoc certamen, membra humana fuerunt, nec enim in propria voluit certare figura, sed habuit se more prœliatorem, qui solent in præliis vti armis a se deiecti, ut fecit Iudas Machabæus qui præliabatur in gladio Apollinis quem uincerat. Nec parua vel debilia hæc arma putes, quæ ab Adam tulerat dæmon in prælio paradisi ei relinquens bestialem figuram, vel morem, quia comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Nam in his armis plures uicit dæmon quam in suis propriis, vnde eum vocat Christus hominem inimicum. Sicut ergo congruè Christus locum elegit, sic dęmon arma id est, figuram humanam, qua indutus ei apparuit, secuudum Theophylactum, & similitudinem Dei fingebat in humana forma, quæ efficacior est ad decipiendum, quam ipsa diaboli forma, imò quam si transfiguretur in angelum lucis. Si quæris unde hoc sciam, ego iterum quæro a te an tibi aliquando dæmon in humana forma apparuerit? Nunquam tibi suasit aliquis peccati opera? nunquam turpia? nũquam ire ad ludum? nunquam ad falso iurandum? numquam ad furandum? nunquam ad rixandum? fratris equidem ꝙ tibi sępe imò & quotidie dicitur. Tunc sane diabolus forma vestitus humana tibi loquitur, & vnus vestrum diabolus est. Vnde sicut vbi sũt duo vel tres cõgregati nomine Christi, etiam ipse Christus est in medio eorum. Sic vbi talia loquentium fuerint, uel saltem duo: sequitur quòd vnus ad minus diabolus est, & alter cito efficietur, quia corrumpunt bonos mores colloquia mala. Si tibi dæmon appareret in propria forma, timeres equidem illum: si autem in angelica transformatus dubitares. Sed hominem non times, nec vereris sciens ꝙ tentatio non inuadit te nisi humana, ideo facile indulges, cum etiam aliquando fit diabolica & pessima. Paulus

Armadia boli.

1. Mac. 2.

lus.1.Corinth. 10. loquens, tentatis ait, Tentatio non apprehendat vos nisi humana. Alia tamen translatio habet, apprehendit, nam indicabant eis quòd victoria erat in manu eorum, ideoque subdit ilico, Fidelis est Deus qui non permittet uos tentari, vltra id quàm potestis, & facit etiam cum tentatione prouentum. Ecce quomodo omnis tẽtatio est ad uictoriam. Nemo ergo conqueratur de tentationis difficultate, quia omnis tẽtatio est humana. i. mitis, non excedit humanitatem nostram: immo tentator dum lapidet in panes fieri proposuit, obsequium humanitatis obtulit.

Vt autem de congressu horum certantium loquamur, aduerte quod quemadmodum Christus pro omnibus satisfacere uoluit, sic omnium tentationes sustinuit. Passus inquam est quas passus est Adam in terrestri paradiso & passi sunt filii Israel in deserto, & patimur nos quotidie. Filii Israel egressi de Aegypto per mare ueniunt in desertum ubi triplici tentatione inuaduntur. s. gulæ, qua flagrant desiderio carnis, & vanæ gloriæ, in eductione aquæ contradictionis de petra. & tentatione idolatrię in uitulo, ubi uicti sunt pręter Moisem, qui rectius quàm alter figuram tenuit Christi, qui & ex Aegypto uocatus a patre & baptizatus. nam mare, ut ait Paulus, baptismum signabat, Iam ergo dominus Iesus ab Aegypto peccati per mare baptismatis, ac deinde per desertum pœnitentiæ, ducit suos in promissionis terram quæ est resurrectio qua peruenitur in ueram Hierusalem nouam, prius tamen datur lex noua in monte Euangelii. Nunc ducitur in desertum ut tẽtetur, primo in gula panum. Tentationes Christi.

Secundo, in vana gloria pinnaculi.

Tertio, in idolatria montis, ubi iubetur adorare dęmonem, & appetere auaritiam quæ est idolorum seruitus. Sed uide quòd Moyses duplicem quadragesimam ieiunauit, alteram pro se, alteram uero pro populo. Exo. 24.
Christus autem cum pro se non indigeat, solum pro populo ieiunat semel. Moyses non est uictus a gula, si- Exo. 34.

cut

cut nec Christus, nec a vana gloria, quia ut ait quædam glossa super vigesimum capitulum numerorum. Illud peccatum aquæ contradictionis magis fuit populi q̃ Moysi, nec etiam pœna mortis quam pertulit, fuit Moisi, quia senex erat, nec intrare ualebat terram, sed percussus est populus priuatus tali pastore. Vnde 20. dist. vbi nos habemus, eo quod incredulus fuerit, alia translatio habet, eo quòd rebelles fueritis. quo peccatum non Moysi sed populo tribuitur. Quo ad Adam autẽ aduertere, quod quia Christus causam Adæ tutatur & agit, sic etiam, ut notat Greg. easdem patitur tentationes quas alter. Primo tentatur de gula, quia homo satur & crapula grauatus, ad alia vitia pronus est. Vnde iure dicitur ianua vitiorum, sicut abstinentia est ianua virtutum, nam super illud: Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant, ait Petrus Damianus. Vide quantæ sit extimationis apud hostem ieiunium, qui ferre non sustinens ieiunii signum, petit signum comestibile. Nec putes in solo pane gulam consistere, quanuis Esau Fili peccauit edulio, sed dum suasit dæmon, lapides in panes conuerti, omnem Christi asperitatem, quã in deserto sustinuit, mutare voluit in omnimodam blãditiem: vnde vt notat Theophilus non in singulari sed in plurali panes petit fieri. In sacra scriptura sæpe in panis nomine omnis alius cibus intelligitur: & in plurali ponit̃ pro omni edulio etiam delicato, quia prodigus ille aiebat. Quanti mercenarii in domo patris mei abũdant panibus, id est, consolationibus humanis. Sic ergo Adam & Christus de optimo cibo tentationem passi sunt. Et ideo cum Christus tentationem reiecit, se etiã indigere omni verbo Dei respondit, quasi dicat, tu suades omnem cibum, cum etiam opus sit omni verbo Dei. Vana gloria etiam non parua fuit in primis parentibus & in Christi tentatione oblata, quia eis dictum est, quòd forent sicut dii, & Christo quòd ab Angelis (si deorsum mitteret) suscipiendus esset, velut alter Helias qui curru igneo angelorum euectus est.

Hunc

Hunc ictum reiecit Christus dicens, quòd cum homo tentatur, non debet tentare Deũ nec Angelos, dimittẽs industriam liberi arbitri quod in se est. In tertia autem congressione adoratio actiua & passiua includitur, nam dæmon petiit adorarii & ꝙ daret Cchristo gloriã mundi ubi adorãtur homines, quia de diuitibus dici potest. Contemplati sunt pecuniam in ore sacci, ubi scilicet thesaurizatur. Deus adorat auaritiam, aurum & argentum & dæmonem, & adoratur a pauperibus, sed utrũque reiiciendum est, solumque Deum adorandum scriptura hortatur. Romanis gloriam mundi contulit dęmon, ut adoraret eum in idolis, nunc autem eandem Christo promittit uolens proprio domino uẽdere quæ usurpata tenuerat, Et ideo eam suam Christus recognoscens ait ei, Vade Sathana, quasi dicat, relinque mihi, dimitte quæ uendere uolebas, Vade fur, uade extra gloriam mundi, nec ultra regna disponas, quia per me reges, per me principes imperãt, & potentes decernunt iustitiam. Est ergo prima tentatio gulę matris uitiorũ corporalium, altera uanæ gloriæ matris uitiorum spiritualium, tertia idolatriæ matris apostasiæ, Prima est mala, secunda peior, tertia pessima. His tribus agimur uos quotidie. vtinam Christus vincat. in Antuerpia dũ pulchra puella dat uiro dona, immo & osculum, quid aliud facit quam Adæ pomum præbere? Ille autem sicut & tu plus peccauit in fœmina, quam in pomũ quia ne contristaret delitias suas comedit. Tamen Hispani q̃ sunt in Flandria caueant, quia primo dæmon proponit eis ut lapides conuertat in panes, Nõne lapides sunt oẽs boni mores Hispaniarũ pudicitia, parcitas, iustitia, publica honestas deuotio? Oẽs hos lapides quibus Christiani antiqui fundarunt Hispanias, suadet tentator in panes blãdos cõuerti. Pinnaculũ tẽpli apud Hispanias est fides, nũc aũt in Flãdria sępe audimus, te mitte deorsum. s. ad errores. &c. Mons aũt altus Hispaniarũ est potestas inquisitionis, ne hanc timeas suadet tentator dũ ait: Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me.

Gene. Auaritia.

1. Ma. 11. Figura dę monis. Christũ tentatis.

Omnia dare spondet, quia vult ut bona temporalia sint omnibus communia, ne quis possit latro dici. Victoria tandem Christi signatur in illa de qua dicitur. Intrauit Ptolomæus Antiochiam, & imposuit duo diademata capiti suo Aegypti & Asię. Alexander autem erat rex in Cicilia illis temporibus, quia rebellabant qui erant in locis illis, & audiuit Alexãder & venit ad eum in bellum. Et produxit Ptolomæus rex exercitum, & occurrit ei in manu ualida & fugauit eum, & fugit Alexander in Arabiam vt protegeretur ibi, rex autem Ptolomęus exaltatus est. Ptolomæus interpretatur bellicosus, & est pugil noster Christus qui contra Herodem & dæmonẽ bellum gerit & contra uitia. Hic intrauit Antiochiam, quæ interpretatur loco currus, & est pœnitentia ubi est currus gloriæ nostræ. Nõ dicitur simpliciter currus sed loco vel vice currus, quia pro innocentia quæ erat verus currus gloriæ suppellet. In curru hoc pœnitentię pugnandum est contra nequitias, si victoriam uolumus. In curru pœnitentiæ duo diademata Christus sibi ponit quia innocentiam habet & pœnitentiam, uel quia pro se vicit & pro nobis, pro se uicit per innocentiam, & pro nobis per pœnitẽtiam, & sic regnauit super duo regna Alexander qui contra Christum consurgit diabolus est quia interpretatur fortissimus ex eo quod nõ sit potestas super terrã quæ cõparetur ei. Hic erat tunc temporis in Cecilia quæ interpretatur reuoluta, & erat gentilitas ad diabolũ reuoluta, quoniã ei parebat, quia ut sequitur in prædicta figura rebellabant, scilicet contra Deũ, qui erant in locis illis. Hic Alexãder a Magis & stella & super Iordanem audiuit Christũ Dei filiũ in carnẽ uenisse, & currit aduersus eũ in bello deserti, sed noster Ptolomæus Christus rex non super filios superbię, sed super humiles corde exercitum uirtutum suarum produxit uidelicet sapientiæ in responsis scripturarum, patientiæ in tolerantia dæmonis ducentis eum, & ieiunii, & doctrinæ & contemplationis in deserto & humiliatis, quia erat cum bestiis mansuetus ut nos instruat

Currus noster est innocẽtia pro qua est pœnitentia.

Exercitus christianorum.

cum his qui oderunt pacem esse pacificos,& cũ his qui oderunt munditiam esse mundos corde, & cætera. Sic ergo Christus occurrit dęmoni in manu ualida dum eũ irritat in deserto,& fugauit eum dum ait, Vade Sathana. Et Alexander fugit in Arabiam, quæ interpreratur vespera, & est passio Christi vbi soli occubuit,in qua ꝓtectionem se pugnando iterum cum Christo putauit obtinere dęmon, & ideo alius Euangelista dicit, quod reliquit eum diabolus usque ad tempus, scilicet passionis secundum Theophilum. Et concluditur, quod rex gloriæ. ptolomæus noster exaltatus est,quia accesserũt angeli & ministrabant ei.Nec scio quid aliud potius ministrassent quam verba thematis, dicentes: Certamen forte dedit illi,scilicet dæmon Christo, vt pro omnibus Christus uinceret.

Nobis etiam fratres certamen forre datur, ut participes simus in tribulatione Iesu nonne certamen est forte quadragesimale ieiunium? quodlibet ieiunium certat contra sensualitatem, sed tam prolixum certamen est, & forte est non absque fortitudine proferendũ,sed efficiamur uiri fortes, quia certamen hoc nõ est ut uincamur,sed ut uincamus. Dæmon certamen infert nobis ut uicti simus. Deus autẽut uictores, quia ieiunantibus ait, Vincenti dabo edere de ligno uitę, & manna absconditum,&c. ut his promissionibus nos inducat ad fortitudinem victorię. Fame nos uult capere Deus noster,ut bonus dominus qui nollens terræ suæ rebelli aliquod inferre nocumentum, fame eam affligit,demens uictualia,ut propter horum penuriam se tradat.Sed absit a nobis timor,quia si nos tradimus domino Deo nostro tuo, victores efficimur ꝑ ieiunium quo primo uincitur corpus, nam Iudith per ieiunium uicit Holofernẽ, & exercitus eius fugit. Iudith est anima ieiuna quæ per abstinẽtiã uincit corpus quod est Holofernes princeps militię tentationum quę eo uicto fugient. Vtinam in manu fęmine tradatur Sisara, id est,corpus in manu imperii animæ,ut eũ cruci pœnitentiæ affigat, iuxta il- 2.pars.de ieiunio.

lud Apoc. 5. Sedēs super equū albū habet arcum, & data est ei corona, & exiit uincēs vt vinceret. Equus albus caro est macerata, & corpus immaculatū, cui aīa insedit dominās ei. Hæc hēt arcū abstinētiæ ut cōtra se mittat sagittas ieiuniorū & parcitatis, ut sic uictoriā obtineat & coronā. Hæc dicitur exire uincens ut uinceret: quia uincit corpus ut uincat diabolū cui certamen forte dat ut uincat eum, sicut figuratū est in Hester, quæ per ieiuniū uicit Aman superbissimū corā rege Assuero, & sic anima corā Deo iudice per abstinentiā dæmonē uincat, qui in cōuiuio spirituali condemnatur. Hinc est quod Saul indicens ieiunium inimicos uicit. Et Christus ieiunus diabolū superauit, ut sic victoriā uideretur tribuisse ieiunio. Tertio uincit ieiuniū peccata præterita ut patet in Dauid pro adulterio ieiunāte. Quarto peccata futura uincit præcauēs, ut patet in Daniele qui ob ieiuniū non est læsus a leonibus. Quinto uincit ignorātiā, quia ut animus transferatur ac sapientiā, oportet à uiuo abstrahere carnem tuā. Vnde ait propheta. Quem docebit Dominus, scientiā, & quē intelligere faciet auditum ablatos a lacte &c. Pro decreto ipse habeo nullū fore uitiū, quod ieiunium non uincat. sicut enim cōtra oēs morbos principale medicamen est dieta. sic etiā cōtra oēs animæ ægritudines ualet ieiunium, maxima si integrū sit. Vincit etiam Deum, ut patet in uiris Niniuitis, qui surgent contra uos rebelles ad uerbum Christi, cum illi ad uerbum Ionæ solū ieiunarunt. Væ illis q. ex parte ieiunant, si ieiunant gustus a cibo, non os a uaniloquio: nec pes à terēdo limina meretricis, nec manus ab operibus mortuis. nec auris ab audiēdo fabulas, nec oculus a prauis aspectibus, nec genæ a fucis, nec intellectus a negotiis secularibus, nec memoria a turpibus imaginationibus nec uoluntas a noxio amore. Hi & si ieiunent corpore mente multa deuorant, Certamen ieiunii sustinent non ut uincāt, sed ut uincātur non sic fratres non sic, sed sanctificate ieiunium, uocate cætum uirtutum, sicut Christus qui die noctuque spirituali videlicet

Vincitur & dæmō.

Esa. 28.

Ieiunato tā quadragesimam, quia teneris.

Iohel. 2.

scilicet & corporali ieiunio totam peregit quadragesimam, vt nobis ostenderet ieiunandum fore iuxta decē mandata; & quatuor passiones cordis quæ per ieiuniū integrum temperantur. Duplici honore dignus est, qui duplici integritate scilicet temporis & circunstantiæ, ieiunium celebrat Nam Aug. nec unam diem quadragesimę vellet prætermitti. Ignatius quoque ad Philippenses ait, Quadragesimam uerò no ite pro nihilo habere: imitationem enim continet conuersationis Dei: Cōfirmate eam Telesphorus Papa uicinus temporibus Apostolorum. Item Ambro. in multis sermonibus. Concilia item Agathense & Aurelian. & Origenes homilia 10. super Leuit. ait: Habemus dies quadragesimæ ieiunijs consecratos: Et Hyero. aduersus Montanum, ait: Nos quadragesimam secundum traditionem Apostolorum ieiunamus. Ecce igitur quomodo omnes sancti antiqui certarunt, hic per gratiam, & nunc per gloriam. Amen. Ieiuniū est certamē forte ab authoritate.

Secundæ feriæ primæ dominicæ quadragesimæ Euangelium.

IN *illo tempore, Dixit Iesus discip. suis. Cùm uenerit, filius hominis in maiestate sua & omnes. &c.*

Sermo uigesimus.

THEMA.

Pastor segregat oues ab hœdis. Matt. 25.

Inuocatio ad Mariam uirginem.

NOn solum ab hœdis oportet separare oues, sed etiam aliquando ipsas oues ab aliis ouibus, & etiā Maria nutrit agnos Euæ.

agnos a matribus suis: vnde bonorum pastorũ est consuetudo, ꝙ si ouis macilenta pariat agnum, quem præ lactis penuria, vel debilitate non potest educare nec nutrire, tunc inter gregem quærunt, si forte sit aliqua bonæ ualetudinis lacte abundãs, cuius filius mortuus fuerit. Hac inuenta & accepta pelle agni mortui, induunt eam agnum filium macilentæ, & sic propria mater per vocem agnoscit eũ, altera verò eum cognoscit in odore & pelle proprij filij, & sic ambæ gerunt illius curá. Iam ergo attendite qualiter Eua mater nostra nos omnes peperit: nam propter partum eius uniuersalem vocata est cunctorum viuentium mater Sed macilẽta est, & sine lacte remansit ac debilis. Quod erit nobis remedium? an moriemur fame? absit. Opportunum quidem solamen reperiemus, est Maria ouis mirabilis, cuius filius & agnus nuper mortuus est, quæ habet vbera de cœlo plena, de qua dicitur. Et gregẽ ipsa pascebat. Hoc refertur de Rachele quæ interpretatur ouis, & est Maria parata pascere agnos Dei. Nec enim vbera Mariæ pro vno tantum agno habent lac sed poterunt lactare totum pecus. Tamen oportet ꝙ induamur pelle vnigeniti sui agni Dei, qui licet surrexit, dimisit tamen pellẽ & odorem: quia mortalitas & passibilitas & humilitas eius, dicuntur pelles Salomonis, sicut tabernacula Cedar denigrata. His induamur per memoriam, amorem, & fidem ac sequelæ imitationem, & beata hæc ouis cognoscet nos, immo ambæ, scilicet Eua & Maria. Prior in uoce lachrymarum quam primo emittimus, ac defectuum nostrorum. Posterior, scilicet Maria recognoscet nos veste agni sui indutos. Vtraque siquidem egemus, vtraque confert & præstat. Eua dat esse naturale, & Maria egemus quoque, vt præstet esse gratiæ, quo velut lacte continuo egemus & vt illud nunc mereamur accipere, ei offeramus, Aue Maria gratia plena &c.

Argumentum dicendorum.

Pascit nos pastor uario pane.

ET si, vt in sermone uidebimus, plura sint pastoris officia, non nisi ab ab uno denominatur videlicet à pascendo

ſcendo ſuas oues. Mirum tamen eſt cum & alia officia magna ſint nobisque proficua, & ei honorifica magis, ſed ab iſto denominatur, quia iſtud frequentius & abundantius exercet, quo etiam ſegregat oues ſuas ab hœdis. Nam hœdus erat ille qui cupiebat implere ventrem ſuum de ſiliquis porcorum, nec mirum quòd hœdus dicatur iſte qui velut hœdus curſor abierat in regionem longinquam, ubi nõ inuenitur pabulũ ouium ſed hædorum & dæmoniorum qui carnes ad veſcendũ conferunt, paſtor autem ne oues ſuæ famæ compulſæ hœdorum pabulum comedant plurimos cibos ac varios paſſim eis confert, ita ut à paſcendo tam abundanter, vocetur, paſtor. Primò paſcit nos corporaliter qui dat eſcam omni carni. Paſcit etiã nos ſpiritualiter. Ideo que docuit nos hanc petitionem, ut diceremus frequẽter. Panem noſtrum quotidianum da uobis hodie. Tertiò paſcit nos doctrinaliter ſciens quòd non in ſolo pane conſolationis viuit homo, ſed in omni uerbo quod procedit de ore Dei. Quartò, paſcit nos quoque ſacramentaliter, ut patet in illo Pſalmo, Dominus regit me, & nihil mihi deerit. in quo enumerantur omnia Eccleſiæ ſacramenta. Denique paſcet nos pabulo gloriæ in æternum, quoniam ipſe dixit. Beatus qui manducabit panem in regno Dei. Primum pabulum eſt ad ſuſtentationem naturæ. Secundum uerò ad augmentum gratiæ. Tertium, ad eruditionem intellectus. Quartum, ad robur affectus. Quintum, ad vitam æternaliter ſtabiliẽdam. Nec tantum iſtis pabulis nos paſcit, ſed qui ter dixit Petro vt paſceret oues, ſcilicet, uerbo & exemplo, & ſubſidio, ter & tripliciter nos pauit ipſe IESVS. Pauit inquam uerbo, qui in conuerſione hominum multum fecit uerbo ſuo, in quo tot annos laborauit, plus autem fecit exemplo, etiã vſque hodie perdurante, & fame, & ac plus quam ſumme fecit merito quaſi ſubſidio. Hæc pabula tria durant adhuc in altaris menſa, ubi nos paſcit Chriſtus uerbo diuino, quod intus illabens animæ prædicat, & ſine quo euaneſcit ſermo docẽtis. Secũdo,

pascit exemplo, dum carnem dat qua ideo se induit: ut qui antea erat tantum iussor, fieret ductor exemplaris. Tertio, pascit snbsidio, cum dat animam, ex cuius meritis omnes sancti viuunt, quæ omnia etiam dabit in cœlo, vt ingredientes & egredientes pascua inueniãt: & ad hæc pascua quibus non admittitur extraneus (vt aiunt verba thematis) pastor segregat oues ab hœdis in hoc signanter Euan.

Diuisio. In priori sermonis parte ostẽdam nostri pastoris solertiam, vsq; dum separaret oues in ouile amœnissimũ: in posteriori verò docebo qualiter nos oues esse oportet, ut mereamur secum agi.

Prima pars. In hoc Euangelio, & in Canticorũ initio se assimilat Christus regi & pastori, q̃ officia & si ab inuicẽ separentur, optime uniũtur in Christo, q ob nimiũ ac anxiũ laborẽ pro nobis sumprũ fuit pastor, & ob maximũ præmiũ nobis collatũ est rex. A seculo non est auditũ vt q̃s largiretur præmia ouibus suis, quin oues tenentur ad gratiarũ actionẽ non pastor. Christus aũt nobis ingerẽs laborẽ pro nobis acceptũ, ultra hunc vt nobis innuat q̃ præmia nobis addere decreuit postq̃ dixit: sicut segregat oues ab hœdis, & statuit oues quidẽ a dextris suis: hędos aũt &c. statim adiũxit, Tũc dicet rex his q a dextris eius erũt: Venite benedicti patris mei, possidete &c. O mirã indagationẽ ꝙ postq̃ præbuimus tibi pastor laborẽ, nobis liceat ingentẽ à te expectare p̃miationẽ, q a & rex noster es, rex magnificus, rex munificẽtissimus. Quid miramini fratres? putabatis credo uos terribilia de iudicio conscripto audituros: cùm ipsa mater nostra misericordia superexalet iudicium, vti & uos luculenter videtis in hoc Euangelio præsenti, quod tantum exaltat misericordia in eo ad vnguem prædicata. Immò & ipsa misericordia exaltat regem cęli, in eo quòd illũ fecit pastorem, vt custodiret ac mederẽtur ouibus, quibus postea præmia gratuita condonaret: alioquin sane non haberet rex iste quos præmiaret per iustitiam, nisi aliquos releuasset per misericordiã: q a vt infiniti Au-

gust.

gust. cui redderet coronam iustus iudex, nisi prius daret gratiam misericors pater? pater spiritualis pastor est ouium. Sed uideas quomodo iudiciū regis huius super exaltat misericordiam eiusdem, audi ēt August. super illud Iacobi Apostoli. Iudicium sine misericordia illi qui non fecit misericordiam. Vbi (inquit) ostēdit etiam in illo iudicio in quo iusti coronantur, iniustique damnantur, alios cum misericordia alios vero sine misericordia iudicandos. Cùm enim dicitur, iudicium sine misericordia, illi qui non fecit misericordiam manifestatur in his in quibus inueniuntur bona opera misericordię, iudicium cum misericordia fieri, ac per hoc etiam ipsam misericordiam meritis bonorum operum reddi. Non sic est nunc, quando non solum nullis bonis, sed ēt multis malis operibus præcedētibus misericordia eius præuenit hominem, vt liberetur à malis & quæ fecit, & quæ facturus fuerat, nisi Dei gratia regeneraretur: & quæ passurus fuerat in æternum: nisi erueretur à ptāte tenebrarum & transferretur in regnum filij charitatis Dei: uerumtamen quia & ipsa uita æterna quam certum est bonis operibus debitam reddi, a tanto Apostolo gratia Dei dicitur, cum gratia non operibus reddatur sed gratis detur, sine ulla dubitatione confitendum est, ideo gratiam vitam æternam uocari, quia his meritis redditur, quæ gratia contulit homini, Vnde rex dabit gratiam pro gratia. i. pro his meritis quæ contulit gratia, dabit vitam æternam. Hæc August. in li. de Correptione & gratia. c. 13. ex his quæ dicta sunt colligitur quòd dabit, quia dedit dabit rex regnū, quia dedit gratiam pastor, quia solicitus fuit mei pastor, præmiator erit mihi rex. Vnde hoc etiam aduertendum est quòd misericordiam exiget in iudicio, & non nisi misericordes misericordiam consequentur: quia rationi conientaneum est vt petat ab eis rex rationem misericordiæ quibus pastor exhibuit ipsam misericordiam, quam epistola hodierna velut Euāgelio adhærens ostendit, Christum veluti pastorem agens, qui ouibus misericor-

Iaco. 2.

diam

Eze.34. diam ptæstans clamat. Quod perierat, requirã, & quod
Sex facit pastor Christus. abiectum fuerat, reducam, & quod confractum fuerat alligabo, & quòd infirmum fuerat, cõsolidabo, & quod pingue & forte custodiam. Ecce sex opera misericordiæ quæ ouibus suis exhibet pastor satis similia alijs sex, quæ in præsenti expetit Euangelio, nec mirũ quod exigat quæ dedit. Iam ergo pastor iste quod haberet oues dignas ab hœdis segregari primo quod perierat requisiuit, signanter (vt notat Hugo) quando carnem assumens nostram humanam naturam humeris deitatis suæ subleuauit, de quo ipse Iesus posuit parabolam di-
Luc.15. cens. Dimittit nonaginta nouem in deserto, & vadit ad illam quæ perierat donec inueniat illam, & cum inuenerit eam, imponit in hmmeros suos gaudens. In illo numero 99. qui est truncatus, signatur angelica natura diminuta, cuius ruinas implet natura humana in personam verbi assumpta velut in humeris, vt etiam angelos ualeat iudicare. Tunc gauisus est pastor filius Dei, quia per Salomonem dies incarnationis vocatur dies lætitiæ cordis Iesu quo diademate humanitatis coronatur.

Secundò in sua natiuitate reduxit quod abiectum fuerat, quando gentilitatem reduxit in Magis ad se per stellam. nam gentilitati dicitur. Vt mulierẽ derelictam
Esa.54. & mœrentem spiritu vocauit te Dominus, & uxorem ab adolescentia abiectam. Hanc ouiculam abiectam quam abiecerat Synagoga, vocauit ac reduxit per stellam Christus ad se. quando Ethiopia præuenit manus eius mysticis muneribus.

Tertio alligauit quod fractum fuerat, quando se alligari permisit, vt fractionibus nostris subueniret. Hic non minus profunde quam deuote aduertendum est,
Osee 5. quod fracto pede homo non poterat peragere viam cęli quoniam scriptum est. Calumniam passus est Effraim fractus iudicio. Per mulierem dæmon calumniatus est primum hominem ac fregit crura eius, ideoq; iudicio. f. rõnis dicitur fractus quia tunc comparatus

est

est iumentis insipientibus. Hunc sanat Dominus Iesus, quando se alligari permittit ab illis qui erant in agro Caluariæ alligantes manipulos membrorum suorum. Vbi aduerte quod fracturam ouis pastores curare solent cum mirica astricta & circumligata fracturæ. Mirica in se amara est, & amarior fit dum teritur. Mirica est caro Iesu per pœnitentiam amara sed amarior fit dum teritur in passione addito vulnere super vulnus uel addendo ictus ictibus. sed hæc omnia pertulit vt nos sanaremur pedesq; nostri apti redderentur ad viam paradisi quia fractura pedum nostrorũ liuore eius sanata est. Ne simus iam sicut Isboseth, qui ob incuriam nutricis claudus erat vtròque pede. Ne igitur conqueratur Esa. dicens. Vulnus, liuor & plaga tumeus, non circumligatà, nec fota olea. Iam Domine Iesu, quia attritus es propter scelera nostra per te alliganda, sanata sunt vulnera ouium tuarum non mirica tua. s. passione simplici, sed atritionem addiderunt, quando tibi fel & myrrhatum vinum dederunt.

Quarto ait, quod infirmum fuerat consolidabo. Hoc fecit in resurrectione, quando illud infirmum vas consolidauit de quo dixerat, Caro autem infirma. Nunc autem est caro Christi, caro fratris nostri caro nostra vas auri solidum. Vas inquam fruitione & diuinitate plenũ & sal remanet in eo diuinæ sapientiæ pro ouibus Iesu. Nam ouibus delicatis sal dari solet. Ista cõsolidatio per spem multum pertinet ad oues.

Quinto autem dixit. Quod pingue & forte custodiã Hoc fecit in missione spiritussancti. nam ascendens in cœlum eis promisit spiritum sanctum, ne iam casum timerent, sed in fortitudine sibi præstita, & collata pinguedinis deuotione, semper custodirẽtur in gratia iam confirmati.

De sexto autem concluditur in epistola, Pascam eas in iudicio & iustitia. Hoc forsitan pertinet ad alias oues, quas nunc habet in cœlo, quas reduxit secum in ascensione, sed in eo quòd mentionem fecit de iudicio

&

& iustitia innuit pastor iste homo Christus, & idem ipse rex Deus, quòd cum uenerit ad iudicium secum ducet oues suas, quibus adiunget segregandas ab hędis: quia ideo incipit Euangelium. Cum venerit filius hominis &c. Angeli qui fuerant administratorij spiritus, uelut testes contra nos venient, & omnis qui pro Christo iniustè iudicatur, veniet iudex cum eo: ideoque dixit, Pascam eas in iudicio & iustitia, fortè hoc dicit innuẽs, quod lætabitur iustus cum viderit uindictam, & manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Sed nota te verba, in iudicio inquit & iustitia: nam iudicium est dictamen, & iustitia est executio dictaminis. Iudicium generale aliter est iudicandum, vbi sententia dictatur, aliter ubi profertur. Sententia in omnis iudicii dictat simul pater, & filius, & spiritussanctus. Sed in proferenda sententia vbi iustitia orietur simul, iudicat solus filius: Christus enim in diuinitate sua cum patre & spiritu sancto omnis iudicij sententiam dictat, sed in humanitate sua omnis iudicij sententiam profert, propterea humanitas, quæ sententiam dictare non habet, dicit: Ego non iudico quemquam, & tamen quod proferre habet secundum quod dictatum est subdit, Sed sicut audio iudico. Quę diximus contemplabatur Dauid in Psalmo 75. quem totum de iudicio fecit, ubi loquens Christo ait: Illuminans tu. s. in iudicio à montibus æternis: vt. s. homines videant quæ diuinæ personæ decreuerunt. ideoque subdit. De cęlo fecisti iudicium. i. de archano trinitatis: fecisti inquam hominibus notum, & tunc terra scilicet mundus tremuit propter terrorem, tamen quieuit cum exurgeret in iudicium Deus, vt saluos faceret omnes mansuetos terrę, idest oues suas, quas in Euangelio separat ab hędis: quia non est opus vt amplius exerceantur.
Qui segregauit me ab vtero matris meæ. i. ab æterna prædestinatione in numerum electorum, & qui segregauit angelos bonos ab eis in quibus reperit prauitatē: & qui segregauit lucem à tenebris. & aquas superiores

ab

ab inferioribus, & qui uenit ſeparare filiam aduerſus matrem ſuam. i. Eccleſiam, aduerſus Synagogam, & qui uult in me oculum ab oculo ſeparari, ſi ſcandalizat me, ſegregat oues ab hœdis, nec mirum quia iam ſeparatæ erant intentione, cogitatione, habitu, & opere & uita, & ſigno charitatis, ideo nec mirum quod ſeparentur iam & loco & corpore, ponunturque a dextris cum filio in bonis eius, quæ à ſiniſtris mundi fuerant. Boni prius ſtabiliuntur ad dexteram maieſtatis ut mali doleant uidentes honorem amiſſum, & poſtea damnantur praui, ut iterum iuſti lętuntur uidentes mala, a quibus ſunt liberati ꝑ uocem piiſſimi regis regnum. i. uocatorum ad regnum dicentis, Venite benedicti, iam paſtor noſter ad unum ouile cuncta reducit, & quos uocauerat oues, iam reges uocat dum ait. Percipite regnum, poſſidete regnum ueſtrum uobis mitibus paratum, non uacuum aut fictitium, ſed regnum quod non corrumpetur, quoniam a conſtitutione mundi paratū eſt uobis ex induſtria totius trinitatis, quæ tranfert regna ſuperborum, deponens potentes de ſede, atq; cōſtituit uobis ea dare humiles exaltando, ut eſuriētes oues ſuas impleat bonis, & diuites hœdos dimittat inanes

De operibus miſericordiæ, ſecunda pars.

IN priori ſermonis parte uideamus quō nos oporteat eſſe oues Chriſti per eas ouiū proprietates quæ ponūtur in Euangelio. Vnde aduerte, quod inter animalia magis præſtabilis eſt ouis, magiſque proficua & miſericors: ideoq; præ ſe fert atque habet ſingula quæ in hoc euangelio petit Deus a ſaluando Chriſtiano. Nam primo inquit. Eſuriui, & dediſtis mihi manducare. Ouis facis opera miſericordiæ. Eſuriui.

Hoc ſane facit ouis dum egenis dat carnem ſuam ad manducandum. Egenis, inquam quia ſoli pauperes comedunt illam aut quia deeſt altera, ſupplet caro ſua. & ſic tu oportet quod inopibus & eis qui non habent miſericordiam exhibeas, quia ut in dextra iudicis colloceris, te oportet extendere dexteram tuā ad paupe

rem

rem. Certe bona ouis erat ille qui dixit, Domine, ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus &c. Qui uix dat pauperi panem, quomodo tempore necessitatis daret illi carnem suam? Reuera talis est ouis sed hœdus corrosor, quicuncta deuorat & non est amicabilis ad societatem uitæ æternæ. Secundum, quod requiritur ad uitam æternam est potatio sitientis, de qua sequitur, Siuiti, & dedistis mihi bibere. Hoc piissime implet ouis cui poterat pastor dicere. Sitiui, & dedisti mihi ubera tua, nam ouis lac præstat sitientibus, sicut Iahel quæ dedit lac Sysaræ sitienti. Qui ergo calici aquę frigidæ promittit mercedem suam, quid postea dabit eis qui lac doctrinæ paruulis in Christo dederunt? Vbera huius ouis sponsæ Dei, quæ laudantur in Canticis, sunt duo testamenta nouum & vetus, quibus anima doctrix disciplinę Dei nutrit infantes rationabiles sine dolo. Et sicut lac in pectore ad purum decoquitur, sic lac doctrinæ in meditatione deputatur ad infantiam nostram nutriendam. Ad literam etiam in sacris literis capitur lac pro magnifica largitione, unde Esaias dicit religioni pauperum. Sugges lac gentium, & mamilla regnum lactaberis. Et de centuplo ac retributione accipienda subditur in persona Dei retribuentis. Pro ære afferam aurum, & pro ferro afferam argentum. Reuera fratres charissimi quod qui lac eleemosynæ sicut ouis ex uisceribus charitatis dederit ab infernali siti liberabitur, & æterna fruitione potabitur, quoniam, referente Thobia, eleemosyna a morte liberat, & nō patitur animam ire in tenebras, & ipsa est quæ purgat peccata, & facit inuenire uitam æternam. Nonne quia diues ille purpuratus qui epulabatur quotidie splendide, noluit sedare sitim Lazari, eo quod nemo illi dabat de micis cadentibus, & postmodum nec ipse potuit a siti perpetua liberari, quando guttam quam cupiebat de digito Lazari dicens: Mitte Lazarum ut intingat extremum digiti sui in aqua, & refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Hanc

Sitiui doctrinam.

Tho. 4.

nega-

negauit ei pater misericordiarum, ut nos doceret ꝙ esset sibi concessa, si dum uiuebat ipse Lazari sitim sedaret, quia tunc non uocare patrem. Abraham ut mitteret Lazarum, nec intercessorem quæreret æd loquendum pauperi, si prius ipse non aucrteret faciem ab eo, quoniam scriptum est, Noli auertere faciem tuam ab ullo paupere. Ita enim fiet ut nec a te auertatur facies domini. Si ergo fratres uultis in gloria uino fruitionis potari, non uos pigeat, nunc pauperes sitientes potare. Aut animabus uestris propinate lachrymarum potum, quem etiam multum desiderat Christus sciens, quòd animæ nostræ sunt uelut oues, inter quas quę plus bibit, pinguior euadit, & ut notat philosophus pastores propter potum ampliorem, debent eius dare sal, quod & tu animæ tuæ poteris exhibere, si sermo tuus fuerit sale discretionis conditus. Sal autem maiorem sitim lachrymarum excitans, est passio saluatoris, si sal passionis Christi fuerit per ruminationem in ore tuo, abunde poterit anima tua fontem lachrymarum haurire, pro qua uelut gratias agens dicet tibi Deus, Sitiui & dedisti mihi bibere.

Mors chri sti lachymas excitat.

Tertium ad uitam æternam requisitum est hospitalitas, de qua dicitur, Hospes erã, & collcgistis me. Hoc etiam facit ouis quæ (ut ait philosophus) nimis timet solitudinem, ideoque secum admittit extraneos, vnde ait Esaias, Vitulus, & leo, & ouis, morabuntur simul. Hic uidetur quod ouis habeat hospitem leonem aduersarium suum, ubi docemur quod si receperimus amicos nostros tantum, quam gratiam habebimus apud Deum? Qui quidem iussit nos inimicos amare, quos & in hospitio colligere debemus, nam dominus Iesus incunctanter etiam latronem hospitio destitutum, recepit, ac iuxta se in regno collocauit, dicens, Hodie mecum eris in paradiso. Nec non & ouis alienum agnum si proprio careat, solet recipere inter ubera sua, eumque adoptat in filium, ut ex hospite iam incola & Domesticus fiat.

Hospitalitas misericordiæ. Esa. 11.

Quar-

Vestit misericordia nudos.

Quartū quod requiritur ad uitam æternam, est hoc, Nudus eram, & cooperuistis me. Quam optime impleat ouis hoc misericordiæ opus, nemo ambigit cum quolibet anno tondi uellet, ut nos uellere suo uestiat, quo iam Iob sic ait, Si despexi prætereuntem eo quòd non haberet indumentum, & absque operimento pauperem, si non benedixerunt mihi latera eius, & de uelleribus ouium mearum calefactus est. Nec semel ouis implet consilium sancti Ioannis Baptistæ dicentis, Qui habet duas tunicas, det unam non habenti, nam hoc unoquoque anno facit, dum reseruata sibi pelle, dat uellus quasi secundam tunicam, sed dum moritur, etiam alteram dat, scilicet pellem, quo pedes nostros possimus tegere, unde totaliter dicam ei, Nudus eram, & cooperuisti me. Væ autem illis qui obliuioni tradentes præcepta Christi, & consilium S. Ioānis, & exēplum huius muti animalis, nec in uita, nec in morte pauperi exhibent indumentum, cui dicere est, Vade ad ouem, ò piger, & considera opera eius, quæ cum non habeat præceptorem, opera misericordiæ complet.

Iob. 31.

Luc. 3.

Visitatio infirmi ad ouem.

Quintum, ad uitam perennem, requisitum est istud: Infirmus eram, & uisitastis me. An ouis nostro poterit infirmum uisitare? Venerabilis doctor Isidorus dicit, ꝙ tota ouis utilis est, & fimus eius terram uisitat, & a sterilitate sanat, quod bene nouerat ille qui dixit, Domine dimitte illam, & hoc anno, usque dum fodiam circa illam, & mittam stercora. Super hoc ait Ambrosius: Magna uis stercoris, quę de infœcundus fœcunda, de sterilibus fructuosa facit. Et Augustinus ait, Quid stercore uilius? tamen, si bene utaris, nil fructuosius, nam beatus Iob, postquam sedit in stercore, diabolum superauit, nec sibi potuit diabolus inferre aliquo modo necem. Stercus nostrum fratres, fragilitas nostra est. tristitia, mutabilitas, fames, concupiscentia, desperatio, tædium uitæ debilitas, dolor, & cætera mala quę etiam diuites patiuntur. Si autem dum te tristem uides, aut quando non bene te habes, consideres quid erit

Luc. 13.

Sterc⁹ nimis utile est.

erit pauperibus? quid egenis? quid infirmis? quidve de solatis? tūc si ex malis quę patris discis misericordiā, & ex teipso cōsideras necessitatem proximi: crede mihi ꝙ stercore tuo afflictū visitas, ei subuenis, prout velis bibi subueniri. Tunc sederes super stercum cū beato Iob, atque de stercore tuo erigeres pauperem patientem, tibique subueniret ipse Deus: quoniam Sapiens dixit: Non te pigeat visitare infirmum, ex hoc enim in dilectione firmaberis. Ecce quomodo infirmitas animę tuę quæ est paucitas nutantis amoris curatur, dum curam infirmis adhibes. Sextum vitæ æternæ per necessarium est istud, In carcere eram & venistis ad me. Hoc poterant dicere animæ purgatorii quando (vti erat in lege consuetudo) ouibus fiebat pro eis oblatio & sacrificiū: nam si iudas offerens drachmas argenti, animas carceri mancipatas visitabat, ut a peccatis (inquit soluantur .i. a pœna peccatis debita: sed meliori modo ac magis legi consentaneo fiebat hoc per sacrificium in ouiū, ꝙ non minus proderat defunctis q̃ viuis quos etiam visitabat & a carcere pœnæ legalis soluebat. Vos fratres mei q. nisi cōuersi fueritis & efficiamini sicut ouis ista, de qua loquuti sumus, nō intrabitis in regnū cœlorū cauete vobisipsis ita vt sicut aliquādo dixistis, erraui sicut ouis quæ periit: nunc dicatis, sicut ouis obediens, venio ad te domine. Facile ostendere poteramus quomodo illa sex non exhibuerunt nec Christo nec membris suis hœdi damnandi quin & cōtraria, dando ei pro pane lapidem, & pro vino fel, & pro visitatione accusationē: & pro veste, excoriatorem, & pro salute, mortem, & pro hospitio, exulem fecerunt Christum & suos, tamen ille qui velut ouis coram tondente se obmutuit, non improperat malis ista nunc, sed quia opera misericordiæ reliquerunt, de aliis autem criminibus in iudicio plectendis non est nobis vox neque sensus, cum propter solam omissionem dicatur malis. Ite maledicti, &c. Attamen regis clemētia lucet erga bonos, quoniā eis tribuit regnum paratum propter opera misericordiæ, quæ le-

Eccle. 7.

2. Ma. 12.

ge naturæ tenebantur facere, & forte propterea di-it, quòd regnum erat paratũ à constitutione mũdi, quia ex tunc lex naturæ uiguit. Propter Euangelij obseruationem maiora præmia erũt electis, quoniam Christus uenit ut uitam habeant & abundantius habeant. Sed pro conclusione sermonis, forte uultis audire qualiter illa bona ouis quæ opera misericordię adimpleuit, (anima Christiana pascetur, audite scripturam dicentem, Ouem unam paruulam emerat & nutrierat, quæ & creuerat apud eum cũ filiis eius simul, de pane illius edẽs, & de calice eius bibens, & in sinu illius dormiẽs, eratq; illi sicut filia. Pastor iste, ò anima mea sãguine suo emit te tunc temporis paruulam, teq; in hac uita sacramẽtis suis nutriuit: vnde propterea dictum est, quæ & creuerat apud eum. Apud te dum tibi adhæres, decrescis: nisi conuersa sis ad episcopum & pastorem tuũ, qui te nunc uult ducere iam auctam cum filiis suis angelis simul, quia ex angelis & hominibus fiet unũ ouile & vnus pastor. Ibi de pane Dei edis imò de pane Deo, qui est panis intellectus dans tibi facialem uisionẽ suiipsius. Tertio autem in sinu eius dormies per tentationẽ ubi non est qui exterreat cubantes in meridie tantæ charitatis, quòd eris illi sicut filia: quoniam oues eius filiæ quoq; sunt: de quibus dicitur, Filiæ tuæ à latere surgent. Altitudo ista ad quam surgunt oues Christi ex latere aperto prouenit eis, quæ propterea dicuntur ascendentes de lauacro scilicet sanguinis & aquæ ad pastum diuinitatis & humanitatis in gloria, quam mihi, præstet Iesus. Amen.

2. Reg. 12

Tertiæ feriæ primæ Dominicæ quadragesimæ Euangelium.

IN illo tempore. Cum intrasset Iesus Hierosolymam, commota est vniuersa ciuitas dicens. Quis est hic, &c.

Sermo

Sermo vigesimus primus.

THEMA.

Zelus domus tuæ comedit me. psal. 68.

Inuocatio vbi Mariæ Deo & nobis dicit thema.

NVlla felicior laus dici potuit de beata Maria, quam ea, quæ in præassumptis uerbis includitur, si ad virginem referātur, quæ ait ipsi Deo: Zelus domus tuę comedit me. Et est sensus. Sp. Sāc. totius cœlestis curię amator, comedit viscera mea. Ille qui omnes sanctos in se transformat, comedit me, & totā in se traiecit. Nescio enim, quo peculiari amore me dilexit, cum apud se in cælo habeat decorem domus tuæ, quo pascitur inter lilia, qui tamen ad me descendere dignatus est, & comedit uiscera mea, nam ea in me non uideo, sed in se. Viuo ego iam non ego, sed ardet in me ille ignis sempiternus, de quo dicitur: Mittam ignem in Iuda, & deuorabit ędes Hierusalem. Iuda interpretatur confessio, ad quam ignis diuinus missus est, quādo Maria confitebatur domino, & laudabat eum. Hic nāque ignis Hierusalem pacificam instituit matrem Dei, quando ædes, id est templa eius, accendit ac deuorauit. In Maria est duplex templum, anima & caro, utrumque, uelut holocaustum suum, spiritussanctus superueniens comedit, ut figulariter patet: ubi dicitur, Fusis precibus ignis descēpit de Cœlo, & deuorauit holocausta, & victimas, & maiestas Domini impleuit domum. Ignis ipse, scilicet spiritus sanctus, maiestas Domini est, maiestas Dominus, maiestas diuina, quæ Mariam ac spiritum eius super mel dulcem inuenit, ut eam comederet, sicut victimas & holocausta comedere solebat in lege.

Maria est cibus spiritus sancti & noster.

Ioel. 1. Amo. 2.

2. Par. 7.

Quodlibet ſane desiderium, quodlibet uotum Mariæ, uictima Deo grata fuit, nam ſi nos miſeros uult Paulus immolari Deo hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem, quid referam de Maria, quæ ab infantia ſua ſeſe obtulit Deo in odorem ſuauitatis? ſed licebitne nobis comedere de ſacrificio iſto? Poteritne dicere beata virgo de nobis, quòd zelus noſter eam comedit? Sane quidem: nam reliquit mater miſericordiæ, reliquias ſuas paruulis ſuis, nec ſolum præbet nobis lac, ſed ſeipſam ut adimpleat nos bonis ſuis per gratiam: tamen quia circa fruitionem huius cibi debemus realiter dicere cum beato Iob: Antequam comedam ſuſpiro: neceſſe eſt ei genibus flexis offerre, Aue Maria. In priori parte agam de Zelo Chriſti in Phariſæos falſos

Diuiſio. zelarores: in altera uerò de zelo pio, quo domeſticos ſuos flagellat Deus.

Pars. I. Z. pharisæorum cupidorum. Matth. 23

Phariſæi non ſecundum ſcientiam, ſed ſecundum cupiditatem zelum habentes abundantius zelabant pro auro templi, quam pro ipſo templo: & pro dono altaris plus quàm pro ipſo altari: unde propterea dicunt, Quicunque iurauerit per templum, nihil eſt, qui autem iurauerit in auro templi, debitor eſt. Quicunque iurauerit in altari, nihil eſt qui autē iurauerit in dono, quod eſt, ſuper altare, debet. Deerat ſiquidem illis intelligentia qua ſcire poterant quod altare & templum ſanctificabant aurum & oblationes: ideoque ſanctius eſt altare quam domum, ſed quoniam, ad multiplicationem obla-

Matth. 15 tionum dirigebant oculum intentionis ſuæ: non ſolum plus quàm altare, ſed plus quàm mandata Dei extimabant oblationes, quas ut multiplicarent, decreuerunt locum in ipſo templo exhibere, non ſolum animalibus offerendis, ſed nummulariis & uſurariis ut uolentibus offerre fœnus, nec opportunitas deeſſet. Cum ergo nō ſint facienda mala ut ueniant bona, nec domus Dei debeat fieri telonium: uoluit Ieſus hoc publicum peccatum publice punire, ut tam ſacerdotes erga templum, quam nummularii circa fœnera, quam offerentes erga

victimas

victimas docerentur Et vt in operibus manuum suarũ comprehenderetur populus, incipit Euangelium: Prope erat pascha Iudæorum, & ascendit Iesus &c. narra totum vsq; ibi. Recordati sunt discipuli. Optime qui dum recordati sunt, qui in Cana Galileæ paucis retro diebus sensum Christi acceperant, quando coram eis magnificauit gloriam suam Iesus, & crediderunt in eum discipuli eius. Cana interpretatur zelus, & Galilæa transmigratio: quia in zelo amoris feruidi ad nos migrauit filius Dei, immò ad mortem sustinẽdam pro nobis: quã intulit ei zelus cupidus ac cæcus pharisæorum: quia ex tunc odium concipientes contra Iesum, dixerunt ei. Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis? Tanto zelo dominus Iesus zelabat domum Dei, quod ex ipso facto eum filium eius putauerunt, cui conuenit ac oportet esse & mori propter patris honorem, Tunc ò Domine Iesu non vt filius Mariæ, quam in nuptijs quodãmodo negasti, sed vt filius Dei operabaris fortior Sampsone, qui mandibula asini interfecit mille viros. Nec mirum, quia tũc Dominus Iesus patiebatur bonum vinum Cana Galilææ, idest, agebatur amore sponsæ suæ Ecclesię, cuius fortis est vt mors dilectio, quæ Christum traxit ad æmulationem pharisæorum duram ut infernum: de qua thema canit: Zelus domus tuæ, ò Synagoga, comedit me. Domus synagogæ templum Salomonis erat, vbi omnis synagoga cõueniebat, ex hac domo ex seruitoribus huius domus exarsit ignis contra Christum quia spiritus zelotypiæ agebat eos & concitabant aduersus dominũ intra semetipsos dicentes: Deglutiamus eũ sicut infernus viuentẽ, & integrũ quasi descendentem in lacum, omnẽ preciosam substantiã reperiemus, implebimus domos nostras spolijs Nolebant comedere Christũ, sicut piscis comedit Ionã, quẽ post triduum euomere coactus est, sicut infernus irrecuperabiliter, qui neminẽ euomit & nunquã impletur, sic zelus ac liuor pharisæorum cupit Christũ deuorare, non solũ cum omnibus membris suis, cum omnibus qui ad eũ

Potentia Iesu maior quã Sãpsonis est.

Iud. 15.

Prouer. 1.

Liuor phariseorũ cõtra Christũ.

pertinēt:ideoq; addunt:Sicut infernus uiuentem & integrum. Hic aduerte, ꝙ zelus pharisæorum putantium Christū blasphemū in eo ꝙ filiū Dei se noīat dicendo: Nolite facere domū patris mei domū negociationis, nō qualitercūq; uolebat interficere eū, sed sicut interfecti sunt illi de quibus dixit Moyses: Si consueta hominum morte interierint, & uisitauerit eos plaga qua & cæteri uisitari solent non misit me Dominus. Sin autem nouam rem fecerit dominus, & aperiens terra os suum deglutiat eos & omnia quæ ad illos pertinent, descenderintque uiuentes in infernum scietis quòd blasphemauerint dominum. Ecce igitur quàm amarissimis morsibus dominum comedere ac deglutire uolebant pharisæi, qui sunt dentes inferni. Ipsi se inferno comparant, sunt tamen deteriores: quia ille solum prauos homines deuorat, isti autem & bonos deglutire cupiunt, scilicet Christum & suos. Vel forte dixerunt uiuentem & integrum: quia nec famam eius, nec matrem eius Mariam, nec Apostolos comites Christi relinquere uolebant. Vel quia inuidia nequam ore suo aliquando condemnat se, aduerte & perpende q̃ bene asserāt Christū uiuentem: quia uiuit gratia gratiæ, & etiam integer, scilicet moribus ac omnimoda perfectione cui nihil deerat. Ipsi tamen uellent ut in lacum, scilicet uitiorū descenderet, qui nos omnes infixos in limo profundi eripere uenerat, & eos deuoraturus erat sicut serpens Dei serpentes Aegyptiorū. Sed quæramus ab eis, quid enim mali fecit? in quo molestus fuit uobis? uetat (inquiunt) nobis omne preciosam substantiā & ne impleamus domos nostras spolijs. Preciosa substantia erāt reditus ac suppellectilia tēpli, spolia erant domus uiduarū, & oblationes quas extorquebāt, tamen Christus cum fecisset quasi flagellū de funiculis, oēs eiecit de tēplo, nō minus oblationes q̃ homines. O Domine Iesu q a nec flagellū fecisti, sed quasi flagellū ex funiculis charitatis tuæ ad correctionē nostrā, q̃ humanā iuxta, humanitatem qua præcinctus es debet esse. Noluisti equidē assimulari Ro

Num. 16.

Pietas Iesu & eius flagellū.

boam,

boam, cui populus dixit: Pater tuus durissimũ iugum imposuit nobis: tu itaque nunc imminue paululum de imperio patris tui durissimo, & de iugo grauissimo quo imposuit nobis, & inseruiemus tibi. Roboam vsus cõsilio iuuenum, respondit: Pater meus cæcidit vos flagellis, ego autem cædã vos scorpionibus. Nõ sic dominus Iesus, q uenit tollere à nobis iugũ, quod neq; nos, neq; patres nostri portare potuerunt, & dare nobis iugum suum suaue. Dum aũt peccauerimus ei, funiculis charitatis non ad vindictam, sed ad correctionẽ flagellabit nos. Lex aũt Moysi (vt ait diuus Apostolus Paulus) sine vlla miseratione duobus aut tribus testibus morti tradebat peccatores. Euangelium autem Christi, castigari & non mortificari vult eos. Gratias aũt agamus benignæ humanitati, qua præcinctus est Christus Dei filius, nã ex cingulo fecit quasi flagellum, qui ex his quæ passus est didicit misereri: quoniã experientia nouit figmentum nostrum quod magnum ictum sustinere nõ valet: vnde nolens lignũ fumigãs extinguere, nec tantũ punire quantum merebamur, fecit non funiculum, sed quasi funiculum: Sane quidem Domine noster Iesu flagellum manu tua paterna nobis inflictum nõ flagellũ, se quasi flagellum maxime amatoribus: qui aiunt tibi, Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Flagella Christi fratres tam dulcia sunt, ꝗ vulnerauerunt me sed & ego non dolui: imò dixit cũ regio propheta Dauid. Quoniam ego ad flagella paratus sum. Scio nanque ꝗ dominus Iesus flagellat omnem filium quem recipit. Si flagellari est amarum, ab eo recipi in filium sane dulcissimum est: ideo si totum simul attendas non erit flagellum sed quasi flagellum: quia si percutit corpus, sanat animam: ideo etiam charissimis nostris poterimus optare flagella Christi orãtes atque dicentes ei: Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuũ Domine. Felix ignominia quæ nos facit quærere illum, cuius facies plena est gratiarum.

3. Reg. 12. | Heb. 10. | Prou. 23

Sed ne filij hominũ absq; ullo timore perpetrẽt mala, & | Secunda pars.

la,& miſericordiam Chriſti contemnant,oportet flagel
Octo modi flagellorum. la ſigillatim diuidere: nam & in præſenti Euangelio di
citur ꝙ de funiculis fecit flagellum, quorum alius eſt durior alio: quapropter aduerte, ꝙ flagella Dei octo modis contingunt,quandoque ad gloriã Dei,vt in Lazaro,cuius infirmitas non fuit ad mortem ſed pro gloria Dei, vt glorificaretur filius Dei per eam. Similiter & in cæco nato, quia vt glorificaretur in eo Chriſtus, percuſſus eſt cæcitate. Secundo,flagellum infligitur ad purgationem peccati,vt patet in Maria ſorore Moyſi. Tertio,ad augmentum coronæ,vt in Iob,qui ait. Non peccaui,& in amaritudinibus moratur oculus meus,vnde poſtea reſtituit ei Dominus omnia duplicia. Quandoque ad probationem,vt in Thobia & Abraham, quẽ Deus tentauit,non ſanguinem pueri ſitiens,ſed cupiẽs, omnibus oſtendere virtutem patriarchæ, vt ſciret quãtum diligebat dominum.Quandoque ad conuerſionẽ, vt in caſu prȩſenti,de quo dominus conqueritur dicẽs. Percuſſi eos & non doluerunt.Et Eſaias dixit. Populus non eſt reuerſus ad percutientem ſe. Quandoq; ad humiliationẽ, vt in Paulo, ne eum magnitudo reuelationum extollat.Quandoq; ad initium futurȩ pœnȩ, vt in

2.Mac.7. Gen.20.

Antiocho,qui taliter flagellatus eſt, vt de corpore eius vermes ſcaturirent.Quandoq; ad cautionem,ne qui flagellatur peccet,vt patet in Abimelech, quem dominus flagellauit, ne peccaret cum Sara vxore Abrahæ, quo deinceps orante ſanauit Deus Abimelech & domum eius.Hic aduerte ꝙ Chriſtus de funiculis fecit flagella, imò ſemper facit. Vidiſti flagella, videas & funiculos, ex quibur fiunt.Primi funiculi ſunt glorioſi, de quibus dicitur,Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hæreditas mea, ſcilicet in gloria præclara eſt mihi. Ex iſtis fit primũ flagellũ ad gloriam Dei, quia in ſibi magis dilectis ac prȩdeſtinatis glorificatur Deus, eos flagellãdo,vt in Lazaro vidiſti. Secũdo ſunt funiculi peccatorũ, de quibus dicitur, Funes extẽderunt in laqueũ, iuxta iter ſcandalum propoſuerunt mihi. Ex iſtis facit

Octo modi funiculorum.

Deus

Deus secundum flagellum, scilicet correctionis: quia scandalosos ac detractores vult punire, etiam si sit Maria soror Aaron. Tertio, sunt funiculi meditationum: Iosue 2.
de quibus dicitur quòd fune coccineo saluata est Raab. eum habens in fenestra sua quo saluos per eandem fecerat exploratores. Funis coccineus in fenestra, est passio Cheisti in sensibus & cogitatione nostra qua omnia nostra salua erunt. Ex hoc facit etiam Christus tertium flagellum ad augmentum coronæ, & vt quæ sua sunt sentias cum eo. Quarto, sunt funiculi amoris præcipui: de quibus dicitur: In funiculis Adam traham eos, in funiculis charitatis. Ex his facit Christus quartum flagellum, quo flagellat quos amat, teste Ioannis qui quamuis electus, tamen exilium passus est: nam amor Christi admissus circa præcordia ludit carpens ea, vt rectiora fiant ac perinde amabiliiora. Quintò, sunt funiculi tentationum, de quibus eas passus Dauid conquerebatur dicens: Funes peccatorum circumplexi sunt me, & legem tuam non sum oblitus. Ex istis facit Christus quintum flagellum vt tentatio flagellata fugiat: talium enim corpus castigat & in seruitutem spiritus redigit. Et isto castigatur Abimelech, qui de luxuria tentabatur. Sextọ, sunt funiculi connexionis peccatorum, de quibus dicitur. Væ qui trahitis iniquitatem Esa. 5.
in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustri peccatum. His funiculis tenebātur pharisæi: ideoque durius deberent flagellari, nam alter ad alterum ligatus erat vt omnes contra Christum ruerent. Septimo, sunt funiculi elationum, quibus in altum suspendimus organa nostra. Et ex istis, ne cadamus, fit flagellum humiliãs etiam Paulum. Octauo, sunt mortis aut desperationis funiculi, nam Iudas per hos funiculos ductus, laqueo se suspēdit: & ex istis fit flagellum Antiochi: nam isti & similes in hoc mundo incipiunt pati pęnas inferni. Tamē aduerte, ꝙ cum dominus Iesus istis vtitur flagellis non mutatur, quamuis diuersa sint, nam semper dum infligit flagella, dicit nobis verba thematis, scilicet

zelus

Deus zelotes est. Christus. zelus domus tuæ comedit me. Quicquid operatur in
nobis Deus ad profectum nostrum & ad zelum suum
Exo. 34. manifestandum facit: nam dominus zelotes est nomen
Exo. 20. eius, qui & ait: Ego sum Dominus Deus tuus fortis zelotes. Qui ergo re & nomine zelator est, nec mirum
& quod hodie zelum ostendat in domo patris sui. Nec
enim nobis, nec synagogæ, nec damnando poterit filius Dei deteriorem imprecari maledictionem quàm
Eze. 16. illam vbi ait: Auferetur zelus meus a te, & quiescam.
Hoc velut ultimum malum posuit dominus in catalo-
2. Cor. 12. go calamitatum Hierusalem: cui dixit. Auferetur zelus meus a te & quiescam, sed misertus eius postea tantum laborauit ut diceret. Zelus domus tuæ comedit
1. Co. 15. me: ad quòd Paulus alludens dixit. Ego autem libentissime impēdar, & superimpendar ipse pro animabus uestris, licet uos plus diligens, minus diligar. Et similiter alibi dixit: Quotidie morior propter gloriam uestram fratres, quam habeo in Christo Iesu domino nostro Zelator Iesus omnibus exemplum zeli exhibuit, vt post eum se obiicerent lupis deuorandos propter zelum & amorem ipsius Iesu, de cuius zelo adhuc multa sunt dicenda: nam ipse ignem uenit mittere in terram, & vult zelo suo nos accendere, sed nunc in præsenti Euangelio de zelo templi agitur qui comedit Chri-
Cibus tēpli est Christus. stum. Nunc attentius aduertendum est, quòd pharisæi conquerebantur propterea quòd eis deerat cibus, & templum remanebat famelicum: nam dominus hodie oues & boues & columbas, & denarios qui aderant vt similia sacrificio necessaria emerentur, totum effudit, totum reiecit, dicens: Auferte ista hinc. Certe Domine quòd pharisæi uidentur habere rationem, dum te vident abijcere oblationes quas Deus in lege appetit. Quid comedet ignis templi qui de cœlo dicitur euenisse? quia etiam iubetur à sacerdotibus nutriri? qui & adipe sacrificiorum accenditur si tu sacrificia spernis? Ad quid sacerdotes ignem in altari Dei semper ardere faciunt, si tu cibum ignis aufers de templo!

plo? Sanctiores ac maiores natu Israel in hoc se cultores Dei ostendunt, si huic sancto igni præstent uictimas suas, inter quas holocaustum primatum tenebat, propterea quod totum accēdebatur, cuius odore deus ipse delectabatur odoratus odore suauitatis Quid ergo tollis cibum ab igne & a templo, & a sacerdotibus? Ad hoc respondet Dominus Iesus uerba thematis dicens: Zelus domus tuæ ò pater comedit me, amor tēpli tui me poterit iam comedere: non comedat deinceps animalia, sed me, quia propter amorem eius comestibilem me uolo facere. Non comedat iam morticinia templum, sed me dabeat pabulum uitæ. Ego ero cibus ignis, cibus amoris quo amor crescet & ardētior erit, ego adimplebo animas sacerdotum pinguedine, ego templum occupare uolo, & esse in eo iuge sacrificium, ne opus sit bestias interficere. Beatus Chrysostomus super Matthæum in persona Domini loquens contra inscium zelum pharisæorum sic ait, Qui faciunt in templo multæ columbæ uenales? Ex quo una columba gratuita descendit in templum corporis mei. id est, spiritus sanctus repleuit Ecclesiam meam, non enim in sacrificio columbarum post modum placiturum est Deo templum, id est, Ecclesiam, sed in spiritu sancto. Dixi enim uobis per prophetam: Non accipiam de domo tua uitulos, neque de gregibus tuis hircos: quia meæ sunt omnes feræ syluarum iumenta in montibus & boues cognoui omnia uolatilia cœli. Immola Deo sacrificium laudis: quia non hostias uolo, sed corda: non sacrificium, sed fidem. (Item dixi uobis per eundem prophetam: Affer te Domino gloriam & honorem. Et si uere vultis in templo Dei consistere, tollite hostias, & sic introite iu atria eius sancta. Tollite tauros de templo, quia vnus taurus est offerendus pro grege uniuerso, de quo Iacob dicebat accusans Leuitas, id est sacerdotes: quia in ira sua occiderunt hominem, & in furore suo subuerterunt taurum. Tollite oues de templo: quoniam

Christus est oē sacrificiū templi.

Psal. 49.

Psal. 28.

Gen. 49.

niam vnus agnus occidetur (scriptum est enim) do-
Matt.12. mus mea domus orationis vocabitur, vos autem feci-
stis eam speluncam latronum. Templum autem Dei
speluncam facit latronum, qui lucra terrena & illici-
ta (non etiam spiritualia in animarum salutem) secta-
tur cultusque religionis eo modo non tam cultus Dei
est, quàm iniquæ negociationis occasio: nam quoti-
die ingreditur Iesus in templum suum, scilicet Eccle-
siam eijcere vendentes gratiam Dei, episcopos, pres-
byteros, diaconos, omnesque ecclesiasticos, necnon
& laicos: quia vnius criminis habentur pariter dona
vendentes & ementes: nam scriptum est, Gratis ac-
cepistis, gratis date. Columbas quoque venden-
tium cathedras euertit, vt quòd honor sacerdotalis de-
bet auferri ab eis doceret qui pro terrena mercede o-
pus Dei faciendum existimant. Quod igitur de ec-
clesiasticis diximus, hoc vnusquisque de se intelli-
gat. Dicit enim Apostolus: Vos estis templum Dei
viui, & spiritussanctus habitat in vobis. Non sit igi-
tur in domo pectoris tui negociatio illicita. Nil boni
quod facis appetitu iactantiæ facia, non terreni lucri
concupiscentia, non malarum cupiditate rerum, ne in
grediatur Iesus iratus & rigidus, & non aliter emundet
templum suum, quã flagello adhibito, id est, correctio
ne seuera & de spelunca latronum, id est, de habitacu-
lo dæmonum per vsum iniquæ cupiditatis: & de do-
mo negociationis, id est, de corde terreni lucri inhi-
ante, faciat domum habitationis suæ. Hæc ille. Au-
gustinus vero super Psalm. ait. Sabbato illo sacrificio
Psal. 39. primo, sublatis holocaustis arietum, hircorum, vitu-
lorum, cæterarumque victimarum noluit illa Deus.
Quare illa noluit, quæ primo voluit? quia illa omnia
quasi verba erant promittentis, & verba promissiua
cum venerit, quod promittunt non iam enunciantur.
Tandiu quisque promissor est, donec det: cum dede-
rit, mutat verba. Non dicit, adhuc dabo quod se da-
turum dicebat: sed dicit, dedi, mutauit verbum. Qua
re

re illi placuit primo hoc uerbum, & quare illud mutauit? quia temporis sui uerbum fuit, & pro suo tempore placuit quando promittebatur, tunc dicebatur, cum autem datum est quod promiscuũ est, ablata sunt verba promissiua, data sunt completiua. Sacrificia ergo illa, tanquam uerba promissiua, ablata sunt. Quid est quod datum est completiuum? Corpus autem, quod nostis, quod non omnes nostis, quod utinã qui nostis non ad iudicium noueritis. Sacrificium, inquit, & oblationem noluisti. Quid ergo nos iam hoc tempore sine sacrificio dimissi sumus? absit. Corpus autem perfecisti mihi ideo illa noluisti ut hoc perficeres. Perfectio promissorum abstulit verba promittentia. Hoc promittebatur quibusdam signis ablata sunt signa promittentia. quia exhibita est ueritas promissa. In hoc ergo Augustinus reddit rationem Pharisæis cur Dominus à templo eiecit oblationes: quia illa imperfecta erant, corpus suum perfectum erat, in quo sacrificia debuerunt resolui ac perfici & adimpleri. Audiant ergo Christum eis meliorem uictimam afferentem: de qua patri ait: Zelus domus tuæ comedit me sicut sacrificium: quia propter amorem tuum me comestibilem feci, iam solidum cibum habeat domus tua & escam bonam, quia ego cibus sum guadium, crescant, & manducabunt me sacerdotes, quia ego mittam saturitatem in animas eorum, nam sacrificia corpora solummodo saturare poterant. Ego autem & animas esurientes implebo mirabiliter bonis meis: quia non veni soluere regẽ, sed adimplere eam: nunc per gratiam, & in futuro per gloriam, Amen.

Feria

Feria quarta primæ Dominicæ quadragesimæ Euangelium.

IN illo tempore, Accesserumt ad Iesum Scribæ & pharisæi dicentes; Magister. &c.

Sermo vigesimus secundus.

T H E M A.

Erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Matth. 12.

Inuocatio ad Virginem.

Maria est Dei sepulchrum. IN sepulchro Christus ab hominibus minoratus formam sumpsit cadaueris, vt cadauero nostra suscitaret: ideo enim tunc aperta sunt monumenta, vt illo cadauere suscepto, cætera reducerentur ad uitam. At in Maria exinaniuit semetipsum filius Dei paulominus ab Angelis, ut homines æquaret Angelis: ideo maior gloria debetur & honor uiuo sepulchro, id est, Mariæ, quàm sepulchro lapideo, quia maius bonum prouenit ex Maria, quoniam si propter cadauera in uitam reducenda, positus est in sepulchro. propter homines, angelis reducendos ponitur in Maria, ex qua orto Christo canunt angeli gaudium, quod erit omni populo. i. Angelis reducendo. Dum Christus in sepulchro fuit positus humana vita defunctus erat, dum autem fuit Dei filius in Maria reconditus, uidetur diuina uita defunctus, & omnino similis nobis passibilis, quia plus distat forma Dei a forma infantis, quàm fama nostra à cadaueris forma. Tamen in hoc Maria præcellit sanctum

ctum sepulchrum, quia in eo non totus Christus, sicut in ea fuit, nec nouem mensibus sicut in ea, nec fuit unus sicut in ea. tamen vtrobique Christus exiit absque sigilli uiolatione, quia sicut mansit egresso Christo in lapide sigillum, sic in Maria uirginitas, & sicut in sepulchro nondum quisquam positus fuerat, sic nec in Maria, nec in eius anima præfuit aliquando peccati cadauer, quoniam de illa dicitur spirituisancto, Præcurre autem prior in domum tuam, & illic aduocare & lude & age conceptiones tuas, & non in delictis & verbo superbo. Ad nostram domum prior venit dæmon, quando in originali peccato cõcipimur quo replemur morticinio & scaturigine cæterorum peccatorum, tamen in Mariam prior venit spiritussanctus, qui duas operatus est conceptiones immunes. s.Mariæ & Christi, quoniam prior ad posteriorem ordinabatur, ideoque de his dictum est, Age conceptiones tuas. Hunc ergo designabat ille Ioseph nobilis decurio diues & iustus, expectans regnum Dei, quoniam spiritus sanctus decurio trinitatis bonitate nobilis (est enim eius attributum) diues in omnes qui inuocant illum, iustitiæ fons, quia eius gratia sola iustificat, cum expectaret regnum Dei Christum in mundnm venturũ adducere ad nos, hoc sepulchrum ei sibique primo parauit, quia prius commoratus est in Maria spiritus sanctus, quam Christus, alterque locum fecit alteri, & remansit facto locus, gratiæ Dei pro omnibus qui sunt Christi, quã vt sermoni assequamur, ei offeramus. Auæ Maria gratia plena dominus tecum &c.

Eccl. 32. Conceptio Mariæ.

Duplex est Christi sepulchrum, prius fuit materiale finita passione: posterius autem est spirituale post resurrectionem. De priori agitur in principio Euangelij vsque ibi, Ecce plus quam Ionas hic. De altero scilicet corde nostro agitur in reliquo Euangelij, vnde sic totum exponam. De primo ergo sic incipitur Euangelium.

Diuisio. Aliud est cor terrę. aliud terrenum. prior pars

Accesserunt ad Iesum Scribæ, &c. Scribę & Pharisæi

ſæi Chriſtum ſepeliunt, qui ut alter Ionas facit naufra gium. Periculoſius nauigatur per ducem, quam per amaram aquam. Eſt etiam mare dulce (vt ait Plinius) ubi plures naues ſubmerguntur, quia liquidior eſt aqua. Sic etiam eſt in uita noſtra: nam quandoque amaro, quandoque dulci mari nauiganus. Proſperitas eſt dulce mare, aduerſitas autem amarum, utrobique cadimus, utrobique naufragium eſt maius tamen in proſperis: quoniam ideo dicitur: Cadent a latere tuo mille, & decem millia a dextris tuis. Hoc & familiari patet exemplo, vt notat Patriarcha: quia auceps plures paſſeres capit cum ſibilo ſuo dulci, quàm agricola dum paſſeribus maledicit, lapidans eos ad aream ſuam venientes tamen nullum capit: ſed auceps tendiculas iuxta fontem parans & grana proiiciens, ac dulciter ſibilans onerat ſe paſſeribus. Sic plures decipiunt adulatores, quàm hi qui carpunt nos. Chriſtus ergo qui eſt ſicut nauis inſtitoris, utroque nauigat mari, ſcilicet dulci adulationum, & amaro reprehenſionum, tamen in dulci naufragium fecit: de quo ipſe miratus, cùm Iudas adulator eum oſcularetur ad capiendum eum, dixit ei Ieſus: Iuda oſculo filium hominis tradis? quaſi ſtupens hoc dixit Chriſtus. O quanti ſunt hodie qui nec lapidibus, nec præcipitio, nec litoribus, nec inſidiis capiuntur, ſed ſolo adulationis oſculo. Hoc etiam uoluerunt ſcribæ & Phariſæi Chriſtum capere, dum aiunt: Magiſter volumus a te ſignum uidere. Magiſtrum uocant, cuius nolunt eſſe diſcipuli, ſed cenſores ſignorum eius. Et uolunt ei adulari quaſi dicentes: Potes ſigna facere & glorificari in eis, fac ergo coram nobis vt Moyſes coram Pharaone. Chriſtus autem nobis doctrinam cōferens dum carpebatur, mitisſime reſpondebat, Ego dæmonium non habeo &c. Tamen dum adulator aderat, reſpondit acriter dicens ut ſequitur: Generatio mala & adultera ſignum quærit. Sic nos docet contraria contrariis curare. Non ergo efferbuit in iram propter iniurias, nec blanditiis fuit

adulatio.

Mare amarum ac dulce.

fuit dissolutus, sed conuitijs respondit beneficijs: & blāditiis respondit conuitio dicens: Generatio mala & adultera signum quærit. Mala inquā mihi qui tot beneficia eis contuli, sed nec mirū ꝙ sint mihi mali, cum & patri meo adulteri fuerint, adorantes uitulum in Oreb. Signum non dabitur eis nisi Ionę &c. Hic bene se Christum in Iona figuratum ostendit, presertim quo ad passionē de qua nunc respondit eis quia eam corde gestabāt & pro signo datur eis ipsa Christi passio. Sanguini insidiātibus, sanguis datur in signum. Satis fuit eis hoc, si credere uoluissent: quin nō ad uerba sed ad cor respōdit eis. Nunc aduertendum ꝙ & si omnia in figura patribus contigerunt, præcipue illa quæ Christus in Euāgelio exposuit, maxime in facto Ionæ, qui re & nomine Christum signat. Nam Ionas dicitur columba, ut innuatur ꝙ & si uoluntarius Ionas fuit missus in mare, tñ ipse fatebatur, ꝙ propter suam culpam deberet proiici. Christus autem est columba, felle id est, peccato carens, qui uoluntarius & non propter suam, sed nostram culpam intrauit mare passionis: dicente Deo, Propter scelus populi mei percussi eum, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius De nido huius columbę, id est, Christi additur, Sicut fuit Ionas &c. Cum hic ad prædicandum Dei iustitiā in Niniuē mitteretur, noluit ire prænoscens ꝙ Deus parceret tandem eis, & quia timuit interfici, si eius prophetia non fuisset uerificata, ideo in contrarium fugit per mare. Quare noluit ire? quia nouerat misericordiam Dei quæ semper præualet. Cum ergo fugeret, orta tēpestate insolita boni nautæ cogitant, quod propter alicuius peccata intumescebat plus mare quo plus orabant: ideo Ionas excitatus fatetur peccatum suum & sic proiicitur. Deus preparauit cetum, quo exceptus deducitur ad Niniuem, quæ est in litore, & ibi euomitur. Et super ciuitatem prædicat iustitiam Dei, egressus autem, stetit è regione attendens subuersionem eius. Videns autē ꝙ propter pœnitentiā parceret dominus eis, afflictus est Ionas afflictione ma-

Christus est Ionas

O ne ma-

ne magna. (Ionæ.4. (quia non ſubuertebatur:& iuſtificabat ſe dicens quòd bene fugiſſet, quia præſciuerat miſericordiam Dei,& ideo noluit prædicare eius ſeueritatem. Dum ſic ad ſolem æſtuaret, creauit dominus hæderam, in cuius umbra lætabatur: tamen alio die uermis eam corroſit, quo iterum iratus conquerebatur:& ait Dominus ei: Putasne bene iraſceris tu ſemper hęderam tuam &c. Pœnitet te ob eius perditionem, & tu uolebas quod perderem ciuitatem magnam? Hæc eſt tota hiſtoria Ionę, ex qua non niſi uētrem ceti Chriſtus tetigit, di. Sicut enim Ionas &c. Hic eſt difficilior punctus, quia cętera facilia ſunt: quoniam Chriſtus, ut Ionas malus iudicatus per iudicem inuoluntarium Pilatum, qui nolebat eum damnare tandem ob metum cadentem inconſtantem, aut potius inconſtantem uirum Pilatus damnat filium Dei: qui ex naui humanitatis ſuæ, tempeſtate paſſionis contra ſe & ſuos orta, in mare amaritudinis & fellis proiicitur: quæ ſolum eum quærebat ut ceſſaret à nobis. Sed ad litus reſurrectionis eum mors euomit, ut prædicet quadraginta dies loquens de regno Dei. In hac expoſitione difficultas non eſt, ſed in tempore quo ſtetit in uentre ceti, quia Chriſtus non niſi duas noctes iacuit mortuus, nec poteſt quiſpiam eas dicere tres per ſynecdochen, quia ubi pars alterius noctis non eſt, tota non erit: ideo ſcrutari oportet quæ ſit illa tertia nox. Nam Chriſtus non fuit in ſepulchro niſi nocte ueneris & ſabbati, ubi ergo eſt tertia? De diebus accipiendo partem pro toto, bene quidem: quia eſt dies ueneris & totum ſabbatum, & mane diei dominicæ. Noctes uero ſunt duæ, ſcilicet ueneris & ſabbati, pro tertia nempe quidam dicunt accipiendā illam qua cœna facta, iuit Chriſtus ad locum ubi caperetur, ſe offerens morti, ut traderet eum Iudas: cui tunc dixit, Quod facis, fac citius. q.d. uolo ex nunc tradi, uolo citius mori quàm tu me uelis interfici: quoniam baptiſmo habeo baptizari, & coarctor nimis donec compleā illū. Vocat ſane baptiſmū ex corona ſpinea fluxum

ſangui-

sanguineum quo Christus balneatus est. Tunc ipse tradidit in mortem animam suam quando in horto dixit. Transeat à me calix iste, id est passio finiatur, quam à conceptione mea cœpi aibere, unde ob summos dolores quos ibi passus est, dicitur fuisse mortuus, in horto fuit maximus dolor animæ Christi, in cruce autem corporis. quia sudor agonia dicitur & ibi moreretur nisi ab angelo confortaretur, & ideo quia ex parte sui se morti obtulit ianuas & poros ei adaperiens, dicitur ex tunc mortuus, nec solum tunc in sudore illa nocte se morti exposuit Christus, sed in captione, tamen quia fere tota illa expensa est & occupata pœnis eius, non horrenda, timēda, plena scādalo, laboriosa dicitur, signata in ea de qua dicitur Gene. 22. Abrahā de nocte consurgens sumpsit secū duos iuuenes & strauit asinū suū. Corpus Christi est asinus & iumentū apud Deū quo ascendere debemus in Hierusalem Strauit eum quādo illa nocte Christū uicit sensualitatē suam nolentem mori, tñ Isacar asinus fortis uidens requiem resurrectionis per angelum monentem, posuit humerum suum ad portandū scilicet crucem. Duo iuuenes sunt Petrus & Ioannes, iuuenes sensu uel ēt uiribus, si cæteris comparentur. ubi nota ꝙ bene fuit Apostolo quando eduxit gladium, quia ob zelum illum, quanuis secundum scientiam data est ei Ecclesia, ut ab hæreticis eam defenderet gladio uerbi. Strauit ergo illa nocte qua dixit, surgite eamus, scilicet ad passionē, ideo consurgit, scilicet ad maiora, & eū strauit qui nolebat expoliare, sed super uestire, sed si quæras cur tm̄ prius recalcitrauit? potest dici ꝙ ne putares se Christū odisse, nā tantū passus est doloris & tanta sustulit, ꝙ uideri posset carnē suam odio habuisse, quod est cōtra naturā hominis, & quo magis sapientis, magis quoniam ut ait Philosophus, Sapiens diligit uitā suā, & tanto amplius quāto eam meliorem cognoscit. Iam ergo hanc noctem numerans bene tres inueniet, quę deuoto fideli satis est: tamen incredulis non: ideo quærenda est alia, quia ut ait Aug semper literalis seruādus est

Obtulit se morti christus ab horto

Mar. 15. ſenſus ſcripturæ ſi fieri poteſt. Vnde iam pernotas habes duas noctes, ſcilicet ſextæ feriæ & ſabbati, & tertiã
Mat. 17. accipe quæ eſt illa de qua Euangeliſta ait: Tenebræ factæ.ſ.ſ.uni.t.à ſ.vſ.ad horam no.& ſtantibus tenebris circa horam nonam clamat & exſpirat. Hac nocte ſtellæ viſæ ſunt, hæc eſt prima nox earum quibus manſit mortuus, quã ſanctus Leo uocat in ſermone paſſionis Chriſti extraordinariam. Et Euſeb. in chronico ait: quòd Phlegon eclipſim paſſionis ſcribens noctem illam appellet: quia & ſol obtenebratus eſt & ſtellæ luxerunt, unde Amos. 8. dicit. Et erit die illa. dicit dominus, occidet ſol in meridie & tenebreſcere faciam terram in die luminis, & conuertam feſtiuitates ueſtras in luctum. In die illa magna & amara ualde calamitatis, & miſeriæ dicit Dominus, occidet ſol in meridie, quæ eſt hora ſexta: nam illi dies habebant duodecim horas, mane erat prima. Nota quòd non dixit eclipſabitur ſol, ſed occidet ſol, quod ſolet euenire ut nox fiat per occaſum eius: tamen aduerte ꝙ meridies erat hora ſexta & tenebræ fuẽt uſq; ad nonam, tamen antequam finiretur nona, ut dicit Origenes, Chriſtus exclamauit quaſi poſtulãs ut iterum oriatur ſol: ſed nec mireris ꝙ hic ẽt dies uocetur luminis, quia tũc lucerna noſtra Chriſtus poſita eſt ſuper candelabrum crucis ut luceret omnibus qui ſunt in Eccleſia, in domo mundi, ſed per Iudæos extincta eſt & ſic conuerſæ ſunt feſtiuitates eorum in luctum: quia in illo die magno ſabbati reuertebantur in Hieruſalem percutientes pectora ſua. Nec te moueat id quod dicitur, ſcilicet ꝙ illa prima nocte extraordinaria nõ manſit in corde terræ nec tunc adhuc ſepultus eſt, ſed poſtea inter nonam & duodecimam qñ iterum luxit ſol: qua luce & ſepelitur. Sed adhuc poteris dicere, ꝙ Chriſtus non fuit in ſepulchro nec partem aliquã illius noctis extraordinariæ: quia claro die poſt eam ſepulturæ mandatur. Nẽpe ita eſt, nec in Euangelio reperies ꝙ Chriſtus ſe dixerit per tres noctes in ſepulchro manſurum, ſed ꝙ deberet manere in corde terræ: cor autem terræ non eſt ſepulchrum,

pulchrum,sed lymbus aut infernus quę contigua sunt, alter tamen superior est altero: unde Christus diuitem ininferno sepultum dixit eleuasse oculos cum esset in tormentis,& uidisse Lazarum in sinu Abrahę,id est in lymbo:in sinu est cor. Venter terræ est infernus.& stomachus est purgatoriū:cor aūt terræ est lymbus patrū, quę nomine inferorum intelligūtur sępe in sacra pagina:& ideo credimus ꝙ Christus descendit ad inferos, sicut Ionas ad uentrē ceti. Et sicut naturalis calor uigens in stomacho piscis,sancto prophetæ minime nocuit,sic neque Christo,nocuit infernus, quin exiret incolumis: de quo ipse lętatur in Psal.dicens, Propter hoc lętatum est cor meum, & exultauit lingua mea, insuper & caro mea requiescit in spe: quoniam non derelinques animam meam in inferno.De sepulchro autem subdit, Nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem. Sicut anima in inferno lęsa non fuit,sic in sepulchro non fuit corruptum corpus, seu utrunque simul surrexit: ideo immediate subdit, Notas mihi fecisti uias uitę. Descēdit ergo Christus ad inferos realiter ibique tenuit curiam suam. Tribus diebus & tribus noctibus uelut in corde terrę,ubi ceu angelus in fornace curiam suam tenuit ad refrigerandos tres uiros, quos dęmon iniecerat, torquendos tamen eos Christus lętificans illęsos seruat & fecit in medio fornacis, id est, in purgatorio ac sursum quasi uentum roris flantem ut benedicerēt cum sanctis patribus Deum totaliter, Ventus roris est diuina fruitio:quia Deus est in sibilo aurę tenuis. Et dicuntur tres, quia ibi erant ex lege naturę & scriptę, & ex lege gratię. Exiens autem Christus ex corde terrę, statim uenit ad sepulchrum & assumpto corpore surrexit illęsus ut Ionas. Et tunc etiam prędicauit per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei. Et quidā eorum dubitauerunt,contra quos subditur in p̄senti Euang. Viri Niniuitę &c. Voluit dicere, ut notat Theophylact. Adhuc postquā surrexero nō credetis mihi, cum uiri Niniuitę uerbo simplici Ionę sine signo Psal 15.

crediderint, quando egressus à ventre ceti prædicauit eis pœnitentiam . Et ecce plus quam Ionas hic. Quanuis in multis Christus sit plus quam Ionas, hoc unum aduertendum est, quòd Ionam pœnitebat eo quod nō subuerteret dominus Niniuem : Christus autem semp clamat, Pater ignosce illis. Vnde cum Iaco. & Ioan. uellent ut ignis descenderet super Samaritanos eum nolētes recidere, dixerunt Christo. Domine uis dicamus ut ignis descendat de cœlo & consumat illos? & iesus conuersus Increpauit eos di. Nescitis cuius spiritus estis. Filius hominis non venit animas perdere sed saluare,

Lucæ.9.

Secunda pars.

Moraliter autem sepulchrum quo Christus recipitur vt gloriosus euadat, cor Christiani est tamen illud effodere oportet vt omnia phantasmata proiiciat a se, locumq; det cœlesti reuelationi ex animo nos qui terrei sumus & immundi, oportet mundari a sordibus vt filium Dei decenter recipere possimus & mundatoriū est fides qua carebant scribę Christo nolentes credere, vnde dicitur de credentibus fide purificans corda. Si fidē viuā habueris sepulchrū & cor præparasti, & nota ꝙ fides magis q̄ aliæ virtutes requirit mediū, q a stulti & tardi corde, culpātur, & qui cito credit, leuis est corde: vnde ad hoc vt alicui secure credamus, tria requiruntur quæ ponit Aristot. in politica. Primum, ꝙ ille cui credimus, sit sciens ne se fallat. Secundum, ꝙ sit verax, ne nos fallat, Tertium, ꝙ sit amicus, ne celet nobis ea q̄ nos decet scire. Talis est Christus, has tres habens conditiones, vnde non est opus vt signa videamus; quia sicut multa pignora in domo mercatoris, sunt signa suę paruæ fidei, respectu debitorum, sic quærere à Deo signa, ut ei credamus, quasi dicimus de nobis, quod fide caremus. Scribæ & pharisæi Christo volebant credere sub pignore, quia aliter nosse fidebant ei, & vt ei credāt ostendit in reliquo Euaagelio, quod habet tria quæ dixi primò, ꝙ est sciens, & ideo non fat lit se, quoniam ecce plus q̄ Salomon hic. Regina venit non solum audire sapientiam Salomonis, sed vt eum tentaret in ænigmatibus.

Tria urgent fidē nostram.

tibus. Scribæ ueniunt ad Christũ vt eum tentent, non autẽ vt eum audiant, qui est plus quam Salomon, cui dedit Deus sapientiam, velut arenam quæ est in littore maris, quem nullus orientalium antecellit. Et dedit ei cor sapiens, vt nullus ante eum fuerit ei similis id est, nullus regum, nec post. Habuit duplicem sapientiã infusam, scilicet rerũ creatarum, quæ fuit eiusdem rationis cum sapientia philosophorum & doctorum, non tamẽ mixta erroribus, & instanti data est ei, & infusa propter Dauid sanctum patrem suum. Aliã habuit quæ fuit prophetica, qua composuit Cantica. & quosdam Psal. vt ait Hierony. Quid de Christi sapientia dicam, qui fuit plus quàm Salomon? ad hunc non solum regina Austri, sed tota gentilitas venit, dum erat adhuc in præsepio. Magi ab eo ducti sunt. Hic non solum orientales, sed angelos præcellit, Hic non solum habet cor sapiens ita vt omnes antecellat sed omnes sanctos. & ex eius sapiẽtia, sicut ex sapientia & spiritu Moysi datum est, non solum septuaginta discipulis, sed omnibus nobis non minuta in se eius sapientia. Cor Salomonis, hominis cor fuit, Christi autem fuit cor Dei. Illius autem seductum est postea à meretricibus quas ante iudicarat. Cor Christi seductores usque hodie iudicat, & a nemine iudicatur. Quid opus est Christum Salomoni comparari, & dicere quod duplici etiam fulget sapientia scilicet creata, & increata, cum etiã inquantũ homo omnes cherubin non sciunt ea quæ scit Christus, qui est in sinu patris? nil sibi latet in sinu secretorũ est, scrutatur vsq; ad profunda Dei. Vnde nota ꝙ illa Dei notitia genita sapientaliter à Deo, omnium est repræsentatiua, & eorũ quæ non erunt, illo ergo Dei uerbo manent omnia simul, non quidem vt chaos, quia magis distincte quodlibet repræsentatur ibi & clarius quam sit in seipso, ibi vt in speculo vident omnia beati omnia nõ quæ volũt sed quæ ipsum speculũ vult, nã est voluntariũ ea celans quæ sibi placet & ostendẽs quæ vult reuelari. Vnde heç est differẽtia inter Christi sapientiã & aliorũ, quia illud

Sapiẽtia Salomonis duplex.

ſpeculum aliis lucet ad libitum proprium: Chriſto homini ad libitum ſuum: ideoq; dicitur non eſſe ei data gratia ad menſuram ſic quanuis actualiter non ſciat infinita, quia hoc eſt impoſſibile, ſcit ea potentialiter: qa ſibi aditus infinitus patet. Et ultra hoc poteſt ſcire infinita per infinitas notitias in eius intellectu cauſatas a verbo cui vnitur nã anima paſſione eſt infinitæ capacitatis. Et etiam dicit Scotus quòd potuit ſcire infinita p vnam ſolam notitiam quæ prius eſſet eſſentiæ & haberet infinitas attingẽtias. Angelus quo altior eſt, eo paucioribus indiget notitiis ſeu habitibus: ſic quia Chriſtus eſt eis in gratia perfectio, indiget paucioribus notitiis quibus plus cognoſcit. De alio autem ſcilicet ueritate, patet, quia implicat quod mentiatur, ipſa enim veritas mentiri nequit, alioquin non eſſet ueritas, ſed non ſe verum oſtendit in alio magis quam in tertio dicto, ſcilicet de immundo ſpiritu vbi oſtendit eis ueritatem, quãuis ei odium pariat, & aperte ſubdidit, ſic erit generationi huic peſſime. In vltimo ergo pũcto Euang. ſe amicum oſtendit noſtrum, cum nos matrem, ſororem, & fratres ſuos fecit, ut tenerum amorem oſtendat. Crede ergo Chriſto ſi uis amplius ſcire, nam eius fides eſt nobis lumen vt amplius videamus, unde qui ſolum lumine proprio videt, parum uidet. Philoſophi bene dicuntur noctuæ quæ ſolum nocte vidẽt proprio lumine naturali, nos etiã die & clarius videmus lumine fidei in Chriſto, unde in lumine tuo videbimus lumen. Iam ergo Chriſtus vult eſſe in ſepulchro cordis tui qui ait. Præbe mihi cor tuum, hoc ſepulchrum magis cupit quam illud Hieruſalem, quia illic non fuiſſet niſi vt eſſet in tuo, vult ibi tres dies, & tres noctes eſſe. Virtutes theologicæ infuſæ, dicuntur dies, & acquiſitæ dicuntur noctes, vnde vult quod tu ſolicitus ſis eum ſic habere Pueri ſolum habẽt Chriſtum tres dies, quia acquirere non tenentur, nec augere fidem, nec charitate, nec ſpem, ſed tu verò vigila, in omnibus labora Aliter nox dicitur paſſio obſcurans animum. & eſt triplex noſtra

Sapiẽtia Chriſti e t infi-

Tres dies ac noctes

ſtra nox: quia venit a ſuperbia vitę, & concupiſcentiæ oculorum.i.ab auaritia, & a concupiſcentia carnis, quę eſt luxuria. Quando ergo his tribus noctibus non cedens tentationibus tenueris in te Christum bene quidem. quando vero victor earum tres acquiſieris virtutes contrarias, quibus tres vires animę tuę ſtabiliantur, tenuiſti Christum tribus diebus & tribus noctibus ut in te reſuſcitet nouus homo ad imaginem cœleſtis. Vis animę quę dicitur iraſcibilis, humilitate perficitur concupiſcibilis perficitur caſtitate, rationalis perficitur paupertate ſpiritus, qua ſe cognoſcit homo eſſe puluis & cinis. Iam ergo cognoſce homo valorem cordis tui a Deo tantum quæſiti, in ſcriptura tantum laudati quia eſt domus Obededonietęi, vbi arca debet manere quę eſt Christus. quære in alphabeto noſtro ſpirituali in tertia parte literam, d. & in ſecunda parte literam .o. capitulo ſecundo, ubi mira de corde reperies.

Super custodiā ſtabo totus noctibus & iugiter per diem

Sermo uigeſimus tertius.

Feriæ quartæ primæ dominicæ quadrageſimæ.

THEMA

Cum immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida &c. Lucæ. 11.

Inuocatio ad Virginem.

SPiritus ſanctus dulcis hoſpes animæ ex eo quod inhabitauerit animam, in ea tātum exultationis reliquit ꝙ ipſe Dauid perſonet, Reliquię cogitationū

diem

diem festum agent tibi. Si memoria huius hospitis nobis diem festum adducit qui parum tempus illum hospitio cordis recepimus: quid Mariæ custodiæ suæ arbitrandum est reliquisse? Hæc nunquam immundũ spiritum habuit hospitem, qui sępe spiritus Dei obliuionem inducit. Nos quippe sumus ueluti caupones qui succedentibus hospitibus, præteritos obliuioni tradũt. Maria autem spiritussancti hospita solius ab eo talia stipendia recepit, quod ei dicatur. Transi hospes, & orna mensam, & quæ in manu habes, ciba cæteros. Mariæ ad spiritum sanctum verba sunt ista eum vocanti: nam ex quo semel eum hospitio recepit, tam gratam se ei exhibuit & sedulam, quòd eum videtur deuinxisse ad ueniendum, quoties vocaretur, vnde ait: Transi hospes s. de cœlo ad terram, & propter me orna mensam prædicationis per gratiam tuam, & quæ in manu adiutrices habes, ciba cæteros auditores verbi. Deus in prædicatione parat mensam populo suo, vbi ponitur manna verbi Dei, quo vniuscuiusque palato satis fit. Sed hoc fieri nequit, nisi speciali gratia spiritus sancti diuidentis singulis prout scit opus esse, & sic in manu sua dicitur habere cibum doctrinæ, vt cæteros cibet præter intentionem prędicatoris, quæ ac paucos se extendit. Ille autem qui cæteros nouit, cæteros cibat per gratiam suam, quam vt assequi per Mariæ intercessionem mereamur, ei offeramus, Aue.

Maria è hospita spiritus sancti.

Eccl.29. Gratia Dei cibat omnes.

Argumentorum dicendorum.

CVm immundus &c. vsque peiora prioribus. Quáuis de quolibet peccatore hæc dici valeant maxime quando peccatis suis moritur, sæpe antea visitatus à dæmone qui peccatorem dimittit, vt glutiat saliuam suam, postea tamen de nouo redit ad eum monendum vt sit canis reuersus ad vomitum. Tamen prædictam attulit comparationem Christus contra Hebræum populum, & singulariter illam ei applicuit dum subiunxit. Sic erit generationi huic pessimæ. Hanc generatio-

Mala Iudæorum.

nem

nem prauam atque peruersam vocauerāt Moyses, Christus autem iam eam pessimam denunciat ex eo quod immundus spiritus quem sequuti fuerant in deserto quando fecerunt vitulum in Oreb, & adorauerūt sculptile mutantes gloriam suam in similitudinem uituli comedentis fœnum. Tunc immundus spiritus erat in eis, nam mixti in Aegypto inter gentes didicerant opera eorum qui colebant idola. Spiritus idolatrię quo idola venerantur, dicitur immundus quia spirituali fornicatione animam polluit dęmoni coniunctam fœdere maritali. Ergo insidentem plebis istius pectoribus spiritum immundum, ex quæ postea data est interuentu suo eiecit, & veluti quadam custodia interpositæ & circumiectæ potestatis exclusit. Et spiritus iste illinc exiens circum gentes desertas & aridas, oberrrauit, ubi tunc temporis idolatria vigebat. Inter has dęmon arbitratus est se requiem reperisse usque ad iudicii diem quo eius machinatio terminanda est. Sed dominus Iesus eum etiam ex gentibus eiecit, maxime quando dei gratia impartita gentibus, postquam in aquæ lauacro fons viuus baptismatis ad gentes effluxit de quo Christus ait, Fiet in eo fons vitæ salientis in vitam ęternam. Hoc fonte ariditatem illorum irrigat, & fouet Christus, abluens immundum spiritum, quam ablutionem ferre nō substinens dæmon ait intra se. Optime regrediar in eam, ex qua profectus sum domum, reuertar in domum meam vnde exiui. Ad hanc reuersus est dæmon, & primo inuenit eam vacantem, quia Christum non receperat, qui ait Iudęis Relinquetur domus uestra deserta. Desertum & vacans videtur regnum sine rege, & domus sine domino sic Iudæa sine Christo Iudæorum rege. Hanc etiam inuenit scopis .i. iudicialibus præceptis mandatam per legem, & prophetarum ornatam præconiis. Denique, ut ait Hilarius, vacua inuenitur, ex qua cum & custodia legis abscesserit quia omnis lex usque ad Ioannęm, & ad habitandum non receptus sit Christus, atque ita & habitatore vacua est, & deser-

deserta custodibus cum tamen venturo Christo praeuntium solicitudine & mundata sit & ornata. Venit igitur reuersus spiritus immundus ad Iudæam quia nemo est qui eam defendat. & septem nequiores adducit secu vbi vel omnimoda strages notatur . uel quia tot erant gratiarum munera destinata cum Christo , quæ in eo multiformis illa Dei sapientia septiformi gloria collocauit, vt tanta iniquitatis fieret possessio, quanta futura fuerat gratiarum. Atque ita nouissima populi istius peiora sunt prioribus: quia ex Iudæis immundus spiritus metu legis abierat, nunc autem in eos cum vltione repudiatæ ab eis gratiæ reuertitur . Et nouissima sunt peiora, quia prius prophetas occiderant, nunc aũt Dominum prophetarum, & nouissimus error quo credere nolunt peior est priore, quo Christum, occiderunt: nã deterius fuit non credere resurrectio nem, quam causare passionem . Hęc Remigius. Literali sensu utcunque

Diuisio.

enodato , nunc in duabus sermonis partibus uidebimus qnaliter a nouellis egressus dæmon, prouectos iã in religione solicitat & ab eis victus reuertitur unde exierat.

Prima pars.

Dum qualitercunque in uera pnĩa Christianus quilibet, ad Deum conuertitur, spiritus immundus exiit ab eo: sed maxime dum renuncians seculo bonam intrat religionem : ubi aduerte ꝙ triplex est spiritus immundus iuxta illud Apocalypsis: Et uidi de ore draconis, & de ore bestiæ , & de ore pseudoprophetæ exire spiritus tres immundos in modum ranarum. Non immerito is dæmon triplici nomine designatur nam dicitur draco, & bestia & pseudopropheta: & anima nostra trina est in potentiis ad quam triplicem habet immunditiam dæmon: primum superbiæ, & ob hanc dicitur draco. Cum istam fœdat, & immundam reddit potentiam irascibilem animę nostrę secundum quod ait propheta? Ascendet fętor eius & ascendet putredo eius, quia superbe egit. Secunda dæmonis immunditia, dicitur luxuria, & ob hanc secundo ipse dęmon nominatur bestia, quia si

Apo.16
Tres im mũditiæ diaboli.
Ioel.2.

cur-

cut equus & mulus: fiunt adhærentes sibi: & per hanc computtescere facit homines in stercore suo. Hac ergo immunditia fœdat alteram animę potentiam uidelicet concupiscibilèm. Tertia eius immunditia est auaritia, & ob hanc dicitur pseudopropheta, nam auarus aggrauat contra se densum lutum diuitiarum, egestatem falso prænuncians, dum suspicatur, quod sibi deerit etiam cibus, & sic sub prætextu prouisionis rationalem animæ potentiam obcæcat stercore opum. Vt has immunditias animæ euadant iusti, religionem intrant, ubi contra superbiam, abstinentiam promittunt, & cōtra luxuriam, castitatem, & contra auaritiam, paupertatem. Quibus uirtutibus expeditores & mundiores animæ potentiæ redduntur, & non timentur tres immundi spiritus qui ab ore, id est. à suggestione egrediūtur diaboli ad nos in modum ranarum, dum nos persuadent obtemperare sibi per aliquas confusas, & sine ratione rationes. Scit equidem dæmon cantilenas suas, quibus immunditias moneat uelut rana, quæ immunda colit loca, & paludes implet cœnosas. Dum ergo per uota religionis spiritus immundus exit ab homine, eam nouiter ingresso læsus dæmon & delusus, ambulat per loca arida & inaquosa, quærens requiem. Hęc loca sunt, uiri religiosi & spirituales perfecti in uita sua, qui dicuntur loca arida, quia in ariditate cibi & potus, domino seruiunt. Dicūtur etiam inaquosa, quia noxius humor concupiscentiæ in ipsis desiccatus est, signati quidem sunt per ossa quæ uidit propheta Ezechiel in medio campi arida, siccaque uehementer. Ossa utique sunt propter propositi constantiam i & fortitudinem in aduersis, & diaboli tentamentis. Arida propter cibi & potus parcitatem. Et sicca uehementer, quia nec in uoluntate, nec in opere, nec in uerbis inuenitur in eis aliquid lasciuiæ. Vnde dicunt Domino cum propheta Dauid: In terra deserta, inuia, & in aquosa sic in sancto apparui tibi, ut uiderem uirtutem tuam & gloriam tuam. Terra deserta, est religio ꝓpter pau-

Vora tria cōtra diabolū sunt

Iusti sunt aridi.

paupertatem: inuia propter solitudinem, inaquosa propter penuriam uoluptatis. Sic ergo in sancto. s. proposito apparui tibi Deus, ut hic uiderem uirtutem tuam, & futuro gloriam tuam. Per hæc igitur loca dęmon ambulat in eis requiem perquirens, in cuius figura legimus in Exodo, ꝙ Israel ab Aegypto recessit per arentem alueum maris desiccatum ad terram promissionis: populo incedente per medium eius, & persequutus est eos Pharao cum exercitu suo. Quid per Israel egressum de Aegypto nisi spirituales uiri egressi de mũdo? Hi incedunt per arentem alueum ad terram promissionis in medio maris. i. per arctam pœnitentiam, non declinantes a medio, uel per elationem in prosperis, uel per impatientiam in aduersis, quia contra prosperitatem huius mundi est eis pro muro mare a dextris. i. prosperitas mundana, quæ amaritudine plena est, quod ipsi attendentes de illa non curant. Contra tribulationes & aduersitates huius m undi est eis pro muro mare a sinistris, i. pœna inferni, & rebroborũ, qui erunt in sinistra. Vnde considerantes quàm longa sit pœna inferni & quam acerba, libenter istam temporalem substinent, ut ab illa liberentur. Hos sic incedentes per medium sicci maris, persequitur Pharao cum exercitu suo. i. dæmon cum suis intrans etiam ipsum alueum maris desiccatum, quia etiam usque ad claustrum persequitur eos diabolus, dum ipsum Iesum tentauit in deserto unde dicunt uiri iusti illud Hiere. Velociores sunt persecutores nostri aquilis cœli, super montes persequuti sunt nos in deserto, usque ad montuosa & deserta loca. Hoc est quod hic dicitur, per loca arida & inaquosa, quia & in statu perfectionis persequitur eos, quærens requiem in eis, & non inuenit ob quatuor causas. Prima ob penuriam cibi, nam non bene quiescit homo esuriens. Cibus diaboli est opus carnalis uoluptatis, unde aut propheta. Incrassata est pars eius, & cibus eius electus. Incrassata quia crassitudinem carnalis immũditiæ quęrit. Potus diaboli uoluptas, interioris concupi-

scentiæ

ſcientiæ quæ eſt in voluntate & conſenſu. Vnde Siſaræ petenti potum, datur lac. i. carnalis affectio qua dormit & quieſcit. Iſtum cibum & potum minime dæmon inuenit in locis aridis, quia nec eſt iniuſtis opus immunditiæ per conſenſum ad intra, nec per exercitium, ad extra. Vnde in eis triſtatur dæmon, ut patet in Achab contra Noboth, qui de uinea uoluit facere hortum olerum .i. auſteritatem uitæ in uoluptatem conuertere, tamen renuente Naboth, Achab non inuenit requiem ſed afflictionem. Contriſtata quippe eſt anima eius, ut dicitur in lib Reg. Tamen dæmon in locis humentibus, ut ait Iob, inuenit requiem ſibi ubi bene nutritur. Secunda rō cur in religioſis non inuenit requiem eſt, quia in eis eſt clamor continuus, nec. n. homo quieſcit in clamore. In religione eſt clamor pſalmodiæ, & in hymnis & canticis ſpiritualibus, ut iubet Apoſt. Et per Eſaiam ait Dominus: Super muros tuos Hieruſalem conſtitui cuſtodes, tota die ac nocte non ceſſabunt laudare nomen Domini. Philomena die proſperitatis & nocte aduerſitatis cantat, & ſic boni religioſi. Item fere ad literam per horas diei & noctis per miſſas & lectiones, & colloquia Deum laudant. Vnde bene dicitur quod uix dimidia hora fit in cœlo ſilentium, quia in cœleſtibus uiris non eſt ceſſatio a Dei laude qui parati ſunt ſuſcitare Leuiathā, ne quieſcat. Tertia rō, quia in tali loco non eſt qui ꝓhibeat à turbine & a pluuia non eſt tectum. Fugit homo locū ubi ex omni parte cadit pluuia ſuper eum. In religione autem eſt pluuia lachrymarum & compūctionis. dequa dicitur, Pluuiam uoluntariam ſegregabis Deus hęreditati tuæ. i. Hanc pluuiam nimis fugit dæmon, unde in lib. Reg. dicitur: cum uidiſſet Helias nubeculam de mari aſcendentem, dixit Achab, Iunge currum, & deſcende ne occupet te pluuia. Cumque facta eſſet pluuia aſcendit currum & abiit. Pluuia aſcendit de mari quando lachrymæ aſcendunt de corde contrito & de paſſione domini. Quando ſonitum huius pluuię audit dæmon, fugit: & ideo non inuenit ibi requiem. Nec obſtat quod

Ob quatuor non quieſcit iniuſtis dæmon

4. Rg. 21
Iob.

Eph. 5.
Eſa. 62

Iob. 3.
Regionē bona.

3. Reg. 18

quod sancti dicuntur loca arida, quia hoc est ex eo q̄
Deu. 11. non accipiunt humorem ab inferiori nec a fontibus uel riuis, sed a cœlo. Non accipiunt causas lachrymarum a terra, sed à cœlo: unde de religione dici potest. Terra ad quam ingredieris possidendam non est sicut terra Aegyti: in qua iacto semine in hortorum more aquæ ducuntur irriguæ sed montuosa & campestris de cœlo expectans pluuias.

4. Reg. 6. Quarta rō cur in bonis religiosis non inuenit dęmō requiem est, quia ei non aperiunt ostium domus suæ facientes quod præcepit eis Helisæus. i. Christus: Videte, ut cum uenerit, claudatis ei ostium & non sinatis eū intrare. Ostium claudit qui principio suggestionis non cōsentit, & q̄ sensus exteriores custodit, ne intret mors .i. diabolus per fenestras nostras. Et fenestrę sunt ei claudendæ, id est, affectiones cordis. Et si clauso ostio intremus cubiculum mentis, ut oremus secreto patrem nostrum. Imo ostium cuiuscunque occasionis ei claude in istis ergo non inuenit requiem, quia castrum in terra arida positum non potest obsideri diu. Has quatuor cās debes aptare secularibus quoque.

Secunda pars. Dęmon cito per scribit. Nunc in secunda parte uidendum est qualiter dęmō ad nouicios reuertitur, nam uidens quod in uiris spiritualibus requiem non inuenit, ait: Reuertar in domum meam unde exiui. Magna quidem est possessio dæmonis, sicut & lęnonis in meretrice, quam & si semel cognouit suam uocat. Statim signat & accipit quod semel dęmon uel degustauit uel tetigit: Perscribere se putat etiā ex uno die, nec se depulsum dicit, sed egressum quasi minime renuncians possessionem: Reuertar inquit in domum meam vnde exiui. Ob istum igitur dæmonis regressum dicebat Hiere. Iudæis (per quos intelligo confessos & contritos) cum recessisset exercitus
Hiar. 37. Chaldeorum à Hierusalem ad tempus: Nolite decipere animas uestras dicentes. abierunt Chaldæi, & recesserunt a nobis, id est, a tentatione cessabunt, quia non abibunt: immo & si omnis exercitus uictus fuerit, & ali

qui

qui derelicti uulnerati ipsi surgent & incendent ciuitatem hanc. Vbi notatur quod si parua tentatio aut occasio inuicta relinquatur ipsa sola sufficit animam incendere per uitia. Iam ergo dęmon reuersus animam nouelli reperit primo uacantem, hoc est maius malum: quia secundum August. nulla religioso deterior pestis ociositate. Nec immerito uacans dicitur anima religiosa, dum ociosa est, nam dum cathedra uacat, cuicunque oppositori dat locum. Sic anima pigra cuicunque tentationi se præbet. unde Sapiens de pigro ait: Mitte illũ in operationem ne uacet, multam enim malitiam docuit ociositas Ecce qualiter deprauat intellectum, dum eum malitiam docet, unde alibi dicitur, Qui sectatur ocium stultissimus est. Stultus quia non considerat periculum quod euasit, magis stultus quia hostem qui latet in insidiis non attendit, & stultissimus, quia est quo scit bellum imminere sibi imminuta terrę suæ non claudit Item ociositas tollit ab effectu deuotionem, quia piger in oratione aut lectione, non delectatur, imò tędet animam suam omnis boni, nec spiritualem saporem sentit: unde de tali anima dicitur, Panem ociosa non comedit. Ociosa mens pane deuotionis caret, qui laborantibus datur: Iuxta illud, Qui operatur terram suam satiabitur pane. Nec de ociositate amplius dici potest, nisi quod hęc cum abundantia temporalium fuit iniquitas Sodomę. Ecce igitur qualiter immundus spiritus reuertitur in domum uacantem quæ sine habitatore ruinosa, fit, & habitatio murium & rerum immundarũ, sicut legitur de templo. 1. Mach. 4. Felix ergo ille quem dęmon semper inuenit occupatum, semper alicui exercitio incumbentem, semper aliqua ruminantem ne ocio uacet. Secundum malum quod dęmon inuenit est: quia reperit domum scopis mundatam, quę superficialiter solum sordes auferunt, nec eas si plurimum adhęrent euellunt. Hę scopæ sunt religionis ceremonię parum animam mundantes, nec attingentes animę maculas nec uetera ab ea euellentes uitia. Pro

Odiũ pes simũ est.

Eccle. 33.

Pro. 12

Ibidem.

his cæremoniis uide calcẽ quarti sermonis Raulim' in tertia dominica quadragesimæ. Et nota ꝙ quando scopæ istæ ad spiritum mundandũ ordinant̃ optimæ sunt & aliquando necessariæ quia non sufficit corde credere. nisi ad extra q̃nque signa Christianitatis appareant.
Psal. 76. Aliæ sunt scopæ solum ad corpus pertinentes quæ ad hypocrisim reducuntur, quæ annullari debuissent. Tertio inuenitur domus ornata habitu, scilicet religionis de quo dicitur. Filiæ eorum compositæ ut similitudo templi, id est, ad similitudinem sancti religionem fundãtis: nam habitus ex se ostendit religiosum esse Dei templum, & animam eius ueram filiam Francisci seu Benedicti, aut illius sancti cuius habitum defert. Itẽ hoc ornamentum est doctrina, iuxta id: Ornamentum aureũ prudenti doctrina. Si autem religiosus non est prudens doctrina fit ei ornamentum æreum quod ad damnum sui sonat. Hæc igitur dæmonem non terrent nec eum arcere possunt, quin securior securiores inuadat, alia caterua sociatus, de qua dicitur. Tunc uadit & assumit septem nequiores se. Dæmon uadit quando acutiora perquirit tentamenta, qui antea corporalibus tentabat manentes in seculo. Iam translatos ad religionem spiritualibus indiciis solicitat. Vitium spirituale nequius est ipso dæmone, quia nec dæmon ne quam esset nisi ob illud. Vitium corporale quia humanũ est, non dicitur nequius dæmone. Nõ est ergo nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, ut antea, sed aduersus spirituales nequitias in cœlestibus Scies qualiter spiritualiter tenteris si attendas quod oẽ monachorum peccatum semper aliqua nequissima circunstantia est qualificatum, ac si esset peccatum diaboli. Assumit etiam septẽ spiritus nequiores, id est, septem simulationis quæ se uirtutes mentiuntur, & ideo nequiores se, id est, apertis uitiis, unde Augusti. Simulata æquitas, non est æquitas sed duplex iniquitas. Tres sunt septenarij, primus est bonus qui continet septem dona spiritussancti, scilicet, spiritus sapientiæ, & intellectus &c. Secundus septenarius

continet

continet ſeptem ſpiritus nequam, id eſt, ſeptem uitia capitalia, ſeptē donis contraria, quæ ſunt luxuria quæ ſapientiæ opponitur, gula intellectui, auaritia conſilio, acidia fortitudini, ira ſcientiæ, inuidia pietati, ſuperbia timori. Tertius ſeptenarius continet ſeptem ſimulationes, quas Dominus nequiores uocat ipſis uitiis manifeſtis: quia ſub mētita ſpecie bonitatis illaqueāt imprudentes: & hæ ſeptē nequiores ſcilicet ſimulationes uirtutum deteriores ipſis uitiis ex eo ꝙ nō decipiunt aperte: ſed quadam doloſitate & fictione oſculo nos tradūt, taliter quòd dicere ualeamus: Si inimicus meus, id eſt, inſultus peccati manifeſtus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem utique & cuſtodiſſem me forſitā ab eo, ſed tu ſimulata equitas quę ſecure accedis ſub pallio uirtutis amplius feris, Quis non mirabitur fratres? quis non timebit dum lupum ſub ouis pelle contuetur, & draconē immò Luciferū in lucis angelum tranſportatum, nunc in diebus noſtris parum malū foret: ſi uitia manifeſta regnarent, ſtultitia ſe ſapientiam dicit impune, ſtoliditas ſe mentitur intelligentiam, audacia ſe fortitudinē oſtētat, & calliditas ſe dicit eſſe ſpiritum conſilij, pertinacia ſe clamat conſtantiam, & carnalitas ſe iactat pietatem, deuotos ſe dicunt hypocrytę, & garrulatores ſe fingūt prædicatores, qui carnes ad ueſcendum conferunt, ſe affirmant zelatores uirtutum & cenſores. Sic ergo dæmon aſſumit, ſpiritus nequiores, ut fiant nouiſſima hypocritę peiora: quia tales nunquam pœnitent: ideoq; ſecure habitant in homine ficto. Eiice ergo trabem de oculo tuo antequam alium iudices, ne ſis dealbatū ſepulchrum, omni ſpurcitia plenum. De hoc ſeptenario Primaſius ſuper Apocalypſim 17. exponens illud, & uidi mulierem ſedentem ſuper beſtiam coccineam habētem capita ſeptem, ſic ait: In cuius libidinem uitiorū ſermo diuinus ſpecie ſubornaret niſi mulieris, à qua initiū peccati, & propter quam omnes morimur? Super beſtiam libido ſedere dicitur coccineam, quia ſubiicit corpus agno Dei contrarium, habet cornua ſeptem ut

ſeptem dęmonia Marię magdalenę, quę ſpirituſſanctus eiicit. Septenarium quidem eſt triplex, ubi aduerte quod ſpiritus bonus, ſpiritus ſapientiæ, cui econtra malus opponitur ſpiritus inſipientiæ, alter deterior ſimulatio ſapientiæ. Spiritus bonus, ſpiritus intellectus: malus aũt ſpiritus ſtultitiæ, alter deterior ſimulatio diſciplinæ. Spiritusbonus, ſpiritus cõſilii, malus autem ſpiritus imprudentiæ alter deterior ſimulatio prudentiæ. Spiritus bonus, ſpiritus fortitudinis, cui opponitur malus apertæ ignauiæ ſpiritus alterior infirmitas fallens obumbratione uirtutis. Spiritus bonus, ſpiritus ſcientię cui econtra malus ſpiritus ignorantiæ, nequior autem uſurpatio ſciẽtię: Spiritus bonus, ſpiritus pietatis, malus uerò ſpiritus impietatis, alter peior falſæ pietatis obtentus. Spiritus bonus, ſpiritus timoris Dei, cui contrariatur ſpiritus temeritatis, & alter peior dolus fictæ religionis à quibus emundet nos ille qui à beata Magdalena ſeptem dæmonia expulit hic per gratiam, & in futuro per gloriam, Amen.

Feria quinta primæ dominicæ quadrageſimæ Euangelium.

IN illo tempore: Egreſſus Ieſus ſeceſſit in parte Tyri & Sidonis. Et ecce mulier &c.

Sermo uigeſimus quartus.

T H E M A.

Spiritus anxius clamat ad te, Audi Domine, & miſerere. Baruc. 3.

Inuocatio ad matrem Dei.

Super omnes ẽ oratio Marię Iob 5.

HAec eſt potiſſima differentia inter Dei genitricẽ & quoſcunque ſanctos, ꝙ ſcilicet ſancti ipſi orant

Deum,

Deum & Maria rogatur ab eo sanctior aut de exauditione securi: unde in Iob dicitur, Ad aliquem sanctorū conuertere, scilicet quando in afflictione persisteris: qa hoc omnibus commune est, q̄ quilibet clamabit & dominus dicet: Ecce adsum, scilicet paratus postulata concedere. q. d. non nisi digna petunt sancti. Vltra hoc habet Maria priuilegium, quæ non solum est de obtētu secura, sed scit nimis placere Deo q̄ ipsa petat: nam dum postulat pro nobis, nouum seruitium facit & gratissimum: unde lætitiam nouam ingerit Deo, cum misericordiam petit miseris mater misericordiæ: unde ait, Dominus ei Quę habitas in hortis amici auscultant te fac me audire uocem tuam. Hortulana Ecclesiæ dicitur hic Maria, quæ uere eam colit, & in unaquaque habitat specialiter eius imago, & deuotio & honor. Et hortus dicitur etiam conscientia deuotorum suorum ubi ipsa specialiter habitat, ut inserat uirtutes & nouos plantet mores Amici, qui eam auscultant, angeli sunt & cæteri sancti, quos etiam lætificat oratione sua eiusq; opinioni & orationi fauent. Fac ergo (ait Deus) me audire uocem tuam pro hortis irrigandis fac hoc beneplacitum meū, imple officium tibi à me commissum. Ecce qualiter sancti rogāt Deum, & Maria rogatur ab eo quod, amplius est, & in hoc euāgelio aliquo modo figuratum: quoniā oratio mulieris huius plus ualuit quam Apostolorum, & obtinuit quod ipsis negatum est, super quos laudatur à Christo: si ergo talem habemus aduocatam pro peccatis nostris & gratia impetranda, recursum habeamus ad eam, securi dicentes ei, Aue. Maria.

Argumentum dicendorum.

PLura mysteria mysticè accumulantur in hoc Euangelio: quia innuitur in eo egressio illa qua uenit è cœlo ad terram filius Dei factus homo, quando uera Chananæa quæ est Maria exiuit ei obuiam. Et illa egressio qua ex Iudæa iuit ethnicos uisere, quando Chananæa quæ est gentilitas, egressa est ad Deum. Et tertio

Varia egressio dei.

figuratur hic egressio spiritualis, qua in tempore quadragesimæ egreditur misericorditer, ut peccatorē quærat cuius anima ei debet obuiare. Tangitur hic etiā figura orationis triumphantis Ecclеæ pro filia eius Ecclesia, scilicet, militante, inter angustias Tyri & Sidonis male à dæmonio uexata. Sed ut ponā fundamētū, oportet prius in hoc sermone literalem sensum explanare, qui multum confert ad moralem institutionem, ubi Chananæa est doctrix disciplinæ Dei: de qua ait thema Spiritus anxius, scilicet huius mulieris & contritus clamat ad te pro filia sua, audi domine & miserere, dicunt Apost. Christo. Igitur in hoc toto sermone quandam excudam & conficiam homeliam literalem super totum Euang. quod subtiliter per prophetam epilogatur in uerbis præassumptis: nam dum dicitur, spiritus anxius, de filia huius mulieris fit mentio: dum dicitur, clamat ad te, fit mentio de Chananæa: dum dicitur, audi domine refertur ad Apost. qui sic orauerunt pro illa. Dum dicitur, Et miserere, refertur ad Christum qui misertus est eius: unde totum Euangelium præsens est in uerbis thematis, sed quia historia deuotissima est, eam seriatim contemplemur.

Incipit Homilia.

Est Christus medicus. Abac. 3.

Ex quo Dei filius noster medicus gratis fieri decreuit, ne aliquid ex suo defuisset, omnibus salutē obtulit: unde ait ei propheta: Egressus est in salutē populi tui. Si totius populi sui medicus est omnium creator, prima docti medici proprietas est infirmorum solicitudo quæ relucet in Christo, de quo dicitur. Pusillum & magnū ipse fecit, & de omnibus cura est illi. Pusillum, idest, gentilem, & magnum, idest, Iudæum. Ecce sine nūcio præueniente, sine litera uocante, pergit ut sanet filiā pauperis mulieris alienigenæ. Quis te orat, ò medice totius hominis? quis te accersiuit? qui te cōduxit? Ad hoc thema respondet: Spiritus anxius clamat ad te, audi domine,

mine,nec ſolum audi, ſed & miſerere. Eos dicitur Deus audire quorũ miſeretur,& eos non quorũ non miſeretur. Sed quis ſit ſpiritus iſte fratres, forte ignoratis. Eſt ne ſpiritus Chananeę anxię pro filia? eſt uel ſpritus ipſius filię uexatę,uel angelus eius? eſt ne ſpiritus Apoſtolorũ poſt quos clamat mater ut clament? Et ſi medicus animarum animas audiat acclamantes potius q̃ ora loquentia, altior ſpiritus pro nobis poſtulat apud Chriſtum,cui uix negatur petitio, nec repulſam patitur. Et hic eſt ſpiritus ipſius Chriſti qui apud Deum & Chriſtum eius intercedit pro afflictis gemitibus inenarrabilibus quia Chriſto narrat propalans ei quę nullibi narrãtur ſibi. Hic eſt ſpiritus anxius de quo dicitur in Pſal. 142 ſecundum tranſlationem Hierony. Anxius.fuit in me ſpiritus meus, in medio mei ſolicitũ fuit cor meũ, recordabar dierũ antiquorum, meditabar omnia opera tua,facta manuum tuarum loquebar, expandi manus meas ad te,anima mea quaſi terra ſitiens ad te, cito exaudi me domine,defecit ſpiritus meus ne abſcondas faciem tuam à me. Ecce qualiter ſpiritus anxius Chriſti ſolicitat cor eius omniaq; narrat ei antiqua ut recordetur, pręſentia ut meditetur, futura ut loquatur nobis quę uentura ſunt. Pro omnibus his clamat uſque ad defectionem,unde merito ſpiritus Chriſti figuratur in columba, quę de cœlo uenit ſuper eius caput in Iordane ubi nulla noua gratia ei addita eſt, ſed quę iam habuit figuraliter explicãtur. Habet ergo Chriſtus ſpiritum columbinũ, qui dicitur manſiſſe ſuper eum quaſi prędominans ei ſemper in eis quę ſunt ad pietatem:quia colũba nimis gemebunda eſt pro pullis ſuis. Noſter Noe uerũ nuncium habet columbam quę nunciat ei, quicquid agatur in terra,Nec aliud niſi ramum oliuę portat in ore quia ſemper miſericordia expoſtulat. Hic eſt ergo nuncius,hęc eſt litera, hic legatus & uox qua Chriſtus uocatur ad Tyron & Sidonẽ unde ait Euangelium pręſens. Egreſſus Ieſus ſeceſſit in partes Tyri & Sidonis. Ieſus interpretatur ſalus, hęc unde egreditur ut ſecedat?

Colũba ſpiritus Chriſti

 cedat?

cedat? si Iesus ipse salus est a quo egreditur nisi a se qui est fons salutis, ut ueniens ad me dicat animæ meæ, Salus tua ego sum? nunc egreditur Dominus de loco sancto sunt & uenit ut saluet populum suum. Magna cura hominem a se facit egredi, & animum in negociis suis ponere. Negocium Christi est, ut misereatur nostri, & nunc egreditur a se quia eius charitas non quærit quæ sua sunt, sed quę nostra, ut misereatur nostri & quę omnium ut salui fiant ab ira per eum. Ecce qualiter misericordia motus Iesus egreditur a se & secedit in Tyrum & Sidonem ciuitates dissipatas, ubi plantare cupit fidē suam per mulierem Chananæam qui per Samaritanā Samaritanorum ciuitatem conuertit. Vult Christus dare eisdem honorū conuersionis eorum, sicut & Iudæos cōuertit per Iudæos Apostolos, ne dicatur ꝙ extraneus uenit ad reducendum eos ad fidē. Nā quamuis dicatur ꝙ nil aliud habuit Christus ad faciendū opus nisi curare filiam Chananææ, & si ipse in hospitio pręcepisset vt lateret aduentus eius, nouerat ꝙ sicut in tēplo Dei Anna prophetissa quæ eum agnouit loquebatur omnibus de illo sic certe faceret Chananæa de qua sub infertur, Et ecce mulier Chananæa a finibus illis egressa clamauit. Egressus est Iesus & egressa est illa, diues & pauper obuiauerunt sibi. utriusq; operator est Dominus: quia sicut Christus non uocatus adest, sic & Chananæa quæ Christum sentiens, ait: Prope est iustus meus egressus est saluator meus, misericordiæ eius p̄ueniet me. Iam diu cupierat ista uidere Iesum, audierat n. famā eius & aiebat intra se: Surgā & circuibo ciuitates, quærā quem diligit anima mea. Melius enim q̃ Iosaphat præparauit cor suum, ut quæreret dominum. Sicut diximus dominum a se egressum, sic a se egreditur ista quoniā amor collocat amantē in amato, ut iam non sit sui iuris. Cor suū dereliquerat eā & iuerat ad Iesum, & statim, ut eū sensit, egreditur. Sed ò mulier quis te admonuit ut tali tempore parareris: cum Iesus præcepisset suis obtemperantibus ei ut tacerent aduentum eius. Quis ad punctū aduen-

Homo curis perlenus extra se agitur.

1. Esdr. 8.

aduentus Christi te accersiuit: nec ante nec post? Hic nota q̄ ille Iesus, qui a se egressus erat, in Chananæa monebat. ille eam monuit unde ait scriptura, Manus nostri est super omnes, qui quærunt eum in bonitate. Manus Dei equidem ad Deum ducit, & cito ducit, & recte ducit, maxime eos qui in bonitate Deum quærunt, scilicet propter se tantum. quia bonus est, Potissima enim ratio quærendi Deum bonitas eius est, quæ poscit amorem, quoniam bonitas ipsa amatrix est. Oremus igitur Deum fratres ut nos tempestiue ducat ad se, alioquin in uanum laborant ædificantes conscientiam uostram, prædicator & confessor, & quiuis alius. Sed infra punctum istum amplius enodabo. Nunc autem prætereundum non est qualiter Christi fragrantiam senserat, unde iuste canis uocari meruit, qui odore dominum suum sequitur & uenationem. Vnde hic communiter dicitur, quod Christus ad spiritualem uenationem egressus est, ego autem Chananæam canem uenantem uideo, quæ salutem attulit miseræ filiæ suæ. Qui uenantur multa pati solent huc & illuc discurrentes patriam & urbem relinquunt & aliquando lædūtur sicut & Chananæa quæ de Apostolo in Apostolum discurrens læsa est quia capitur a Christo. Tamen ab amore abcondito processit manifesta illa correctio, & ideo non læsiua sed irritatiua amplioris inquisitionis fuit, quia acrius solet uenator insequi feram quæ eum læsit Chananæa ergo uulnerata charitate a Christo nō ad mortem, sed potius ad uitam egreditur a finib. suis: quia Rebecca non haberet obuium uerum Isaac in agro mundi mūditantem, nisi a Mesopotamia egrederetur. Non est Chananæa ut rana q̄ nimis garrulat in fœtido lacu persistens. Væ hodie peccatoribus de quorum quolibet ait scriptura: Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua, & requieuit in fæcibus suis, nec trasfusus est de uase in uas, & in transmigrationē non abiit: idcirco permansit gustus eius in eo & odor eius non est immutatus. Moab interpretatur ex patre. s. diabolo patre peccatoris,

Dominus ducit quærentes se

Venatrix Chananea

Accidia malorū

Hier. 48.

catoris, fertilis inquam sed in malum: quia adulterinæ plantationes non dant radices altas, immo carent radice humilitatis. Fertilis ergo es, o peccator sed spinis & tribulis, & urticis innatis cordi & sensualitati tuæ ab adolescentia tua: & ideo additur, Requieuit in fœcibus suis. Fæx mundari debet per confessionem & purgari. Nō debes in eis ut hactenus requiescere, sed inquietus esse. Transfer te de uase in uas, de mala in bonam uitam. Fas conscientiæ tuę plenum est fæcibus peccatorum. Transfer ea a te, taliter quod iam gustare noles nisi amaritudinem pænitentiæ, qua purgantur peccata. Non sit odor tuus in te, non odor carnalis uitæ, sed quadragesimæ, sed Christi uenientis nunc, ut eas ad eū qui ait. In illo tempore scrutabor Hierusalem in lucernis, & uisitabo super uiros defixos in fæcibus suis, Nunc est scrutinium confessionis etiam in pacifica conscientia, in lucernis examinationum: ubi repetita examinatio notatur ad integram confessionem requisita ꝑ peccata singula, & mēses anni, & negotia tua alioquin uisitatio dura erit super uiros defixos in fæcibus suis. Tam misera est conditio peccatoris quod nullum vas, nec locus continens, dicitur defixum in fæcibus, sed fæces in eo esse defixos, præter tuam conscientiam, quæ sordibus pertinaciter inhęret, nam si non inhęret, nō peccas quamuis prauis habitibus captiuus uidearis. Caueas ne tibi contingat uti fit, quando uas a fæcibus antiquis volumus emundare, quia si mundari nequit, proiicimus illud in parietem ut ex toto frangatur: caueas tu ne Deus te proiiciat in infernum, dicens, Qui sordet sordescat adhuc.

Fertilitas malorum

Examinatio conscientiæ.

Egrediamur ergo cum Chananea & dicamus: Miserere mei fili Dauid filia mea male a dęmonio vexatur. Misericors fuit Dauid pater tuus, qui in sua misericordia consecutus est sedem regni, ideo tu fac similiter renouans misericordias Dauid fidelis. Quare, o mulier non dicis miserere filię meę sed mei? misercordiam petit & facit: quia suum reputat malum filię non solum

lum

lum ob nimiam charitatem quæ patiens est in patienti
bus, sed talis erat qualitas morbi quod plus matri ob-
esse uideretur cernenti quam filiæ ferenti: nam dæmo-
niaci dum aguntur a dæmone nil sentiunt etiam si spu
ment & quatiantur. Nam si quod patiuntur, intellige-
rent, statim exhalarent animam præ timore & pauore
ex quo amplius cruciabatur mater quam filia, quæ ab
eunte dæmone immemor erat malorum quamuis affli
cta mansisset. Mater autem & præsente dæmonio, & nõ
uexante filiam uexabatur. Ergo miserere mei fili Da-
uid expellentis dęmonem à Saul, quia filia mea malè à
dæmonio vexatur. Miserere mei expectatio gentium,
quia filius es Dauid à quo Messias descensurus dicitur.
Miserere mei, quia si filia mea moreretur, esset tolera-
bile malum, & gemens tacerem postquam semel defle-
rem eam: nunc autem quotidie planctus, quotidie ge-
mitus, dum eam uexari uideo ab inimico inuisibili, a
quo uindicare me nequeo: quia nulli iuri subiacet nisi
tuo, qui es fortior illo superueniens in eum. Irrue nunc
in fortem armarum, ad te appello rex & iudex uiuorũ
& mortuorum: quoniam angelos iudicabis. Si semel
obisset filia, delata esset ad fossam, nunc uerò sepulchrũ
eius apud me habeo. Media nocte, medio prandio, &
coram omnibus qui mihi condolent rapta vel deiecta
vexatur & insanit in me miseram matrem suam: dæmõ
per filiam torquet matrem, suam. miserere ergo mei fi
li Dauid. Regum & principum hæc mulier ut notat
Augustinus specimen est & prælatorum qui uident lu-
pum uenientem & fugiunt: at hæc stat pro filia apud
Deum deprecans ut salua fiat, Felix ille Dominus qui
plus sentiret vexationem subditi sui quam propriam:
nec.n.ob aliud sunt domini & reges, nisi ut quę nostra
sunt sentiant nobiscum, immo amplius quam ea quæ
ipsi patiuntur in corpore suo, quia ipsi non alliciuntur
ad peccandum sicut qui quotidianas uexationes sen-
tiunt. Nec sola Chananæa surget in iudicio contra ge-
nerationem contraria facientem, sed Paulus qui plus
subdi-

subditi malum quam proprium sentiebat: nam cum ipse in se uexabatur ait: Cum infirmor, tunc fortior sum. Si autem subditum uexatum suspicabatur, aiebat: Quis infirmatur & ego non infirmor? quis scandalizatur & ego non uror? Clamat Chananæa etiam ad nos per exemplum, ut quemadmodum illa fecit ita nos pro anima nostra soliciti faciamus. Sed sequitur in Euangelio: Non respondit ei uerbum. Nouum quidem ut uerbum non respondeat uerbum clamanti. Si clamanti non respondit uerbum, quid mirum quod nihil respondeat nobis qui tepide loquimur ei,
Gene.18. tamen in Christo fuit signum potentiæ quia tacuit. Qui tacet annuit, Sciens autem Chananæa ut diximus in salutatione, quod gratiam impetrandi pro peccatoribus habent sancti, & quod Deus omni loco parceret, si inuenisset in Sodomis quinquaginta iustos, imo si decem ibi inuenti fuissent, parceret dominus reliquis: unde nimis ponderandum esset quantum nos peccatores debemus uiris sanctis propter quos uiuimus. Chananæa ergo conuertit se ad Apostolos & discipulos Domini, ut pro ea intercedant: Sed Lutheranus dicet q̃ non illi sed illa obtinuit: quibus ut respondet q̃ ipsa nõ tantum instaret nisi quia se nouit ab eis adiutam, eosq; habens pro se ad finem usq; perdurat. Cessarunt illi propter Domini responsum, illa obtinuit quia plus ualet oratio feruens peccatoris quam tepidi iusti. Melior est canis uiuus leone mortuo. Apostoli tamen scientes uoluntatem domini sui, onus acceptant, nec erant ut serui curiales dominorum temporalium, qui repellunt petitiones & pauperes. Habent isti ianitores qui potius dici debent clausores, quia assistunt non ut aperiant, sed ut claudant afflictis ianuam, ignorantes quod etiam eis dicatur, Clausa est ianua paradisi uobis, qui eam minimis meis pauperibus clausistis. Iã ergo accedentes pro Chananææ discipuli ad Iesum, dixerunt rogantes eum non simulantes rogationem, sed uere simul quasi ex uno ore rogantes Christum dicunt

ei: Dimitte eam quia clamat post nos. Deuotionem exaggerant, quia clamat & sexum, quia eam dimitti postulant, & humilitatem, quia post nos nõ post Deos alienos, sed post amicos tuos uenit, ut ẽt multiplicatis intercessoribus obtineat ĩ pace dimitti. Sed ut perspicue oratio breuis Apostolorum pro Chananæa elucescat, aduerte ꝙ uidetur male composita, dum dicunt. Dimitte eam, nunquid Christus illam tenebat? nunquid carcere fecit includi ut solui debuisset? quid tibi & Christo mulier ut dimittat te qui hactenus nihil promisit nec locutus est? sed apostolicam orationem deuotius debemus intueri, quia ut amici norunt secreta Christi qui ꝓfunda Dei nota fecit illis. Vnde nouerant quod eam corde ligato funiculis charitatis trahebat ille de quo dicitur: Post se omnem hominem trahit. Nec mirum ꝙ cor eius trahat ille de quo scriptum est, cor regis in manu Dei, quocunque uoluerit uertet illud. Si cor regis Christus in manu habet, quanto plus fœminæ huius? Vertit certe illud ad cor suum Christus, cor ad cor, quia hæc est mulier de qua miratus Salomon ait: Mulierem fortem quis inueniet, procul & de ultimis finibus scilicet Tyri & Sidonis precisum eius, confidit in ea cor uiri sui, scilicet Christi, qui sponsauerat eam sibi in fide. Confidebat in ea quòd etiam repulsa non recederet. Confidebat in ea quod christianam fidem prædicaret dum uiueret. Vnde notat quòd secrete Christus per gratiam suam Chananæam trahebat. Et ideo dicunt, Dimitte eam. q. d. uel ne facias ab intus inspirando eam clamare, uel da quo peti facis. Tu ergo qui ad te eam trahis clamantem post nos, eam dimitte ne crucietur, quia spes quæ differtur affligit animam. Sicut secrete dat aquam fluminibus mare & eam recipit publice, sic Christus abscondito dat Chananææ gratiam ut clamaret publice ad se, quia ad locũ unde exeunt flumina reuertuntur. Dicamus ergo & nos Christo: Trahe me post te, in odorem curremus unguentorum. A misericordia Christi odor exibat beni-

Deus nos facit orare.

Iob 28

Prou. 31

Secreta orationis donum.

gnitatis

gnitatis & omnipotentiæ qui eam attraxit. Respondēs autem discipulis Christus ait. Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Hic uocatur extranea mulier nec inter oues Israel computata ad quas Christus principaliter uenit. Vbi aduerte q̃ pater æternus misit filium suum pastorem ouium domus Israel. Cui paucæ uisæ sunt illæ oues. Et quia in paucitate plebis est ignominia principis, non erat cum illis contentus, tamen pater hoc uidens adiecit: Postula a me, & dabo tibi gentes hæ. &c. Ad eos autem pater sic ait: Lætamini gentes cum plebe eius. Ipsum gentes deprecabuntur. Denique ipse fuit missus ad oues Israeliticas, & oues gentium: deinde missæ sunt ad eum per patrem trahentem eos ad Christum suum, qui eos uidens ad se uenire aiebat. Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, &c. Ergo cum Christus dixerit, non sum missus nisi ad oues Israel. Chananæa dicat: Et nos missi sumus ad te, quia ex quo natus es in Bethleem, Magi ab oriente uenerunt ad te ducti per patrem tuum, signo cœlitus misso. Hanc ergo responsionem & Chananęa in corde suo sentiebat & Christus admittebat, nam dicens, non sum missus, &c. detinuit se in uia dominus Iesus, ut locum daret Chananææ accedendi propinquius quod clare patet: quia statim sequitur in Euange. At illa uenit & adorauit eum di. Domine adiuua me. Nec opus erat detineri si in negatione persistere uoluisset, quia hoc dicere poterat ambulando: tamen impleta est scriptura quæ dicit: Expectat dominus ut misereatur nostri. Tamen hanc tertiam petitionem attende quæ dicit: Domine adiuua me. Hæc est oratio quam Hester fudit ad dominum dicens, in afflictione posita, Domine mi qui solus rex noster ex, adiuua me solitariam quia præter te non est auxiliator, periculum meum in manibus meis est. Huic ait dominus, Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. Et est sensus: Dum filijs Iudæis miraculorum opera tribuo eos curando, non admitto gētiles, sed postea de reliquo

Psal. 2

Hester.

Cur dicitur canis Chananæa.

pro

pro uidentur etiam canes,quia etiam illi sunt de familia mea, ideo alius Euangelista conformiter ait : Sine prius mulier saturari filios. Hoc non negat mulier, nec indignata recepit,immo pro se dictum putauit, & ideo ex hoc intulit concesso quod Christus antea negabat, ut sic eum argumentis uinceret, ut altera sapiens Tecuites Dauid:unde ideo ait:Etiam domine,concedo domine,nam & catelli edunt de micis,quæ cadunt de mẽsa dominorum suorum, quia solum est tempus dandi panem canibus post prandium dominorum & filiorũ, sed attende domine,quòd dum illi prandent,solent catelli colligere micas quæ manus euadunt comedentium,licet non eis detur principaliter panis. Sic ergo domine quamuis nunc principaliter Iudæos filios tuos cibes, da canibus gentilitatis aliquam micam misericordiæ tuæ,& operationem alicuius parui miraculi. Cum Christo Chananæa responderet, etiam domine, nam & catelli, &c. Ipse egregiè exclamans adiecit: O mulier magna est fides tua. Exclamatio Christi excitat nos ad inquirendum responsionis Chananææ profunditatem,& secundo ad scrutandum rationem qua confirmauit dictum Christi. Concessit ergo Chananæa ꝙ non erat bonum sumere panem filiorum,& mittere canibus,dicens:Etiam domine,ac si dicat, ita est domine, fateor domine.In hoc intellexit Chananæa,quòd Christus uocabat eos canes qui mordebãt filios Israel, quoniam illæ gentes habebant eos exosos quia tulerãt terram eorum & expulerant eos. Sic & Samaritani oderant iniuste filios Israel,quos ideo Christus uocat oues iustificans eos. Nam & Samaritanæ dixit, ut auerteret odium eius, Salus ex Iudæis est. Cum ergo nullus posset obtinere aliquid a Deo,eius seruos odiendo, necesse fuit quòd hæc mulier sciret filios Israel oues esse & non lupos, & ideo non odio sed protectione dignos,ad quam protectionem excitat Chananæam Christus,dum eam canem uocat: non propter opprobrium sed propter officium. Noluit eam inhonorare sed mo-

nere

nere: nam ratione protectionis impensæ. Apostoli etiā uocantur canes, dicente Iob in persona Christi: Derident me iuniores tempore quorum dædignabar portionem ponere cum canibus gregis mei, id est, cum Apostolis, qui gregem Ecclesiæ custodiunt. Hoc intellexerat Chananæa dum respondit: Etiam domine, fateor domine, quæ & persensit se canem à Christo uocari. unde ob id sibi canis priuilegia ascripsit, sciens quia bona sunt uulnera diligentis Christi, qui ut eam corriperet ab odio, quo Iudęos oderant Chananæi, hoc ei dixerat. Sunt ergo priuilegia canis quæ sibi Chananæa uendicat.

Primo, quia inter animalia nullum familiarius nec importunius quærit cibum, quam canis, nam instat usque dum à manu pueri eum rapiat, quòd nunc fecit Chananæa rapiens Christum à Iudæis. Item comparatur cani propter similitudinem orationis, quia suspensus astat, mensæ sicut animus orantis Deo suspenditur. Item quia canis lupū arcere nouit, & Chananęa dæmonem a filia sua. Item canis si fuste cæsus eiiciatur per vnam quidem ianuam. statim ad domum per aliā reuertitur gannire non cessans donec admittatur, sic ista mulier cæsa uerbis Christi & emissa in responsione quàm dedit Apostolis, adhuc reuertitur ad Christum: quoniam de ipsa dicitur, At illa uenit & adorauit eum. Sed scrutemur confirmationem eius qua dixit: Nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Et ad Christus motus est ad exclamandum, quia non parua ibi latent mysteria. Nam primo fatetur Iudæos non solum esse oues Dei sed filios Dei, ideoque terræ dominos, quoniam scriptum est: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Propter mitiratem uocauit eos Christus oues, & propter dationē Dei ad eos de terra promissionis, uocat eos Chananęa dominos, scilicet terræ, quia scriptum est. Cœlum cœli domino, terram autem dedit filijs hominum Hic nota quòd etiam iure cœli, Christiani sunt domini totius

mundi: quia eis dicitur. Eũtes in mũdũ vniuersum prædi .&c. Ergo ite quia omnis locus quem calcauerit pes vester, erit vester. Eritisque domini mundi: sicut Iudæi erant domini terrę promissionis. Isti domini habẽt vnã mensam, scilicet sacram scripturã qua Dauid gloriabatur dicens: Parasti in conspectu meo mensam aduersus omnes qui tribulãt me. Cibo forti roborantur milites quoniam arma protegunt à foris & non multũ: fortitudo aũt protegit ab intus supra modũ. fortitudo autem dominorum diuina est, ex cibo cœlesti proueniẽs ab intus, ut panis cor hominis confirmet. Hic panis est cęlestis promissio tota dominis Iudæis data & facta. Ipsi vt perfecti comedant cortices huius panis, quia solidiorẽ actionem habent ad illum: gentes autem omnino (& si sint canes) ab hoc pane non sunt alienæ, quia canes ad familiam tuam pertinent da eis micas, id est, parua miracula saltem, aut aliquam paruam & tenuem communicationem tui: nam quod ego peto est minus cunctis miserationibus tuis. Item scio in hac mensa dominorum esse iustitiam sua unicuique conferentem, & esse misericordiam miseris non denegandam, mihi autẽ dabis misericordiæ micas: quia nullam habeo rationẽ iustitiæ. Tertio autem in hac mensa est cortex, id est, literalis sensus austerus, & mica, id est, intelligentia spiritualis, de qua Iudæi non curant, sed tanquam paruam eam sinunt cadere, mihi autem sufficit. quia si literaliter illi habent terram promissionis late & melle refertam tu Iesu mihi sufficis deitate & humanitate plenissime. Si illi habent literaliter oues ad sacrificia, tu Iesu agne Dei mihi sufficis ad gratiã: nã ex illa litera exopto hanc spiritualis intelligentiæ micam ut medulla tritici pascar scrutando scripturas, quę intus perhibent testimoniũ tibi. Hoc percipiens Iesus, exclamauit dicẽs: O mulier magna est fides tua. si inspexisti: primo hæc mulier uocata ẽ hœdus, & ideo nõ de ouibus Israel, sed de hœdis statuẽdis a sinistris. Scd'o canis dicitur. Tertio se catellã ipsa uocauit quod & si in ea sit humilitatis, in

Cibus minimum Dei.

Christo est austeriatis. Si ei domine nihil dare uolebas, cur eam increpasti? De diuite epulone legitur hoc Lazaro fecisse etiam quotidie stanti ad ianuã eius, sed non respondebat ei uerbum. Multiplex est diuinum genus. Primum nolentium dare, sed bonis uerbis quomodo possunt satisfacere conantur. Secundum, non respõdit pauperi. Tertium, dat petitum solum. Quartum dat amplius q̃ petatur. Quintum, pessime carpit religiosos & pauperes, eos importunos uocans. Videtur nunc ꝙ Christus deterioribus adiungatur dum Chananæam carpit, sed ubi sunt misericordiæ tuæ antiquæ domine, qui pluis super iustos & iniustos? nunquid defecerunt miserationes eius? Si anxie domine clamanti nõ petita uis dare, qui deinceps sperabit in te? Si cor contritum & humiliatũ quod dicitur tibi sacrificium, non recipis, quid amplius quęris? Orat mulier, obsecrat, & deflet casum suum, & amator hominum non respondit. Noua res, sermo tacet, uerbũ siliret, fons patens clauditur, medicus & ad hoc egressus mederi non uult. Qui recẽtius Domine Iesu? alios instando prouocas ut sequatur, & hanc miseram insequentem abigis. Alios etiam tacentes audis & illam clamantem & clamãtes pro se apostolos spernis? unus Euangelista dicit quod post apostolos clamauit, alius ꝙ ante eos, & utrumq; uerũ est, nã in tãto dolore cõstituta, prius post tergũ, & cùm uidisset nõ exaudiri, in antę cucurrit, & respondetur, ꝙ non est bonum sumere panem filiorum & mittere canibus. Exemplis certemus, quare domine non loqueris Chananææ, est ne excommunicata? & si est, non est tibi potestas ligandi atq; soluendi. Si audis, cur nõ petita tribuis, nonne adulteram accusatã alloquutus es, & eã tacentẽ liberasti? Mariam Magdalenam tacentem à peccato mundasti, eam sæpe defendisti, languidũ in piscina ad salutẽ inuitasti, inimicũ & cõtra te armatũ Saulũ illuminasti, Longinũ te transfigentẽ, lumẽ cęli uidere fecisti, & matrẽ tuam matrẽ misericordiæ uocari decreuisti ubi tu ipse pura misericordia diceris. Imò teneris ad miserẽdũ

Quintuplex genus diuitum.

Misericordia Christi

& liberandum filiam Chananææ, quia scriptum est, ꝙ uerbum Dei prosperabitur & faciet omne ad quod pater misit illud. Et tu ipse dixisti, ꝙ non misit pater filiũ suum in mundum, ut iudicet, sed ut saluetur mundus per ipsum. Ergo salua hanc, quamuis sit de mundo, nec nunc iudicio contendas. Hanc misericordiæ conuersionem quilibet quotidie facere debuisset in oratione sua dum crebras ad Deum mittit preces ut ei misereatur, sed in responsione eius multa notanda ueniũt. Primò, ꝙ non omnibus omnia conueniunt, nec uniformiter semper operatur Deus, sed diuersimode se habet: nam pictor nec eodem colore, nec eodem modo facit picturam. Sol autem idem permanens & immutabilis in seipso, diuersa operatur cum diuersis. Deus qui cuncta nouit, scit quid unicuique expediat, nam aliqui sunt qui si non inuitarentur, minime clamarẽt. Alius statim exaudit, quia alias cessarent, imò & murmurarent, si petitis non fuerint saturati. Alios non audit, uel qua male petant, uel quia non audit eos, quorum opera ad se surda uidet. Nam quid prodest, dicere, Domine, Domine, & non intrare in regnum cælorum? Parum proderit dicere Domine in corde, & Domine in ore, nisi hoc dicas in opere, cui magis credẽdum est. Multos ergo etiã impræsentiarum Deus non audit, quibus ait: Amen dico uobis, quia uocaui ego & renuisti, nunc nescio uos, nunc clausa est ianua donorũ. Sed ego arbitror quòd cum deterioribus Deus ampliorem operatur misericordiam in hoc mundo: ut patet in Iuda quem sæpe uocauit. Sic etiam oportet: non enim est opus beneualentibus medico, sed male habentibus. Nunc ut ad nostrã Chananæam, super quã orta est tempestas redeamus, nota cum Abulense quòd si noluit statim postulata cõcedere, non processit ex indignatione, quia si sic eam postea non laudaret, nec eius commendaret importunitatem, sed distulit. Primò, ut non daret murmurandi occasionem Iudæis de illo, si eius gẽtiles alienos a lege Dei æquaret communicando & miracula faciendo in-

Differẽtia orantium

Cur distulit mulieri.

ter eos. unde quia hoc uelut inuicte fecit Christus, nõ uidetur contraire illi pręcepto, In uiã gentium ne abieritis. Et ideo ipse se occultauit illuc pergens. Secundo, distulit ut ostendat necessarias esse preces sanctorum, nam si statim daret nõ orarent pro ea. Item distulit, ut non discamus pulsare precibus & instare, ait enim. Primo petite secũdo, quærite quod magis est. Tertiò pulsate quod amplius est Vtile est homini tardius exaudiri, quia crescit spes roboratur charitas: actuatur fides, cumulantur merita, unde ait Grego. ꝙ desideria, si uera sunt, dilatione crescunt, Hanc exaudire distulit ut eius uirtus manifestaretur & vbiq. prædicaretur, uoluit. n. Christus huius sanctitatis thesaurum aperire præcipuę patientiæ, quæ opus perfectũ habet, de qua dicitur. Patientia linientur princeps. s. Christus ut misereatur. Itidem non eam uoluit statim audire nisi Apost. intercedentibus, insignũ quod per eos erat gentilitas conuertẽda: Item ut interea eam faceret ouem domus Israel, qui ẽt contra Deum fortis fuit, sed magis Chananæa, q̃ ex idolatra fit Euangelica Christum uincens. Itẽ hanc audire distulit quæ typũ tenebat peccatorũ, quos Deus non audit nisi exẽplo Chananææ, nõ solũ a peccato sed ab occasionibus quæ sunt fines eius, egrediantur, alioquin longe a peccatoribus salus, Hanc demum exaudire distulit ut ei plura conferret, sicut dum petis a rege chirothecas, & ipse negant eas, dat arcum. Iterũ eas petitas negans, dat equũ quo insedit, & sic de aliis quę possidet, & ultimo pulsatus precibus easdem tribuit. sic dũ hęc peteret a Christo fletu quoddã donũ negat ipse primo, sed ei dedit adiutoriũ apostolicum, & secundo: pulsatus ab eis dedit ei patientiam: & dum iterũ pulsatur ab ea, dedit ei humilitatem, qua se cõpareat catello qui in utilis est domui: & ultra dedit prudentiam ei, qua concluderet contra Christum, ꝙ eius deberet misereri: de quo miratus ait, O mulier magna est fides tua. O magna mulier quia nunc es secundũ nomen tuũ molliens fierum Christum? Maior est fides tua quàm Centurionis &

nis & Marthæ imo quã fides Apoſtolorum quia ipſius deſiſtentibus ceſſare noluiſti, & ideo magna fides tua obtinuit quod ipſis negatum eſt, Magna fides tua magna obtinuit dona Fides equidem uas eſt, quo reportã tur obtenta. O mulier ſi contra Deum fortis fuiſti, contra homines etiamq; contra dæmonem filiam tuam uexantem magis prævalebis: omnia enim tibi poſſibilia ſunt credenti. Fides Chananææ eſt ſicut Mariæ in Chana Galilææ, ubi Chriſto reſpondente, Nondum uenit hora mea, mater eius de non hora fecit horam: & nunc Chananæa de non, fecit ita: de negatione affirmatione. Sed nunc alia ſuboritur quęſtio, cur domine in laude huius mulieris defeciſti? cur cęteras eius uirtutes ſiluiſti? dic ei domine: O mulier magna eſt charitas tua, dũ malum filiæ tuũ reputas: magna eſt ſpes tua, dũ tantũ donum ſperas, non cõ fuſa, quia ſpes non cõfundit. Magna iuſtitia dum celeſtem iudicẽ qui ſolũ pręualet contra dæmones, appellas: & filiis dãs locũ te recognoſcis. Magna prudentia, dum Apoſtolos pro te ingeris, & ex dictis meis infers, quod uis. Magna perſeuerantia, quæ ad fidem uſq; perſiſtit. Magna ſapiẽtia in reſponſis, magna quidem uirtus non turbari alienis laudibus Iudęorum, & propriam diſſimulare iniuriam. canis uocata. Magna ſcientia tua, quę uerum medicũ filium Dauid promiſſum intelligis: Et denique magna humilitas, dũ omnia ſuffert. genua flectit, inſtat domi, & ad uias uſq; & fines percurrit & magna oratio qua Deum adorauit clamans. De ſola fide hanc Chriſtus laudat: primo, in confuſionem Iudęorum nolentiũ credere, ſic in Iſrael, & hęc extra credit. Secundo, quia ſola fides ad propoſitum facit, nam ad miracula ſola fides requiritur: unde ſolum arguitur maior fides in faciente miracula, non maior charitas quia mali poſſunt miracula facere, & in nomine Chriſti eiiceret dæmonia quia omnia poſſibilia ſunt credenti etiã male. Tertio de fide laudatur quia hanc Chriſtus nitebatur introducere inter prędicandũ ſicut ſpiritusſanctus poſtea per ignẽ ueniens uoluit ac-

Virtutes Chananęæ

Extollitur fides.

cendere charitatem. Quarto, quia a fide cætera processerunt, ut à fundamento itaq; nō uiso Christo credidit, & nullo antea uiso miraculo, credidit nunc factum in filia, quæ in eius absentia sanatur uerbo Christi dicentis. Fiat tibi sicut uis. Hæc uerba parua numero: immensa, & innumerabil a sūt uirtute: unde aduerte ꝙ ut plurimū qui petit, pronunciare non audet tot in ore quot habet in corde, nec eo modo nec eis circūstantiis: & sic fit ꝙ amplius petat cor q̃ os, plus uolūtas quam lingua

Voluntas plus petit quàm os.

Hoc patet in Chananæa explicare non audens petita, sed simul ait: Filia mea male à dæmonio uexatur. nō ait expelle illud, restitue eam pristino uigori, sana eius corpus & animā cito, taliter ꝙ dæmoniū nunquam redeat & infirmitas quam induxit abeat, nilq; sui uestigiū uideam. Hæc non explicat tamen, nec dubium quin optauerit, quin desiderio & corde uersata sit. Ne tamen uideatur importuna solū explicat principale per linguā, cæterum aūt in uoluntate reseruat, & corde: tamen ille cui omne cor patet, cui omnis uoluntas loquitur, quē nullum latet secretum, nō ad explicatum, sed ad uolitum & desideratum respondit dicens: Fiat tibi sicut uis. Voluntas tua sit mensura petitionum non lingua, quæ præcise loquitur. Nec mirum ꝙ uoluntati respondeat qui potius uoluntatē, quam uerba audit & respicit, unde uoluntatem timentium se faciet primo & deinde deprecationes eorum exaudit. Sanata deniq; est filia eius ex illa hora qua Christus, fecit matrem curatricē filiæ, dans ei uices suas: sed tanta est Chananææ fides ꝙ hoc non inquirit sicut inquisiuit Regulus qua hora melius se habuisset filius eius ut crederet ipse & domus eius tota. Rediens ergo Chananæa inuenit filiā sensatā, cui narrat qualiter liberata sit, & qualiter Christus ei dedit potestatē cōtra inimicū, ne amplius timeat illū. Sed amarēt & adorarēt Christū Iesum q earū misertus est, & pdicarēt fidē eius qui descēdit in Tyrū & Sidonē, ut eas à dæmonio liberatas, hic per gratiam consolaretur, & in futuro per æternam gloriam ad quam, &c.

Sextæ

Sextæ feriæ primæ dominicæ quadragesimæ, Euangelium.

IN illo tempope: Erat dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam. Est &c.

Allegoricus Sermo. XXV.

THEMA

Vis sanus fieri Ioan. 5.

Inuocatio ad Virginem.

VT ait Sapiens: non est sensus super salutem corporis: nã oportet quod sanum sit corpus ut frui possit diuitiarum fulcimento, aliquin minime delectabitur infirmus uoluptatum copia, nisi interueniente salute, quæ non minus animæ necessaria est: nam sicut corpus diuitiæ non afficiunt absque salute. sic nec animã afficiunt dona. nec uerbum Dei absque gratia: unde aduerte quod salus stat in proportione æqualitatis quatuor humorum, scilicet flegmatis, choleræ, sanguinis, & melancholiæ. Horum æqualitas non est põderis sed iustitiæ: nam æqualitas hæc tanta debet esse ut temperet quatuor primas hominis qualitates, scilicet siccitatem, humilitatem, frigiditatem, & caliditatem: quatuor igitur humores conciliare debent quatuor qualitates ut sanitas oriatur quæ conciliatio stat in proportione æqualitatis, non ponderis sed iustitiæ. Et sic animæ salus stat in proportione quatuor passionum cordis quæ sunt tristitia & gaudium, timor & spes quæ debent conciliari iuxta æqualitatem quatuor uirtutum cardinalium: quæ sunt fortitudo & temperantia, iustitia & prudentia harum æqualitas est gratia Dei, quæ etiam charitatem ordinat: hæc ergo salutis conciliatio est in Mari- Salus in quo stat.

ria uelut in apotheca redundanti:& in eius oratione sa lus nostra est nam si ad orationẽ Abrahæ sanauit Deus Abimelch, quanto cit us sanabit animas nostras ad orationem illius, quæ toti mundo peperit salutem? manus nostræ sanguine plenæ etiam si ad orãdum eleuentur, hanc nõ poterunt obtinere nisi ad manum fęminæ eleuandam nos conferamus, ei offerentes, Aue Maria gratia plena Dominus tecum &c

Argumentum dicendorum.

Salus Christus. IN historia præsentis Euangelii ostenditur quomodo redemptor noster operatus est secundum nomẽ suũ nam Iesus interpretatur salus, & hodie operatus est salutem in homine iam diu languenti, qui plurimum sanari cupiebat, & ei salus aduenit lætabunda: sicut infortuniũ q̃do subito uenit infelicitus est, sic salus dinoscitur esse felicior quãdo inopinatè uenit, q̃a ideo scriptũ est: Mirabuntur in subitatione insperatæ salutis. Sed lãguidus iste mirari nõ debuit q.d.n. mirũ est ꝙ tempore adueniat salus, nã Christo dicitur. Nõ retineas uerbum in tꝑe salutis. Hæc ait pater filio qui se uerbũ salutis ad nos missum non debuit retinere, sed offerre se ultro infirmis, qđ maxime facit in Euangelio p̃senti dicens. Vis sanus fieri? In sermone agam primo de piscina crucis: secũdo aũt de piscina pœnitentiæ, ut citat sanctus Thomas super Iohannem secundum Chrysostomũ quinq; porticus piscinæ, sunt quinque uulnera saluatoris, ideo de eis aliquid dicam. Et quia, ut affert Nicol. de Lyra, multi arbitrantur ex ligno, quo crux fuit formata, piscinæ prouenisse uirtutem, oportet aliquid ex ea tangere Hierosolyma interpretatur uisio pacis & est ipsa crux redẽptoris nostri, q̃ ideo figuratur in arcu cœli, de quo Dominus ait. Arcu meũ ponã in nubibus cœli, & erit signũ fœderis mei inter me & terrã. In nubibus cœli dicitur crux posita propter ꝙ obnubilari fecit totum cœlu, ac luminaria eius, quoniã eleuata cruce inter cœlũ & terrã tenebræ fiunt. Mirũ aũt uidetur qđ crux, in arcu cœli figurari queat, quoniam arcus est q̃d naturale,

Eccle.4. Sap.5. Diuisio. Pars .1.

Crux autem Redemptoris contra naturam ei cõuenit, ideoque ac ſi uim pateretur tota machina mundi rremuit eleuata cruce Sed aduerte ꝙ in hoc uoluit Chriſtus innuere quantam difficultatem intulit ei pax noſtra, quæ non fuit ei facile acquiſibilis. nam propter eã multo labore, ſudatum eſt, quem ſudorem madidus arcus ſignificat item arcus per impoſitionem Dei ſignificat ceſſationem diluuii crux autem ipſum diluuiũ cauſauit etiam ſanguinem quia in ea exiuit à cœlo humanitatis ſanguis & aqua hic aduerte ꝙ ſi crux diluuium impedit, intelligitur circa nos & non circa Chriſtum quem totaliter inundauit, ut nos paſſionis inundatione ſeruaret quapropter dum Chriſtus ſtaret in cruce pro omnibus orauit in medius inter cœlum, & terram pacificans per ſanguinem ſuum quæ in cœlis ſunt, & q̃ in terris ſunt, & ideo ut oſtenderet iam iſta duo ſuis meritis eſſe pacifica, cœlum paradiſi promiſit latroni iungit diſtantiora quod eſt proprium maxime pacis hoc autem in calce huius Euangelii clarius patebit, ſi tamẽ ab hoc exordio eius incipias dicente. Erat dies feſtus Iudæorum, & aſcendit Ieſus Hieroſolymam in tempore quando Dominus Ieſus crucem aſcendit, erat dies feſtus Iudæorum. Tamen ſunt quidam ueri Iudæi, & quidam mendaces de Synagoga Sathanæ, utriſque tunc erat dies feſtus Veri Iudæi ſunt membra leonis de tribu Iuda, ſcilicet redemptoris Ieſu, quibus paſcha immolatus eſt Chriſtus, teſte Apoſtolo quia reliquiæ cogitationis paſſionis eius diem feſtum agere ſibi non ceſſant. Mendaces Iudæi dicuntur ſemen Chanaan & non Iudæ figurati in illis ſenſibus, qui aduerſum innocentem Suſannam ferant falſum teſtimoniũ iſti diem feſtum putabant crucifixionem Chriſti, qua eorum militia ſatiata quieſceret cum tamen eis Deus dicat, Sabbata ueſtra odiuit anima mea. Ne igitur mireris ſi dies feſtus dicatur, ille quo Dominus crucifixus eſt, cum caliginoſus ac turbidus fuerit & labore peccatorũ ac triſtitia plenus quia illo die emerut ſancti diem

gloriæ. & impii emerunt inferni diem malum, tamen Dominus Iesus omnibus pacem cupiens, dicebat: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Sed aduerte quod merito dicitur Iesus ascendisse crucem: quia per eam datum est ei nomen super omne nomen. Sed plus ascendit crux ad Iesum, quam Iesus ad crucem. nam in passione Christi crux ita ascendit ut deificaretur Christi formis ac Deiformis facta: quoniam si hoc ita non esset minime adoraretur adoratione diuina & cultu deifico: tantum ergo ascendit quod naturam propriam uidetur negasse, quia crux iam minime cruciat, dicente Paulo, Absit mihi gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Ecce quomodo iam non præstat cruciatum sed gloriam, estque uisio pacis etiam æternæ. Sed qualis fuit in illo tempore uideamus, nam sequitur in Euange. Est autem Hierosolymis probatica piscina, quæ cognominatur Hebraice Bethsaida, quinque porticus habens utinam diceretur nobis illud Cant. 7. Oculi tui sicut piscinæ in Hæsebon, quod interpretatur numerus nam de passione sua Christus ait in Psal. 21. Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Vtinam ergo oculi tui Christianæ, essent sicut oculi Christi orantis in cruce pro te clamore ualido & lachrymis quibus plena erat piscina ista corporis sui, Piscina attulit gloriam Hierosolymæ, & Christi humanitas quæ est piscina nostra maximam gloriam attulit cruci. Non immerito piscina hæc duplici nomine designatur. s. Græco, dum dicitur probatica, & Hebraico, dum dicitur Bethsaida: quia in Christi corpore mystico secundum Apost. non est distinctio Iudæi & Græci, quoniam fecit utraque unum: unde totum hoc Euange. ad pacem tendit, ideoq; probatica interpretatur ouina, & Bethsaida locus erat in quo pluuiales aquæ congregabantur. In Christi humanitate sunt aquę & oues, quia Ecclesia eius ouina est, & ouis unica sibi, ascendens de lauachro gratiarum eius. Aqua pluuialis sine mensura est, atque ex immenso cæ-

[Margin: Ascendit crucem.]

[Margin: Piscina e humanitas Christi.]

lo confluit, quoniam ex deitate confluit in Christum infinita gratia, nobis abluendis sigillatim condonanda. Aqua ista non solum ualet ad emundationem, sed ad potationem di. 'esu. Qui sitit, ueniat ad me & bibat. & ualet etiam ad nauigationem ideoque addidit. Fiet in eo fons salientis in uitam æternam. Ecce quomodo natantes in piscina ista perueniunt ad portum gloriæ. Ad tria igitur ualet hæc piscina. s. ad ablutionem peccati, & ad potationem gratiæ & ad fruitionem gloriæ: ideoque tria uersabantur circa piscinam. s. infirmi, qui peccatorum figuram tenent, & oues Deo sacrificandæ quę figuram iustorum agunt, & angelus descendẽs, qui beatos iam gloria fruentes præ se fert quæ tria tribus uerbis tetigit Christus dum dixit: Si quis sitit, scilicet iustitiam pœnitentiæ, ueniat ad me. Postquam uero iustificabitur, bibat s. gratiam, postquam peruenit ad gloriam, quia gratia ipsa perdurans fiet in eo fons salientis in uitam æternam. Sed quoniam pluuiam tempestas & turbo, ac uentus præcedunt, ideo prius amara & postea dulcis piscina ista consideranda est, nec enim gratis emit Christus, quod gratis nobis dedit. Vnde aduerte, quod in sacra pagina tribulationes ac passiones uocantur aquæ, iuxta illud: Intrauerunt aquæ usque ad animam meam: harum quidem aquarum plena erat Christi humanitas uelut piscina inundans, attamen sicut duplex est aqua. s. pluuialis & terrena: sic duplex est tribulatio. Prima proueniens à terra propter demerita nostra. Altera uero à cœlo descendit diuinitus immissa propter dispositionem Dei. Piscina de qua loquimur, plena est aqua pluuiali, quoniam Christi passio cœlitus ordinatur, nam ei data fuit desuper: unde ait patri suo, Omnes fluctus tuos induxisti super me tuos inquit non meos, quia congregata sunt super me flagella, & ignoraui. s. causam. Propterea igitur hæc piscina uocatur bethsaida. i. locus aquarum pluuialium, maxime earum quæ a tectis fluebant templi, quoniam Christi passio fuit sacra, & a templo cœlesti destinata, & a templo

Aqua piscinæ.

Aqua tribulatio.

Passio Christi vim cõtulit sacrificiis.

plo non huius creationis a templo non manu facto, à templo Deo causate, qui non pepercit unigenito suo propter me ideoque ouina dicebatur probatica piscina quia illum figurabat, qui sicut ouis ad occisionem ductus est. In hac piscina offerenda sacrificia lauabantur, quoniam ex ui passionis Christi oblationes legis reddebantur mundæ sicut enim omnes oratio quæ Deum non quærit, immundas ad Deum mittit preces, sic legalis oblatio, quæ Christum non intendebat, reddebatur immunda, quapropter opus erat, ut ad Christum ordinaretur, quoniam Diuus Paulus ait, Finis legis est Christus, sicut ergo inane est medium quod fini non deseruit, sic immundum erat sacrificium quod Christum finem suum non intendebat, qui erat uelut anima legis antiquæ. Vnde sicut sacramenta Ecclesiæ uim suam habent ex passione Christi exhibita, sic sacrificia ueteris legis captabant suam acceptationem ab eadem passione Christi promissa. Hæc ergo piscina humanitatis quinque porticus habet, quoniam per uulnera quinque patet ad Christum accessus. Et in porticibus istis aut in unoquoque eorum est locus spatiosus ad manendum quoniam & domos uocat eos Dauid sanctus dicens. Ponite corda uestra in uirtute eius, & distribuite domos eius ut enarretis in progenie altera, quoniam hic est Deus noster in æternum. Virtus Iesu est primus porticus uulneris lateralis ibi corda nostra iubentur poni, corda cordi sociari.

Porticus [illegible]

O ergo peccatores ponite corda uestra in uirtute cordiali Christi quia ibi est eius uirtus ad sanandum etiam a plaga infidelitatis eos qui, ut Thomas, capiunt manum operum mittere ad cor pro nobis perforatum cæteras domos in manibus & pedibus sitas distribuite per sensus uestros: nam quinque uulnera Christi ad quinque sensus nostros aptari debent. Si autem ut uilibs istis commorari contingat, enarrare poteritis in progenie altera Christi mirabilia eius. Nam duas

Passer inuenit sibi domũ, & turtur, &c.

duas habet Christus progenies diuinam & humanam, per alteram uenitur ad alteram per humanitatem ad diuinitatem : nam dum uisibiliter Deum cognoscimus per hunc in inuisibilium amorem rapimur. Ideoque sequitur in authoritate proxime adducta, quoniam hic, scilicet in hoc loco est Deus noster in æternum. Visa ergo piscina & porticibus eius, audi quod sequitur in his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, & aridorum, expectantium motum aquæ, hæc multitudo saluandorum est, illa uidelicet de qua dicitur: Immolabit eum multitudo filiorum Israel. Multitudo sanctorum, multitudo patrum circundat Christum . Hæc tamen triphariam diuiditur, quidam sunt cæci uidelicet a uisione diuina utpote patres lymbi. Claudi uerò erant in purgatorio existentes quoniam si ex altera parte habent certitudinem gloriæ, in altera pœnam patiuntur. Aridi a gratia erant, qui tunc temporis in synagoga habitabant. ut pote quæ gratiam non præstabat: aut cæci suut qui nesciunr bonum facere, claudi sunt, qui nolunt, aridi uerò sunt qui non possunt, quia gratiæ unctione carent. Omnes isti motum aquæ expectabant, sed nonne aqua semper mouetur? Aer semper est iuxta aquam ut eam moueat : & sic spirtus sanctus semper erat in Christo, ut eius gratia moueretur ad nos quoniam scriptum est. Flabit spiritus eius, & fluent aquæ. Sed quidam signatus motus expectabatur in Christo ut eius aqua flueret, motus ille expectabatur promissus, de quo dicitur, Vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit sanguis & aqua, de qua alibi dicitur. Vidi aquam egredientem de templo, à latere dextro & omnes ad quos peruenit aqua ista salui facti sunt. merito expectatur aqua tam salutaris, sed moueri non debuit nisi eo modo, de quo sequitur in Euangelio. Angelus autem domini secundũ tempus descendebat in piscinam, & mouebatur aqua, angelus domini est clementia Saluatoris, q̃ secundum

aqua lateris Christi mouetur.

tem-

tempus a prophetis assignatum descendit ad seipsum, ita ut moueretur aqua lateris perforati, mirum quidē quod tempore siccitatis, quando aruit tanquam testa uirtus eius in cruce, adhuc aqua moueatur pro refrigerio nostro, quando ei defuit calix aquæ frigidæ, mouetur inquam ad salutem nostram, de qua sequitur. Et q̃ prior descendisset in piscinam post motionem aquæ, sanus fiebat a quacunque detinebatur infirmitate, prior iste fuit Longinus fere cæcus, qui cum aqua lateris descendisset per lanceam suam attingit manum suam, & cum manu tincta fricauit casu oculos suos & statim totaliter sanus fit. de altero autem infirmo sequitur. Erat autem quidam homo ibi triginta & octo annos habēs in infirmitate sua. Hic homo figuram tenet boni latronis, qui iuxta Christum est crucifixus, nam habuit triginta & octo annos in infirmitate peccati sui, ubi nota quòd, ut ait Anselmus, quando beata Maria & Ioseph fugerunt in Aegyptum cum infante Iesu, inciderūt in latrones, & latro concrucifixus tunc temporis erat puer filius ducis latronum, qui uidens captos tam insperatos peregrinos pauperes, doluit maxime propter infantem Iesum, & amplexans eum deprecatus est patrem suum ut captos dimitteret liberos, eisque eleemosynam porrigeret, dum hoc lachrymis obtineret a patre suo, uolebat ire cum eis ut gerulæ fungeretur officio & infantem Iesum baiularet, tamen, quia non potuit, amplexatus est infantem quem sic alloquitur. O infans pulcherrime ex quo uidi te, captiuam duxisti animam meam, nescio quid maiestatis relucet in te aut numinis, ideo comtemplor te fore magnum uirum si sors contulerit, ut hanc uicem mihi rependere ualeas esto memor mei, maneat memoria mea apud te. sicut etiam effigies tua manet apud uiscera mea; hic tādem uir ex nunc mansit in infirmitate peccati sui triginta octo annos & captus a Pilato statuitur iuxta saluatorem in cruce, ideoque sequitur in Euangelio Hunc cū uidesset Iesus sciens quòd multum tempus haberet, di-

sit eius sanus fieri? Oculo misericordiæ quo Petrum respexit, uidit Iesus latronem collegam suum, & sciuit quia multum tempus haberet postquam eum in deserto reliquit, ubi feratum more uixerat, quamobrem iure dixit, hominē non habeo, non habeo humanitatem, sed feritatem, quod paruit quādo etiam crucifixus iste latro inuasit saluatorem, quoniam Euāgelista dicit. Et qui crucifixi erant cum eo conuinciabantur ei, Ecce quomodo etiam bonus latro, dum malus erat inuasit Christum, sed Christus memor clementiæ deserti, respexit eum ad salutem, dicens intus. Vis sanus fieri? ad hoc multum facit oratio illa. Dic animæ meæ salus tua ego sum, omnibus sane dicit ex cruce Iesus, Vis sanus fieri? O superbe si a tumore tuo sanari uis, respice humilem Iesum, qui ait. Exaltatus autem humiliatus sum, & conturbatus. Ad maiorem humiliationem, exaltatur in cruce Iesus, & pro nobis sanandis conturbatur. O auare uis sanus fieri a siccitate cupiditatis tuæ? respice nuditatem Iesu, qui totum quod habuit omnibus contulit ad salutem. O luxuriose uis sanus fieri a sanie fluenti? respice castigationem Iesu uirginibus circundatum Maria & Ioanne. O inuide uis sanus fieri ab infirmitate oculorum tuorum quibus non recte uides? intuere charitatem pendentis in cruce qua cor euacuat, ut inimico succurrat cæco. Gulose uis & tu sanus fieri ab infirmitare oris tui? respice in faciem Christi tui os felle potatum, & sanaberis, O irate uis tu sanus fieri a motu prædominante? respice clauatum Iesum, qui cum pateretur non comminabatur. O piger uis tu quoque sanari ab infirmitate tuæ tarditatis? respice consummatorem Iesum, qui ꝓposito sibi gaudio sustinuit crucem usque dum diceret consummatum est. Hæc omnia spiritualiter ingerebat Christus latroni crucifixo, qui ea recte cognoscens dixit. Nos quidem digna factis recipimus, hic autem nihil mali gessit. dum; autem Iesus uidisset, quod latro sciret se hominem non habere, quoniam irrationabiliter

Salus crucis.

ter uixeret, sicut equus & mulus quibus non est intellectus: misericordia motus dixit ei, Tolle grabatum tuũ & ambula. Grabatum eius erat crux qua tunc tenebatur, ubi nota quod maxima est differentia inter hoc ꝙ est tollere crucem, aut tolli a cruce: eam eleuare, uel ab ea suffocari, eam accipere, uel ab ea capi. Latro dum malus erat, capiebatur cruce, quæ conterebat eum: sed iam bonus effectus tulit crucem, uelut regis sui uexillum armiger Christi factus, figuratus in armigero Ionathæ, qui per aspera quæque secutus est dominum suum. Tolle igitur o latro grabatum crucis tuæ & super omnes martyres ex merita cruce fac martyrium sublime, propterea quod regem glorię confessus est dicens, Memento mei &c. hoc dixit, regi quando relicto eo, omnes fugerunt, ideoque super omnes audit: Hodie mecum eris in paradiso. Hodie quando relictus sũ solus, tu mecum es in cruce ad mentem meam uiuis. Tolle grabatum crucis tuæ, & ambula post me, quia hodie mecum eris in paradiso, propterea quod mecum fuisti in cruce. O quam alte tulit suam crucem latro Christi socius, de quo dicit Sapiens, Simili pœna seruus cum domino, & homo plebeius regi similia passus est. Ergo tolle grabatum tuum cum grabatio Dei. tolle crucem tuam & sequere regem gloriæ. Tulit crucem quando mutauit causam crucis, nam prius crucifixus fuerat propter scelera priora sed iam ob solam Christi confessionem crucifigerent eum ętiam si nil aliud fecisset, Nam decreuerant Iudęi, ut quicunque Christum confiteretur Iesum, extra Synagogam fleret, ac si dicerent: Tollatur impius ne uideat gloriam Dei. Huic maledictioni volens Christus subuenire, dixit, Tolle grabatum crucis tuæ & ambula vsque ad gloriam Dei, quia hodie mecum eris in paradiso. Nunc hominem carbebant, & deridebant Iudæi dicentes, quod sabbato non liceret ei tollere grabatum nec obedire Iesu qui sabbatum non custodit. Et sic sanctum latronem deridebant dicentes, quod frustra peteret saluari ab eo: de

Latro bonus.

quo

quo ipsi dicebant. Seipsum non potest saluum facere. Frustra in regno suo memor erit tui, qui propterea quod se regem facit crucifigitur. Latro autem perseuerabat pulsans & dicens. Memento mei domine dũ veneris in regnum tuum, quod dixisti non esse de hoc mundo mutabili. nam regnum tuum regnum omnium seculorum quod non corrumpetur. Sic denique latro tulit grabatum & post Christum ambulans, vsq; ad lymbum peruenit ad quem descendit rex Israel die illo. Ibi facialiter cognouit Iesum regem in decore suo, & omnem familiam suam ac seruos quibus annumeratur latro, propterea quòd tolleret humeris fidei crucẽ Iesu, nec enim passione propria solum cruciabatur, sed passione Christi ac matris eius quibus condolebat, volens cõregnare in gloria, quam mihi & vobis præstare dignetũ ipse Iesus, qui cũ patre & spiritu sancto viuit & regnat Deus, per omnia secula &c.

De pœnitentia secunda pars.

SI autem in secunda parte de piscina pœnitentiæ loqui iuuat, notabis, quòd huic piscinæ proueniebat virtus primo propter sacrificia quæ ibi ablui solebant. Secundo, propter lignum crucis ibi absconditum. Tertio, ab angelo aquam mouente. Quarto ab ipso baptismo ibi figurato. nam Deus recenter voluit in motione aquæ sanari corpora, ne tãtum miraretur aut scandalizaretur mundus, dum audiret quòd aqua baptismi animas & peccata sanabat adiuncta uirtute spiritus sancti, sicut aqua piscinę sanabat corpora adiuncta virtute angeli. Ab ijs etiam quatuor accedit virtus pœnitentiæ sacramento, vt animabus nostris sanitas oriatur. Primò à sacrificijs aliorum Christianorum qui nobis dormientibus orant vt conuertamur ad opera pœnitentiæ, & sanet nos Deus. nam sciunt iusti se detineri modicum tempus, donec numerus fratrum impleatur, pro quibus instanter orant, ne exercitus Dei se detineat in deserto propter Mariam leprosam

Pœnitentię uirtus ex quib. prouenit

Piscina pœnitentia.

sororem Moysi, id est, propter animam peccatricem sororem Christi. Prouenit etiam uirtus pœnitentiæ nostræ a ligno crucis, quod si in aquam penitentialem miseris, dulcis fiet ad animæ salutē operandam & supplet defectum fragilitatis tuæ: quoniam adhuc ex cruce sonat corā patre uox illa: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciūt pœnitentiam retardantes. Tertio prouenit uirtus pœnitentiæ a uirtute angelorū, qui gaudent etiā super uno peccatore pœnitentiam agente, & amplius si plures agant pœnitentiam, quorum lachryma dicitur aqua angelorum. Nā dum peccator deflet peccata sua, ridet angelus gaudens lætabundus, uidens custodiam suam non frustrari: de quo dicitur: Risus: scilicet angeli, dolore, scilicet peccatoris miscebitur, ut acrius doleat & postea lætetur: quia peccator ut ait August. de peccato doleat & de dolore gaudeat. Quartò, pœnitentiæ adest uirtus baptismi, nam solum renatis ualet: ideoque dicitur secunda tabula post naufragium, quæ quidem ad primam ducit. Pœnitentia quippe integra ad innocentiam baptismalem reducit animam: quæ ideo cōparatur columbæ quæ lacte inuenitur lota, id est, prima innocentia mundata. O igitur peccator uis iam sanus fieri adest homo sacerdos qui humanissime te in piscinam pœnitentiæ ducet. Sacerdos non est angelus ut scādalizetur de uita tua: nec est dæmon, ut perdat te & mactet grauem tibi pœnitentiam imponens: nec est Deus, qui potest animam & corpus perdere in gehennam sed est homo similis tui, qui humanissimè aget causam tuā: tu autem ora eum sicut iste infirmus orauit Christum, ut eum mitteret in piscinam: quia ille respondebit tibi, surge à mala consuetudine & tolle grabatum tuum, ut deinceps graue sentias omne uitium in quo antea iacebas lasciuiens, & ambula de uirtute in uirtutem, ut uideas Deum deorum qui uiuit & regnat in gloria. Amen.

Feriæ Sextæ primæ dominicæ quadragesimæ,

Sermo vigesimussextus moraliter.

SI in prima parte solummodo uolueris piscinam populo inferre dimisso latrone, poteris in secunda moraliter ostendere quisnam sit ægrotus 38. annorum: quia ut ait Augustinus est peccator, cui desunt duo, scilicet amor Dei & proximi uelut duæ tabulæ, ubi erant diuina & humana præcepta ad Deum & proximum pertinentia. Hic primo expectat angelum desuper uenientem, id est, timorem Dei, qui etiam Mariam turbauit ut fieret mater Dei. Quando timor superuenit est filialis & ualet ad salutem: quando autem ascendit de abysso est seruilis, & propter hunc non mouentur aquæ, sed propter filialem. Motio aquæ in Christo designat motionem qua nostræ aquæ moueri debent in meliusque mutari. Vnde aduerte quòd in sacra pagina quatuor legimus aquas miraculo motas, scilicet Marath ligni impositione amaritudinem in dulcedinem mutasse: Iordanem ad transitum archæ de deserto in promissionis terram cursum suum conuertisse. Aquas Hiericho Helizæo sal corruptionem in sanitatem uertisse. Dominum aquam in uinum mutasse. Prima, mutauit saporem, Secunda, cursum. Tertia, effectum. Quarta, speciem. Prima est impetus tribulationum, de qua dicitur: Saluum me fac, Deus quoniam intrauerunt aquæ usque ad animam meam. Secunda, est fluxus affectionum, de qua dicitur: Vox domini super aquas, Dominus super aquas multas. Tertia, est corruptio morum, de qua dicitur. Eripe me & libera me de aquis multis, & de manu filiorũ alienorum. Quarta, est abusus gratiarum, de qua dicitur: Argentum tuum uersum est in scoriam, uinum, tuũ mixtum est aqua. In motu primæ aquæ pusillanimitate languidi sanantur, dum enim recolunt Christum pro se in ligno perpendisse, tribulatio prius amara incipit

Exod. 15. Quatuor legimus

Affectiones mutata lursũ

R dulce-

dulcescere: unde Paulus ait, Recogitate illum qui talem sustinuit aduersus semetipsum contradictionem, ut nõ fatigemini animis vestris deficientes. In motu secundę aquæ, sanãtur cæci. Cum enim sentiunt archam Dei, id est, carnem Domini transeuntem de deserto huius mũdi in terram promissionis id est, patriæ cœlestis, erigunt post ipsum oculos respiciuntque superna, & abijciunt albuginem mundanæ uanitatis. Et prius stant aquæ, q̃ ibant in mare mortuum, id est, cogitationes & affectiones quæ ducebant ad infernum. Deinde crescũt in montem magnum, id est, crescunt in charitatis affectum: Demum conuertuntur usq; ad Sathan quod interpretatur tribulatio eorum, quia tantum crescit charitas ut desiderent pati propter Christum. Ergo ob hoc Apostolus orat: Deus pater det uobis illuminatos oculos cordis uestri, ut sciatis quæ sit spes uocationis eius. In motu tertiæ aquæ sanantur claudi: Helizæus enim qui interpretatur salus, est Christus qui mittit sal exempli & uerbi sui in aquas corruptas, quæ sunt mali mores, ut rectè iam ambulemus ne dicatur nobis: Vsquequo claudicatis uno pede? id est mundano timore, cum Dei timor & amor sint pedes cordis. In motu quartæ aquæ, sanantur aridi, uidentes quòd Christus plenus gratia & ueritate in omnibus quæ gratiosè egit non mundanũ, sed Dei fauorem quæsiuit, Ergo fratres cauete ne in uacuum gratiam Dei recipiatis, ea uane utẽtes: quia si ea bene usi fueritis, fiet uinum: ex aqua fit uinum, quando ex gratia fit gloria, tamen prius requiruntur multa. Si ergo per timorem aquæ tuæ sic motæ fuerint, sanaberis. Tamen adhuc permanes in peccato, & credis ꝙ propter te Christus faciet nouum miraculũ, & quòd intus in anima tua dicet: Vis sanus fieri? Sic sanè pręuenit nos tu tamen responde; Hominem non habeo. Sic uox confitentis dicit, se mores habuisse non humanos, sed brutales. Superbus habet mores leonis, luxuriosus ursi &c. tamen per iussionem Domini sanaberis & signum salutis est ut lectulum quo antea iacebas super tę accipias,

ut tibi ſit iam moleſtum illud quo prius laſciuiebas: iuxta Iob dicentem Vniuerſum ſtratum eius uerſaſti in infirmitate eius, ſcilicet ſananda. Ambula de uirtute in uirtutem, qui antea cadere ſolebas, & uade in templum ut fias templum Dei.

Pro ſecundo ſabbato quadrageſimæ de uentre paterno, Euangelium.

IN illo tempore, Loquente Ieſus ad turbas extollens uocem quædam mulier &c.

Sermo uigeſimus ſeptimus.

THEMA.

Beatus uenter qui te portauit. Luc. 11.

Innocatio ad Mariam ſæpe portantem ad nos filium Dei.

REpetitio beneficiorum multum addit ſuper ipſa beneficia, nec ſumus ſoluẽdo, nec poſſumus repetitioni ſatisfacere quoniã Dauid miratus, dixit Quid retribuã Domino pro oĩbus quæ retribuit mihi? Nõ dixit, q d tribuã pro oĩbus quæ tribuit, ſed pro oĩbus quæ retribuit quia ſæpe tribuit, & huic repetitioni ſoluendo non erat. Maria uerò non ſolum portauit nobis Deũ, ſed reportauit ac ſæpiſſime portauit, Primo e cœlo in mundũ. Secundo, in domũ Zachariæ ſuper montana. Tertio, in Bethlehem Quarto in templũ. Simeoni. Quinto in Aegyptum. Sexto cum factus eſſet Ieſus annorum duodecim, deduxit illum die feſto in templum, ubi doctoribus prædicauit. Septimo reduxit illum, quia deſcendit cum illis in Nazareth. Octauo, ad nuptias, q a .n. erat mater Ieſu ibi. uocatus eſt, ad eas Ieſus. In omnibus iſtis locis audiuit Ieſus æq ualenter ſibi dici: Beatus uẽter qui te portauit. In primo, loco dixit illud mulier de turba. In ſecundo aũt Elizabeth. In tertio uero an-

geli ac pastores. In quarto Simeon. In quinto Aegyptus recipiens saluatorem. In sexto templi doctores. In septimo autē beatus Ioseph Iesum uidens obsequiosum. In octauo discipuli Iesu & ministri nuptiarum, coram quibus ita magnificauit gloriam suam Iesus, ut omnes dicerent æquiualēter: Beatus uēter qui te portauit. Nō abs re toties beata uirgo portauit Iesum olim, quoniā ibi magnum latet sacramentum. Quoties enim quondam portauit illum corporaliter, toties nunc portat illum spiritualiter. Prima portatio fuit è cœlo in terram quæ nobis nunc impræsentiarum necessaria est: multi equidem habent Deum in cœlo, sed non in terra: ideoque necessario adducendus est in terram. Parū prodest nobis Deus in cœlo, nisi pariter commoretur & apportetur in terram. In cœlo rationis, in cœlo intelligentiæ omnes habent Deum, etiam mali qui credunt & contremiscunt: soli autem boni habent Deum expressum opere in terra corporis sui. Quod ita necessarium est ut quotidie orent dicentes: Pater noster fiat uoluntas tua sicut in cœlo & in terra. Sicut fit in cœlo intelligentiæ per fidem: sic fiat per charitatem in terra corporis mei an mali. Ecce fratres quomodo a cœlo fidei ad terram optimam charitatis debemus Deum apportare, tamen ille (ut arbitror) nō ueniet nisi in utero matris suæ non equidem ueniet nisi in matris uentre: sed quispiam dicet. Difficilius erit obtinere a beata uirgine ut eum iterū portet in utero suo quam obtinere ab illo ut iterato ueniat ad nos. Certè postquam beata uirgo audierit Ioannem di. Qui uiderit fratrem suum necessitatem habentem, & clauserit uiscera misericordiæ ab eo, non est charitas patris in eo. Hoc audiens Maria non se poterit continere, quin adaperiat uiscera clementiæ suę, vt portet per gratiam nouam filium Dei ad nos, tamen pro sua portatione offeramus ei genibus flexis, Aue Maria.

Maria sæpe portat uentre filium.

Argu-

Argumentum dicendorum.

QVoniam, ut uetus canit adagium, uirtus laudata crescit, Dominus uirtutum Iesus consueuit laudare uirtutes & maxime maximā, scilicet fidē, q̄ est fundamentum rerum sperandarum tam firmum ut beatificet adhærentes sibi. Hæc autem mulier tam translata erat in Christum, ut transiens eum præueniret ad matrem Christi, & ambos eadem laude complectens, dixit: Beatus uenter qui te portauit. Christus autem uolens uicem rependere huic mulieri pari honorificentia laudauit eam dicens. Beati qui audiunt uerbū Dei, & custodiūt illud. q d. tu propter me beatificas uterum portatricis meæ, ego autem beatifico te propter uerbum Dei quod portasti ad aures nostras, & custodisti in corde tuo, ex cuius abundantia os tuum loquitur uerbum Dei, ac uerbum uerbi incarnati dum profers, Beatus uenter qui te portauit. Vidimus in priori sermone quomodo Christus dixit matri suæ uerba thematis, nūc autem in isto ipsa beata uirgo uice uersa dicet thema filio Dei. BipHariam diuidetur sermo: in priori parte de uentre diuinitatis differam, quo filius portatur ad angelos: in posteriori de uentre Mariæ, quo portatur ad nos. Fides quorum ualet Diuisio.

De altiori uentre locuturi sumus, ac de altiori portatione quam erat illa de qua operarii dixerunt: Portauimus pondus diei & æstus. Nam altius loquutus est, q̄ dixit: Empti enim estis precio magno glorificate & portate Deum in corpore uestro. Cum sub eo curuentur q̄ portant orbem, durum uidetur nos posse eum in corpore portare. Tamē altius locutus est de portatione qui dixit: Vas electionis est mihi, ut portet nomen meum coram gentibus & regibus, & filiis Israel. Vas non quodcunque, sed electum à Deo erat Paulus pro nomine Iesu deportando, Quid obsecro ꝑpendis aut cogitas, quādo audis Paulum uas electum nominis Dei fuisse? Nonne Pauli uenter uas erat diuini nominis quādo dicebat, Filioli mei, quos iterū parturio, donec formetur Chri- Pars. I. Varia portatio. Gene.

ſtus in uobis. Prægnantis nomine Dei marito, uerba ſunt iſta nam in utero habebat uelut optimum liquorem nomen Dei omnipotentis, quo per gratiam coagulato animas formabat, in Chriſto Nec ſemel patere ſed frequenter cupiebat, donec omnes tranſirent in uirum perfectum menſura ætatis plenitudinis Chriſti qui mẽſes uacuos non uellet habere. ſed fœtum optimum ac plenum. Ex uentre Pauli nomine Chriſti coagulato ac pleno, uolo uos aſſurgere, ut uolare poſitis aliquantulum ad contemplandum uentrem Dei patris fœcundiſſimum, qui ab æterno portauit noſtrum Emanuel, cui dicit mater ſua. Beatus uenter qui te portauit. Vterus Mariæ beatus fuit à filio quem portauit uterus aũt Dei patris beatus erat a ſeipſo, filiumq; beatificabat, q̃a beatum eum genuit, ita ut amplius creſcere non poſſet nec beatificari. Generatio iſta temporalis non eſt, ſicut erat generatio Mariæ. Vẽter iſte non metuit corruptionem, quia uiolari nullo modo potuit. Vterus iſte paternus uacuus nunquam inuenitur, quia ſterilis eſſe nõ poteſt. Vterus Mariæ portauit filium Dei hominibus mortalem Venter aũt Dei portauit, illum immortalẽ angelis. Filiũ quippe Maria genuit tẽporaliter pater autẽ ab æterno. Vnde pater ipſe loquẽs filio ait: Tecũ principiũ in die uirtutis tuæ in ſplendoribus ſanctorum ex utero ante Luciferũ genui te. Ioannes de generatione loquẽs æterna dicit, Quod in principio erat uerbũ. Hic autem uice uerſa dicit pater, ꝙ principium erat in uerbo, acſi coniunctim diceretur, Ego in patre, & pater in me eſt: differentur intellige, quia filius eſt in patre tãquam genitus in genitore, tanquam radius in ſole. Pater aũt in filio tanquam ſol in radio, tanq̃ fons in fluuio ſuo. Dũ ergo dicitur filius in principio, & principium in filio, coæternitas uteri ad prolem notatur. In hoc enim mirabile eſt ꝙ nec præceſſit uterus filium nec filius ei ſucceſſit, ſed utrũque ſimul contẽplari neceſſe eſt, alioqui ſi tollas hoc uel illud errabis, quoniam ſicut diuinus intellectus nunquã fuit ſine notitia genita, ſic nec uterus

Qualitas uteri patris.

Pſ. 107.

patris fuit sine prole. Tecum igitur o filii principium, id est, paternus intellectus est in die clarissimo uirtutis tuæ, quo a me uigore nimio claritatis procedis, tanquam principium de principio, non alterum, post alterum, quanuis alterum ab altero. Si ergo quis quærat à quo termino pater portauit in utero suo filium, respondetur ꝙ a principio. i. a seipso, qui est ultimatus terminus interminabilis: principium sine principio Qui respectu sui non est principium, nec respectu filii, sed respectu nostri: & quia eodem modo pater, & filius sunt principium creaturæ: ideo dicitur filio: Tecum principium in die uirtutis tuæ. i. in illo æternitatis die aurora & nocte carēte, quo genui te habuisti, ut sis principium creaturæ, ut possis cuncta creare. Pater igitur ab æterno in utero fœcunditatis suæ portantem omnia portauit: quoniam, referente Augustino, Filius Dei est ars omnipotentis plena omnium rationum formaliū: Virtus ergo filii est utero paterno gigni, q̄a ex illo habuit ut omnia possit, quia omnipotēs gignitur, & omnipotens portatur a patre nam qui ultima beatitudine infinite beatus est, non potuit nisi beatum & infinitum tota uirtute portare. Tota inquam uirtute paternus uenter portat filium, non sicut mundum mente gerere dicitur quia quamuis pater omnīa portet mente sua, illa portatio nihil est, & contingens respectu diuina: unde propterea sequitur. In splendoribus sanctorum ex utero ante Luciferum genui te, splendor idem est quod gratia, quia scriptum est: Implebit splendoribus animam tuam. In splendoribus ergo sanctorum, id est in gratiis conferendis omnibus sanctis, per eum, sicut per solem lucifero & aliis stellis confertur lumen. Sed ne quis putaret quod ex obiecto creato, aut ex præscientia sanctorum quam habet intellectus diuinus procedit, & gignitur filius Dei, dixit pater se eum ex utero genuisse, & non ex sanctorum splendoribus. Cum ergo ex obiecto & potentia paritur notitia, nemo putet quod obiectum intellectus diuini est quid

Principium qualiter est Deus.

Virtus filium est gigni

Esa 58. Splēdor ē gratia.

Increata notitia Dei a Deo est.

quid creatum, aut cœtus prædestinatorum, quia tale obiectum exile est, nec notitiam infinitam poscit Deus ab eo nec necessariam concipere: ideo quamuis in splendoribus gloriæ suæ sancto cognoscat, nec ab eis abstrahit, nec producit infinitam existentiam nec necessariam notitiam: unde propterea dixit, Ex uero.i.secreta substantia mea fœcundissima, ex infinitate mea intrinseca, immanenti, & prægnantissima genui te. Nec super uacaneum extitit, ut pater de sanctorum splendoribus mentionem taceret, loquuturus de generatione filii, quoniam gloria eorum a partu hoc prouenit, dicente Dauid. cum dederit dilectis suis somnum, ecce hæreditas domini, filii merces, fructus uentris. Respectu uigiliæ resurrectionis dicitur, somnus mors sanctorum, quem amicis suis dat Deus, quoniam preciosa mors, donum Dei est, quo mediante ecce hæreditas Domini ad ianuam est, prope est. Fili adoptiui merces magna quidem nimis est fructus uentris diuini.i.filius Dei, quem pater omnipotens ab æterno beatis angelis portauit. Hoc & ipsi angeli cõfessi sunt, quãdo uidentes in præsepio Bethlehem filium, quem ab æterno Deus pater omnipotens utero suo portauerat eis dixerunt: Gloria in altissimis Deo.s.est hæc ab æterno, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis est eadem gloria, quia idem fructus uentris est angelis gloria & hominibus pax. Circa hoc mysterium uel unam difficultatem uideamus: nam si uerba thematis conceptum paterni uteri, & uterum paternum beatificant, & ipse Deus dicat se ex utero genuisse filium: generatio autem communiter conualescit & crescit, quoniam & puer Iesus crescebat & confortabatur, plenus gratia & sapientia coram Deo & hominibus Nunquid est sic in cœlo apud patrem? Crescit ne apud eum filius eius? ut hanc à nobis tollat suspitionem, Interrogat Deus amicum suum Iob, dicens: Quis conclusit ostiis mare, quando erumpebat quasi de uulua procedens, Cum ponerem nubem uestimentum eius, & caligine illud qua-

Premium beatorũ est filius.

Iob.38.

si

si pannis infantiæ inuoluerem? circum dedi illud terminis meis, & posui uectem & ostia. Mare est filius Dei, quoniam de ipso dicitur: Immolabunt uictimas suas qui inundationem maris quasi lac sugent, & thesauros absconditus arenarum. Nos uictimas offerimus in Christo, cuius inundationem gratiæ quasi modo infantium sugimus, & thesauros meritorum eius. Hoc mare quasi de uulua processit æternaliter ab utero patris ripis ac litoribus carente, processit inquam infinite secum trahens totam patris substantiam. Et in se angelos habet uelut pisces, qui perambulant semitas, id est secreta maris huius, quod quasi lac fruitionis bibunt, ibique degunt circundati gloria undique. Per æternam ergo generationem quasi mare a uulua sua filius processit a patre totam eius substantiam secum trahens quando erumpebat quasi de uulua procedens, Illud quando non habet, quando quia æternitas caret omni determinatione temporis. In hoc tamen mirabile est quod mare istud ostiis concludatur, quin uere sit infinitum, & interminabile: ubi aduerte quod propterea filius Dei dicitur ostiis conclusus, quia in diuinis filius non potest producere alium filium, & hoc non prouenit ex impotentia sed ex perfecta generandi potentia patris qui tam perfecte tam completissime filium generauit, ut in diuinis nihil ultra generandum supersit: quia generatio filio expleta remanet, & iã exhausta generandi potentia, ita ut in Deo propter consummationem primæ generationis non posset esse alia. Mundus quotidie generat, quia prima generatio utpote finita & misera moritur: pro cuius reparatione est ad alia processus. in diuinis autem quia omnia remanent, non est processus in generationibus. Miremur ergo quod omnia flumina, id est, patris attributa intrant, in mare, id est, in filium, & mare non redundat in similem generationem. Sed pater Deus dixit: quòd super posuit nubem uestimentum mari, quia secretum est omnino mysterium hoc, & caligine quasi pannis infantiæ inuolutum. Deu 33.

tum.

tum. Qui generat filium indiget pannis ut inuoluat illum. Deus autem non pannis, ſed diuinis tenebris ac ſecretis abditiſſimis inuoluit filium ſuum, ita ut ex hoc myſterio non ſciamus, niſi quod eſt, & modus quo eſt lateat nos: unde Hier. ait. Scito adhuc diuinæ generationis myſterium tanto eſſe differentius & eminentius, quanto creator creaturis potentior, quanto artifex opere ſuo præſtantior, quanto ille qui ſemper eſt, eo qui ex nihilo cœpit eſſe nobilior. Credendus eſt ergo Deus eſſe pater unici filii ſui Domini noſtri non diſcutiendus. Neque enim fas eſt ſeruo de natalibus domini ſui diſputare. Hactenus ille, oſtendens quãta caligine ſit hoc arcanũ indulutũ. Qđ ergo pater æternus utero filium portauerit exponere dignatus eſt dicens, Circundedi illud terminis meis. Incircunſcriptus eſt nobis filius Dei, tamen quia pater eius habet interminabiles terminos optime comprehendit mare diuinum, illudq; portat utero fœcunditatis ſuæ.

Secũda pars.

Non ſolum angelis portauit pater mare hoc, ut in eo reciperentur ut poſſint uiuere, ſed etiam nobis uoluit illud portare, ut & nos frueremur eo. Et mirabiliori modo extendit illud ad nos, quam ad angelos, quia illic omnia naturaliter ſe habent, hic autem mirabilia operatus eſt Deus, ut ad nos uſque ſuum mare magnũ deuenitet: de quo dicitur: Repleta eſt terra ſcientia Domini, ſicut aqua maris operientis. In die illa radix Ieſſe qui ſtat in ſignum populorum, ipſum gentes deprecabuntur, & erit ſepulchrum eius glorioſum. Scientia Domini patris eſt filius eius, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei abſconditi ab æterno, tamen temporibus noſtris uoluit ſcientiam ſalutis plebi ſuæ oſtendere, ut quæ antea ex utero memoriæ ſuæ fœcundæ procedens replebat cœlum terram quoque repleret procedens ex uirgine. Huius tamen deductionis mirabilia uix poſſumus explicare ut intelligere quis enim nouit quomodo patris utero clauſo (quia corrumpi non poteſt) ad nos mare eius deuenit? & ri-

pas

pas mundi repleuit, ut totus mundus post eum abiret? Repleta quippe est terra scientia Domini, dum patris sapientia incarnata prædicaret terrenis hominibus terrena, quia cælestia uix capiebāt, donec fieret illud, Multa habeo uobis dicere sed non potestis portare modo. Quis enim posset portare quod pater ab æterno portauit? Quis posset ferre fluctus maris abscondita eructantis? In littore maris ut aliquando inter arenas reperiuntur lapides preciosi agitatione impetus maris tersi & politi: sic sane Dominus Iesus mare magnum iter arenas exiguas .i. inter communes doctrinas eius eructabat preciosos lapides nunquam uisos, uti cum dicebat eleuās oculos: Beati pauperes spiritu, beatis mites &c. Hoc non audierat antea mundus nec mysteria trinitatis, nec secreta gloriæ beatis conferēdæ. Vnde iure dicitur scientia Iesu à qua, non quæcunque sed maris operientis & inundantis: quia diffusa in labijs suis gratia inundabat maxime in illo sermone quo clamans dicebat. Si quis sitit, ueniat ad me & bibat, & fiet in eo fons &c. Et in sermone cœnæ ubi cum dilexisset suos, in finem dilexit eos patefaciens mirabilia, & eructans margaritas. Modus autem quo mare uenit ad nos, exprimitur, dum dicitur: In die illa .i. in die æternitatis radix Iesse .i. filii est pater. Et ponitur sine uerbo, quia æternitas tempore cares. Fuit ergo ab æterno pater radix .i. origo huius maris, & fons filij: de quo sequitur, Qui statim signum populorum. In signum populorum stat filius Dei, quia sicut unus de populis indifferentur omnes diligens propter populos apparuit, ut omnes ad se traheret; unde eius humanitas & benignitas apparuit in signum amoris populorum, quia uult omnes ad portum patriæ perducere. Sed ut ostenderet propheta qualiter tantum mare ad tam exiguum humanitatis fontem potuit reduci, addidit: Et erit sepulchrum eius gloriosum Sepulchrum huius maris est uterus Mariæ matris eius ad quam pater adduxit mare magnum, ut per eam uelut aquæ ductum diuinitatis ad nos mare dulce angelorum

lorum extenderetur. Sepelire aliquando solet aqu & tegi, ut securius deducatur etiam ad partes remota ac difficiles accessu. Mare magnum uteri paternalis habuit sepulchrum gloriosum. s. uterum Mariæ, quo uelut mare mortuum ducebatur ad nos filius Dei, ueruntamen gloriosum erat sepulchrum eius, & ad gloriam omnibus optatam afferebat. Nemo enim sine hoc ma-
Psal 45. exponit. ri ad portum gloriæ nauem appellit. Sepulchrum ergo uteri Mariæ gerentis intra se mare uiuum, quasi mortuum & sopitum gloriosum erat, quia in eo gloriam omnibus deportabat absconditam ac desideratam, unde Psalmographus ait: Deus noster refugium & uirtus, adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis, propterea non timebimus dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris. Huic Psalmo præmittitur talis titulus: In finem filiis choræ pro arcanis Psalmo. Dauid. Cum finis legis sit Christus in eum dirigitur immediate Psalmo iste Dauid prophetæ, ad utilitatem filiorum Choræ. i filiorum Adam, qui uelut filij Choræ nolunt patri malo consentire. Et est pro arcanis. s. incarnationis mysterijs, quæ arcana fuit in utero Mariæ & dæmoni abscondita, immo & ipsi Mariæ: quoniam propterea canimus: Venter puellæ baiulat secre-
Marta turbatur ta quæ non nouerat. Igitur ò Deus noster refugium & uirtus, adiutor in tribulationibus: quæ inuenerunt nos nimis. s. adiuua nos in omnibus illis, quia tu solus es nostrum refugium & uirtus. Tamen timemus donec turbetur terra, unde sequitur: Propterea non timebimus dum turbabitur terra, &c. Hæc turbatio fratres charissimi non mala sed optima est, postquam timorem aufert terrenorum de qua Cassiodorus ait: Turbabitur terra de nouitate tanti miraculi in aduentū Christi, Terra igitur beata uirgo est, in sermone incarnationis uerbi turbata. Quis, quæso, non turbaretur dum uideret mare super se irruere? Vir nanque ille magnus super omnes oriētales nomine Iob dixit: Semper enim
Iob 31. quasi tumentes super me fluctus timui Deum, & pon-
dus

dus eius ferre non potui. Virgini autem dicitur: Ne timeamus si huius terræ sanctæ incolæ sumus, propterea enim non timebimus dum turbabitur terra. i. Maria, sed ambabimus ualde quoniam præ amore terrenorum uult filius Dei ex utero patris ubi angelos amauit, transire ad uterum matris, ut ibi adhęrens generi nostro familiarius amet homines. De amore hoc optime sequitur: Et transferentur montes in cor maris Mare, ut uidimus, est filius Dei, cor eius ut mare amaricatum fuit in cruce, quando unus militum lancea latus eius aperuit: propter quod montes, i. sancti uiri translati sunt in illud. Quis enim non se transferat cum ueris Hebræis in hoc mare rubrum? Equidem si nos intrare contingat, aqua & sanguis quę à corde proruperunt nobis erunt pro muro à dextris & a sinistris. O Domine Iesu, quis iam esset mons. i. perfectus uir ut omnino trāsiret in cor maris, in cor Dei, & in cor Deum. Sed quia nos ad te transire non possumus, tu saltem ad nos emitte aliquam inundationem dulcedinis tuæ, ut sic affecti auidius in te transeamus. Hoc sane faciet mare istud; quoniā & in Assumpto Psalmo sequitur: Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, sanctificauit tabernaculum suum Altissimus. Mare magnum diuinitatis factum est flumen in utero glorioso Mariæ: quando uerbum caro factum est, ut nobis aptius esset ac magis consentaneum. Propter multa dum filius est in utero patris comparatur mari, ut in priori parte cœpi exponere. Propter se autem dum est in matris utero comparatur flumini.

Primo quia ima petit & uacua replet scilicet humiles dicens: Discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Qui hoc dixit, in tales se transferre uolebat.

Secundo, quia reddit cor fœcundum, unde propterea dicitur. Visitasti terram, & inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam. Christus est flumē ob sex. Iob 14.

Tertiò, qui terrenitatem corrodit, & consumit in Ioan. 4.

corde

corde hominis:unde ait Iob, Alluuione paulatim terra consumitur.

Quarto,quia sitim peccandi extinguit:unde ipse ait: Qui biberit ex hac aqua nō sitiet in æternum:unde qui sitit,ueniat(inquit)ad me & bibat.

Pro.25. Quintò,quia submergit illos,qui profunda quærunt & intrant:quapropter Salomon ait. Scrutator maiestatis opprimetur a gloria.

Aīa est ciuitas,corpus tabernaculum. Sexto quia locum sibi adiacentem reddit munitum, unde propheta Naum ultimo dixit, Aquæ in circuitu eius,aquæ muri eius. Hæc omnia præstat flumen istud ciuitati suæ, ac tabernaculo suo, utrumque requirit utrunque fouet. Ciuitas eius est anima nostra, tabernaculum suum,est corpus nostrum deponendum aliquando. Animam lætificat,tabernaculum sanctificat.Multi autem econuerso falluntur, quia uolunt corporaliter lætari & in anima sanctificari,quod impossibile est,quoniam impetus huius fluminis non corpus, sed animam lætificat : nam & hoc experta dixit, Magnificat anima mea dominum, & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo &c.Opera pœnitentiæ non corpus, sed animam tantum lætificant,& in gaudio eius uix miscetur extraneum corpus : quia uix lætatur, nisi cum malefecerit. Igitur exultatio Iesu in spiritu est, non in tabernaculo corporis: quoniam ipse dixit. Cum uos oderint homines & maledixerint uobis, gaudete & exultate, quoniam merces uestra copiosa est in cœlis.Ciuitatem ergo suam.i.animam nostram lætificat fluuius iste impetu suo.Impossibile est quin habeat impetum & magnum,quia tanto maiori impetu uenit aqua,quanto ipsa est maior & aquæductus minor. Aquæductus non est nisi sepulchrum gloriosum, uteri uirginis,aqua uero maris diuini & immensa, ex his duobus maximus sequitur impetus ad humilium utilitatem.Sicut ergo nemo poterit exponere quanta sit Mariæ humilitas, nec magnitudo Christi, sic nemo poterit agnoscere quantus sit impetus huius fluminis nisi forte beata uirgo,

quæ omnia experitur & ſcit. Igitur flumen aquarũ uiuentium domino, quæ fluunt impetu de Lybano, uix præ amore ſe poterit continere quin lætificet animam ubi deditam, quam pro ciuitate habet: nam ad eam affert patrem & ſpiritum ſanctum, & angelos ac dona plurima, & uirtutum municiones pro accumulanda lætitia, ita ut ſicut lætantium omnium habitatio ibi ſit. Cui Chriſtus dicit in ſpiritu illud quod ab æterno ſibi dixit pater, ſcilicet: Tecum principium in die uirtutis tuæ, in ſplendoribus ſanctorum ex utero ante Luciferum genui te. Moralis gloſa Hugonis optima talis eſt. Loquitur dominus Deus ad hominem iuſtum dicens: Tecum principium, quaſi dicat, cogita, & tracta tecum ꝙ adhuc es in principio bonæ uitæ, & hoc non, cum es in nocte peccati, ſed cum es in die uirtutis tuæ, id eſt, in fulgore uirtuoſæ uitæ ſecundum illud Eccleſiaſti 18. Cum conſummauerit homo, tunc incipiet. Pſalm. & dixi, nunc cœpi Et alibi, Tota die contriſtatus ingrediebar. Et hoc facies in ſplendoribus ſanctorum ideſt, te ad huc incipientem reputabis, ſi comparas diẽ uirtutis tuę ſplendoribus ſanctorum, id eſt, uitam tuã uitę eorum, quæ ita ſplendida & fulgens fuit, quòd reſpectu illius uita tua tenebroſa eſt: vnde Iob 33. Reſpiciet homines, id eſt, ſanctos, & dicet: Peccaui & uere deliqui, &, ut eram dignus, non recipi. Et Iob 5. Voca ergo ſi eſt qui tibi reſpondeat, & ad aliquem ſanctorum conuertere, quaſi dicat, nullum de ſanctis inuenies qui uitam tuam non excedat, & ideo quantuncunque iuſtus tibi uidearis merito poteris te reputare incipientem. Sed nec hoc principium debes tibi aſcribere, ſed domino Deo à quo habes illud: unde ſubdit, Ex utero ante luciferũ genui te. Vterus domini ex quo gignit, & in quo portat peccatores, eſt eius patiẽtia, ut ait ꝓpheta Eſa. c. 46. Audite me domus Iacob, q. portamini à meo utero, qui geſtamini a mea uulua, uſq; ad ſenectã ego ipſe, & uſq; ad canos ego portabo. In hoc utero patiẽtiæ portat dominus peccatores expectando

Sãctitas quõ acquiritur

cos ad pœnitentiā, & ex eo eos gignit, cū eis voluntatē bonam immittit. Et hoc est ante Luciferum, id est, cum ipsi peccatores adhuc sint tenebræ & non lux Ephe. 5. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Hæc quæ hic hortatur Dominus facere, supra dicit se propheta Dauid fecisse dum ait. Et dixi; nunc cœpi, & non mihi hanc inceptionem ascripsi, sed dixi. Hæc mutatio dexteræ excelsi. Hæc Hugo; Ecce igitur ad quid uenit impetus fluminis in ciuitatem animæ nostræ, ut scilicet eam de percepta remissione lætificet, quod fiet maxime si tabernaculum corporis nostri expiatur à vitijs. Santificauit (inquit) tabernaculum suum altissimus post lætitiam conscientiæ, post gaudium animæ corporis tabernaculum sanctificandum est: nam alterum sine altero non reddit integrum testimonium sanctitatis, at in his duobus stat omne bonum morale, quod tamen absque Dei adiutorio habere non possumus: unde qui lætificat ciuitatem, sanctificat tabernaculum cordis nostri: propter quod interrogat amicum suum Iob dicens: Quis conclusit ostijs mare, & cætera vt supra; quære expositionem moralem
Iob. 38. beati Gregorij super Iob: quia optima est concludens quomodo totum tabernaculum corporis fit mare feruens si dimittatur uoluptati suæ: si autem ponas ei ostia bonæ custodiæ, ac uectem timoris Domini, sanctificatum erit ei qui effluens amore uenit ad nos, ut timore saltem coerceamur: quoniam qui sine timore est non potest iustificari ad gratiam & gloriam quam mihi & uobis præstent Iesus & Maria Amen.

Ad

Ad historiam Euangelij transfigurationis dominicæ.

IN illo tempore: Assumpsit Iesus Petrum & Iacobum, & Ionnnem fratrem &c.

Sermo vigesimusoctauus.

T H E M A.

Transfiguratus est ante eos. Matth. 17.

Inuocatio ad Mariam.

CVm scriptũ sit quod nõ faciet dominus uerbum quin reuelet illud amicis suis prophetis, hinc arbitor nõ se transfiguraſſe Christum, quin mater eius Maria amica & prophetiſſa adeſſet ibi, quãuis hoc nõ dicat in Euangelio: sicut nec apparitio suæ resurrectionis facta eidem matri, à nullo unquam dubitata. Corã matre igitur transfiguratus est quæ eo modo aderat quo adfuit Heliſæus donationi Naaman: de quo ipse propheta dixit: Nonne cor meũ in præsenti erat quãdo reuersus est homo de curru suo in occursum tui? Nec mirum ꝙ iste dux Syriæ iã mundatus teneat Christi figuram, qui currum habet crucem etiam ab adolescentia sua, propter quam dicitur currus Israel & auriga eius. De hoc laborioso curru uidetur reuersus in trãsfiguratione lætiſſima, & ex eo descendit propter tantũ festum, quod Mariæ non ex toto lętum fuit, quanuis ibi cor eius adeſſet, nam cum audiſſet à patre: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: commota sunt omnia uiscera eius super filium suum, ex parte tristis effecta & ex parte alacris: læta quidem de filii honore, tristis de sui obliuione. Eundem etiam & ipsa genuerat, sed intellexit aliquo modo sui memoriam

Maria transfigurationi aderat.

4. Reg. 5.

fieri in prædictis uerbis, maxime ibi: In quo mihi complacui, id est, simul cum matre placui, quia sicut in aliis filijs hominũ sunt duo in carne una, id est, in carne, prolis pater & mater, sic etiam in Christo sunt pater à quo habet deitatem, & mater, ex qua suscepit humanitatẽ. Sed Mariæ suborta tristitia amplior fuit, quando prima fronte audiuit ex cruce. Ecce filius tuus. Tunc enim transfigurationis memor contulit hoc uerbũ, Ecce filius tuus cum illo, Hic est filius meus dilectus: & intra se gemens dicebat: O pater ęterne dũ filius noster erat in monte gloriosus eũ tuũ filium prędicabas, & nunc desiguratum dicis solummodo filium meum esse? societatem frangis? sed aliquando reuixit Maria, dum comperit ꝙ in cruce filius eius dictus est Ioannes, qui gratia interpretatur: quia tunc mater est effecta gratię & non in monte Thabor, ut dinoscatur maiora conferre dona Deus in aduersa, q̃ in prospera fortuna: pro hac tandẽ gratia obtinenda, matri gratię offeramus, Aue.

Argumentum dicendorum.

Ratio p̃cipua transfigurationis ad fidem pertinet.

VT cõstet q̃ necessaria nobis extitit domini transfiguratio attendite ꝙ totum esse Christianitatis nostræ pendet ex cognitione Christi, imò & esse gloriæ: q̃a ipse dixit: Hæc est uita æterna ut cognoscant te Deũ uiuũ, & quẽ misisti Iesum Christũ. Ob hanc ergo indagationẽ tam requisitam ad iustificationẽ dixerat Iesus pharisæis: Scrutamini scripturas, q̃a illæ testimoniũ perhibent de me. Hanc notitiam gratis voluit redẽptor noster discipulis suis tribuere. iuxta id: Vobis datũ est nosse mysterium regni Dei, id est Christi: de quo alibi Ioannes dixerat: Regnũ Dei intra uos est. Quãuis hæc notitia Apostolis esset concessa, non erat tamẽ ab ipsis recepta, q̃ parua ex parte cognouerãt & nondũ de eo debitã cõceperant notitiã. Christus aũt ut eos practice duceret ad cognitionẽ dignã sibi, sicut q̃do tibi relatio fit solo uerbo qualis sit aurea supellex, postea uerò coram oculis posita enodatur atq; extẽditur ut eã ad oculum scruteris videasq; pulchritudinem eius. Transfiguratus

est

est ergo ante eos, ut unusquisq; fidelis dū Christū cogitauerit trāsfigurationē eiusfaciat oīa trāscēdēs: nā ideo dicitur ꝙ post sex dies trāsfiguratus est q̲a post opera sex dierū tanq̄ supremū debes cōtēplari Christū, a quo procedūt oīa Nec cōpares illi lapidem preciosum. i. aliquē sanctum, quoniam excelsior cęlis est, ad cuius fidelem cognitionē cuncta in mēte transire oportet, donec uenias ad ipsū uerbū qđ erat & est in principio, ut igitur in contemplatione nostra Christum intellectualiter transfiguremus, in toto sermone agā de eius altissima transfiguratione. Ad sciendum quomodo Christus maior sit omni laude quod in transfiguratione nixus est demonstrare: aduerte, ꝙ pater æternus ante secula, qñ nondum erat terra, & orbis figurauit se: hoc enim est primum opus Dei, & tam primum ꝙ caret principio, nec est opus a dextra, sed ad intra. Pictor dum figurat rem aliquam, exteriora lineamēta accidentium exarat, nec ampliuspōt. Pater aūt ęternus nō sic: nemo etiā se figurat quoniam ignorat se, nec scit figurā faciei suę Item impossibile est figuram dari quæ omnes alias cōtineat, qualis est patris æterni figura, qui ex quo est sui produxit figuram, dum enim pater in se flectitur, se ad plenum comtemplans, eam produxit. Nam figurans rē aliquam oportet ut eam attentius intueatur. Attentione igitur inuariabili, & inconniuenti intuitu se pater perspicies stylo intellectus sui ex memoria fœcundissima eduxit tanquam ex utero prægnantissimo figurā suam filium suum. Hæc figura omnium rerum contentiua est, ideo dicitur ab Augustino ars omnipotentis Dei, plena omnium rationum formalium: unde nō solum dici ualet figura figurarum, quia cæteris melior sit: sed quia cæterarum ars & specimen ac prototypum. Cum autem Deus ipse lineamentis careat, ideo non est hæc figura distincta punctis aut lineis, sed qualis pater, unde Paulus Apostolus de ea dicit Hebræ. 1. Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portansque omnia. Hoc ultimum dixit propter-

Figura patris.

ea quod ſit hæc figura cæterarum contentiua. Ex processione huius figurę paternalis, cōceſsū eſt omni creato, vt figuram ſui gignat: nec enim turtim aut aliam uidere poſſemus, niſi ſui figura produceret, quæ in pupillam oculi mei recepta uiſionem cauſat. Cum ergo productio illius figuræ ſupernæ ſit connaturalis patri, ad ultimum potentię illam produxit, in illam quodammodo effundens totam omnipotentiam, ſapientiā & bonitatem ſuam, ſicut ferè alium ſe uideret pater in filio; unde Cypria. ait aduerſus Iudęos, Geminatum ſe uidet pater in filio, & filius in patre. Et quoniam plurimū ad naturale figura hęc educta eſt, ſuum prototypū tantum præ ſe fert, q; ſi filium uideres, & patrem uidiſſe dixiſſes, eo teſte quia ait: Ego in patre, & pater in me eſt, Nec putes, q; quilibet homo aut angelus figura Dei ſit quemadmodum iſta, de qua loquimur, quia cęteri dicuntur ad figuram ſeu ſimilitudinem facti: iſta aūt nō eſt ad ſimilitudinem nec eſt facta, ſed eſt genita, figura eſſentialis ſubſtantiæ eius: non educta ex nihilo ut nos ſed ex toto eſſe paternali. Angelus etiā ſupremus figura mortua dici poteſt, cōparatus figurę ſubſtantię Dei quia omnes gentes quaſi nō ſint, ſic ſunt coram eo. In figura optima nimis laudari ſolet artifex, & ſic hanc uidentes figuram, dixerunt. Vidimus gloriam eius, gloriā quaſi unigeniti a patre plenū gratię & ueritatis I. y quaſi non capitur comparatiue, ſed identice. Sed uolens Deus hoc maximum opus ſuum oſtendere toti mūdo, cum ſpiritualiſſimum eſſet, opus fuit hanc figuram induere alterius effigię, quę uideri poſſet ab omnibus ut ſic uideret oīs caro Salutare Dei. Hæc ſecunda figura qua induit pater primā, figura humana eſt: de qua dicit ipſe filius Dei, In uētre matris meę figuratus ſum cato Quaſi dicat, qui antea defæcatiſſimus eram ſpiritus nunc maternam ſuſcepi effigiem. Figuram noſtrā fratres. aptauit ſibi figura Dei, ut ſic & modum ſeruaret humanum, ubi pręcioſæ ad modum figuræ ſuperponi ſolet altera, non talis in tegmine qua precioſior tegatur.

Secunda figura Dei.

tur. Hæc secunda figura in se cosiderata uilis erat, quia ideo dicitur: Qui cum in forma Dei esset, id est in prima figura, semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens. quę est secunda figura, de qua etiam sequitur, In similitudinem hominum factus & habitu inuentus ut homo. Cum igitur Christus esset Deus absconditus, & omnis gloria eius esset ab intus nil intus latere putabāt homines aut non tantum, ille autem ut sensuum eorū deceptionem tolleret, trāsfigurari uoluit. Dęmon in lucis angelum transfigurat se ut decipiat. Christus autem trāsfigurauit se, ut deceptionem annihilaret, & ratio huius discriminis est, quoniam Christus trāsfiguratio ab intus processit, dæmonis autē ab extra tantum. Item Christus in oratione te stante sacro eloquio transfigurauit se, quia ut oraret, dicit Marcus, quòd ascēdit in mōtem. Dæmon autem transfigurat se, ne deinceps ores, timore delusionis perterritus. Christus se transfigurat ut altius super montem ad cęlum uidelicet ascēdamus. Dæmon autem ut nos deiiciat, etiam a paruo profectu acquisito. Christus transfigurat se ut filii Dei nominemur, & simus credentes eum talem, dæmon autem ut nos dęmones faciat. Taceo nunc transfigurationem malorum monachorum, qui se in habitum sanctitatis transferunt, scilicet beati Francisci, aut beati Dominici, & anima eorum peccatrix est, mala autem in cordibus eorum. Contraria denique transfiguratio effectus habet oppositos Sed nūc quid sit transfiguratio Christi uidendum est. Si uocabulum enodamus, transfiguratio, transfiguram ire est. & cum Christus duplici constet natura ideoque duplicem habeat figuram. Primam ex patre ab æterno. Secundam, ex matre in tempore transfiguram maternam abiuit, dum se in monte transfigurauit ad paternalem figuram mirum in modum se reducens, ita quod pater ipse gratulabundus intonuit. Hic est filius meus dilectus, talis est dilectus meus, quamuis nōdum hactenus apparuerit quod est. Hanc reductionem & ipse Iesus intimare uoluit Apo- Transfiguratio.

ſtolis, cum eis præceperit, nemini dicere uiſionem do-
nec filius hominis a mortuis reſurgeret, ut ſic eorum
ad altiora irritaret intellectum, quod Marcus notans
Marc.9. ait: uerbum continuerunt apud ſe conquirentes quid
Lucæ.9. eſſet cum a mortuis reſurrexerit. Lucas autem dicit: Fa-
cta eſt dum oraret, ſpecies uultus eius altera. Ad diui-
nam pulchritudinem & ad candorem lucis ęternę mul-
tum quidem propinqua. Vnde beatus Petrus in epiſto-
la dicit, ſe in monte ſancto audiſſe uocem a magnifica
gloria. Modus autem huius mutationis facillimus fuit:
nullum enim miraculum in transfiguratione Christi
effectum eſt, ſed potius fuit ibi deſitio miraculi, quo
ignis diuinus in ſinu eius incluſus, exteriora non accen-
debat. Detentio iſtius ignis miraculoſa eſſe ſolebat: in
transfiguratione autem dimiſſus eſt naturæ ſuę, & ſic
per Chriſti faciē radios diuinos emiſit, quos antea detē-
tos tenuerat. Nunc autem interdictū deponitur quod
erat inter exteriora & interiora Chriſti, ac ſi ſol clauſa
feneſtra detineretur, ne domum Eccleſiæ clarificandā
intraret, poſtea aperta feneſtra intrante ſole trāsfigura-
tur Eccleſia de obſcuritate in claritatem. Hactenus au-
tem in ſancta ſanctorum, ſcilicet in ſuperiori animæ
Chriſti portione detentus erat ſol diuinus, nondū tem-
plum corporis ſui illuminauerat, donec hodie reuelata
facie Chriſti gloriam Domini ſpeculantur diſcipuli, ci-
licio ſe quidem hactenus cooperta erat Chriſti huma-
nitas, in cuius figura iubetur in lege, ut arca Dei ſago te-
cta ſit ambulans per deſertū, qđ quidem in ſancta ſan-
ctorum inter Cherubin minime habuit. Sic Dominus
Chriſtus diuinitatis arca dum familiariter cum homi-
nibus cōuerſatus eſt. Sago fragilitatis communis uide-
batur indutus, fatigatione & fame oppreſſus, ſed nunc
reiecit iſta & glorioſus apparere dignatus eſt inter pa-
triarchas, cuius optima figura præceſſit in Moyſe, imò
Exo.34. & ī Helia quos ob id (ut arbitror) adduxit huc. Moyſes
2. Cor.3. dum rudibus populis loquebatur, ponebat uelamē ſu-
per faciē ſuam, quæ ex cōſortio ſermonis domini Dei
noſtri

nostri ita fulgentissima erat, ut non possent in eam in tendere filii Israel. Et sic loquebatur illis ab intus: dum autem in montem legis ascendere contingebat, uelamine deposito loquebatur. Nunc Christus ipse est Moyses, qui melius quam ille habet consortium sermonis Domini, contubernium habens Dei, sermonis inquam illius de quo dicitur: Omnipotens sermo tuus Domine a regalibus sedibus uenit. Consortium hoc & contubernium, unio Dei est ad humanitatem, quæ etiam est duarum quas diximus figuram coniunctio. Ex consortio igitur tam hypostatico Christi, facies uisa est sicut sol in uirtute sua lucere. dum montem legis gratiæ ascendit qui est Thabor, ubi data est lex Euangelica quando pater dixit, Ipsum audite. Lex nostra Christus est, in tabulis cordis sic scripsit pater, quæ obseruare debemus. quia ideo in eo sibi complacuit complacentiam de nobis in eo acceptans: in eo nos acceptauit, in eo nos amplexatus est. Et forte ut differentiam faceret amoris quem Christo habuit & quem nobis, dixit: Hic est filius meus dilectus, & addidit: In quo mihi complacui, scilicet gratificans uos in dilecto filio meo. Ex hoc igitur monte Thabor descendit Christus ad dandam legem & scientiam salutis plebi suæ. Diximus etiam Heliam transfigurati Christi tenuisse figuram, qui dum in cœlum raptus est curru igneo pallium dimisit fragile, quo tamen fecit sibi transitum Helizæus per medium Iordanis inuocans Deum Heliæ. Nunc in transfiguratione, currus igneus quatuor dotibus suffultus, rapit Christum Deum & Dominum nostrum, nam ideo dicitur quod resplenduit facies eius sicut sol, & dicitur raptus in cœlum: quia gloriam quam obtinet nunc in cœlo, ostendit in monte Thabor, ubi pro tunc pallium fragilitatis dimisit, quia in nullo pati potuit. Tamen hoc pallio passionis suæ nobis aditum aperit uiamq. facit per Iordanis baptisma transeuntibus ac inuocantibus Deum Heliæ. i. patrem Christi, iuxta id: Flecto genua mea ad pa-

Helias. 4. Reg. 2.

trem domini nostri Iesu Christi. Adduxit etiam Moysem & Heliam, ut ostenderet transfigurationem futurã permanẽtiorem quam facturus erat postquã resurgeret a mortuis, quam etiam hæc præsens figurabat. Dum enim Mosem mortuum ex lymbo adduxit, & Heliam uiuum ex paradiso, quasi ipso facto dicere uoluit, Ego sum primus & nouissimus, & uiuus & fui mortuus, & ecce sum uiuens in secula seculorum, & habeo claues mortis & inferni. Hos etiã uenire fecit, ut Christi duos in mundum aduentus præsignarent, alterũ repræsentat Moses, uir equidem mansuetissimus super omnes qui morabantur in terra. Et sic dominus Iesus mitis & humilis corde, mansuetissimus agnus Dei erat cum primo uenit in carnem, non ut iudicaret, sed ut saluaret mundum. Iterato autem adueniet ut Helias homo austerus, qui cœlum prohibuit ne plueret & ab eo ignem descendere iussit super iniquos, zelo zelatus super domum Dei. O domine Iesu quid tunc erit quãdo te iubente ita cœli durissimi erunt. quòd homines arescent præ timoræ eorũ, quæ adduces super uniuersum orbem, quando ignis conflagrationis à facie tua exardescet contra refrigeratam charitatem nostrã, non ut accendatur, sed ut purgetur quasi per ignem. Nec amplius dici de te potuit, quàm illud propheticum: Furor eius ardens facies indignatione plena. Ibi orationi locus non erit sicut in monte Thabor, ibi nec Petrus dicet: Bonum est nos hic esse, quando columnæ cœli contremiscent. Nec erit nubes lucida, sed ad oculum fumus tormentorum. Nec erit uox patris in testimonium, quoniam in tanta superueniet maiestate Christus quod a minimo usque ad maximum fatebuntur eum, & experientur iudicem uiuorum & mortuorum. Vt autem hæc omnia caueatis attendite, quod etiam ii duo prophetæ duos signãt status Ecclesiæ Moses qui mortuus fuerat, statum Ecclesiasticorum qui mundo mori debent, non implicantes se negotiis secularibus: & sibi mori oportet mortificantes membra

Cur hos duos adduxit.

Apoc. 1.

Tertia rõ ad Christi duplicẽ aduentũ facit.

Quarta rõ ad duplicẽ statũ Ecclesiæ.

sua

sua quæ sunt super terram. Hic detentus loco captiuorum erat, quia Ecclesiastici infirmis ac inclusis carcere & animabus purgatorii, siue quamcunque necessitatem patientibus incumbere debent, cura hospitalitatis non neglecta. Helias autem uiuus & sanus qui de paradiso uenerat, eos significat, qui matrimonio sunt cõiuncti, quoniam in terrestri paradiso stabilitum est. Et ipsum matrimonium est locus delitiarum quas concessit Deus homini & uxori sua: caueant tamen ne eorum paradisus fiat sicut ille qui dicitur fuisse in suburbanis Gomoræ, ubi mundæ nuptiæ non custodiuntur. Hi ergo duo qui participes maiestatis Christi uisi sunt loquebantur cum domino transfigurato audientibus tribus discipulis, scilicet Petro, Iacobo, & Ioanne, qui in oratione perstiterant. Eloquium autem fuit de excessu quem completurus erat in Hierusalem usque dũ diceret. Consummatum est. Hic pondera quomodo, quando bene tibi fuerit, debes loqui atque discere futura mala quæ forte superuenient in posterum, disce qualiter ea sustinebis. Mirum equidem quòd passio Domini excessus dicatur, tamen ipsemet per prophetam dicit animæ fideli: Recordare paupertatis & transgressionis meæ, absinthii & fellis. Et statim obedientissime respondetur Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea. Cum in medio consistat uirtus, nouum est ꝙ in Christo sit excessus, tamen ut nos deficientes ostendat, ipse excedere uult. Veluti cursor qui ut alios defecisse monstret, uelociter transit metam, ut citius brauium accipiat. O beatissime Iesu, quia præsertim in Hierusalem excessum fecisti, ut menstruatas ostenderes iustitias nostras. Pax est cum his qui oderunt pacẽ, non mouere quæstionem, sed tacere sicut agnus, excessus est, Humilitas est, ut malis iudicibus obedias, sed parere tortoribus, excessus est. Eleemosyna est, pauperibus uestes conferre, sed dare etiam pellem & sanguinem, excessu est. Charitas est parcere, sed orare pro calumniantibus tam obnixe, excessus est. Et sic de sin- Thre. 3.

gulis

gulis uirtutibus Hierusalem, ad quam Petrus nolens descendere cupidus uitæ Christi respondens dixit: Domine, bonum est nos hic esse, &c. ne descendas domine in Hierusalem ubi talis imminet passionis excessus: hic, ut uideo, satis sumus à morte secure. in tabernaculo Helię erit Iacobus, in tabernaculo Mosi Ioannes, in tuo ego ipse domesticus tuus. Quid ultra quęris dñ hic bonum est esse? Petrus ut simplex sine audientia remittitur: ideo dixit Euangelista quod nesciebat quid diceret. Sed ut peccatoribus superbis qui putant bene sibi esse in honoribus, cum ibi pessimum sit præcipitiũ. Væ auaris arbitrantibus bene sibi fore in terrenis opibus, cum diuitias quas deuorabunt euomant. & ex ore eorum extrahet eas Deus. Væ prauis luxurię deditis hominibus credentibus ibi eis bene esse, cum nouissima huius uitii sint amara quasi absinthium. Væ uæ uæ habitantibus in terra & putantibus ibi bene esse, cum nõ habeamus hic manentem ciuitatem. Si ergo in illa deuotionis unda non erat bonum persistere quin cœptá glorię impleret Christus uiam, quanto deterius erit uelle manere in peccatis. Dum ergo Petrus illud retulisset, ecce nubes lucida obumbrauit eos, quæ protectio spiritussancti erat, sub qua & conceptus est Christus, & nos etiam sub ea adoptioni filiorum recipimur: hęc est nubes illa de qua dicitur. Nubes recessit quæ erat super tabernaculum, propterea quod locuti fuerãt cõtra Mosen. Super hoc, ait Origenes. Postquam in uerum Mosen idest Christum extenderunt linguas blasphemiæ, discersit ab illis nubes, & transijt ad nos in montem excelsum cum saluator transformatus est, & nubes refulgens obumbrauit discipulos. Post hoc Maria soror Aaron facta est leprosa sicut nix, donec aderat nubes, non erat leprosa. Dum enim uisitatio Dei in populo illo fuit, leprosus non fuit. Proiectio ergo Dei quæ super Synagoga (quę nunc leprosa est) esse solebat, transit ad montem Thabor, ubi lex datur gratię, ex qua nube intonuit dominus, & altissimus dedit uocem suam, dicens,

Nubes lucida spiritus sanctus est. Nu. 12.

dicens: Hic est filius, &c. usque, audite. Esaias dicit. super omnem gloriam protectio, & de protectione diuina uox insonuit, cordi Christiani pectoris exaranda: Hic est, &c. Nam in his uerbis tota fide Christiana includitur. Hic est quem uos quæritis & vultis filius meus inter uos paruulus datus vobis in filium & patrē. Dilectus est mihi, sit & uobis, quia est desideratus cunctis gentibus. In hoc mihi complacui, id est, simul placui cum alijs personis diuinis. Sic & beneplacitum uestrum in eo & viuetis, huic placete non Mosi nec Heliæ, non legi ueteri quæ signatur in Moyse, nec legi naturali quæ signatur in Helia, qui uenit ab eo loco vbi data est. Iam equidem non est salus in sola lege naturali, nisi adiungatur Euangelio. Has ergo duas lege ad Euangelium adduxit pater, vbi filius sapientia diuina moderatur sermones suos: de quo subinfertur & concluditur, ipsum audite. Quanuis præter rationem uideantur quæ dixerit, quamuis difficillima, quamuis terribilia aut ardua, ipsum audite effectualiter potens.n.est & sapiens in opere & sermone. Poterit enim corrigere malos, præmiare bonos, utrosque docere, ideo ipsum audite, non uocem alienorum. Dum igitur lucem habetis fratres, credite in lucem ut filijs lucis sitis. Nec enim frustra nubes dicitur lucida, aut Christus luce splendida fulsit, sed quia lux & est clara, agilis, subtilis, & impassibilis, uos ergo filij lucis sitis, clari per iustitiam, vndecunque se diffundentem, reddentes unicuique ius suum. Agiles per temperantiam, carnis prudentiam deponentem, quæ mors est lucique contraria. Subtiles per prudentiam sanctorum, obscura quæque & profunda penetrantem. Impassibiles per fortitudinem propter Deum omnia libenter tolerantem. Ex hac igitur uoce conterriti cadunt discipuli, fragilitatem ostendentes ad implendum mandatum, & faciles suas terræ adiunxerunt, quia notitiam & fidem cœlestium quam hic acceperunt perdituri erant quando Christus cōpleret excessum in Hierusalē. Ad utrumque tamē au-

Filii lucis.

xilium

xilium præstans Iesus ne deficerent, tetigit eos dicens: Surgite ad altiora sursum corda. Cur terrenæ cogitationes ascendunt in corda uestra, & non uos potius ad patrem meum & uocem delatam ascenditis? Ego sum s. adiutor uester, nolite timere, sed amare: amantibus enim nihil est difficile aut remissione indignum, Leuantes oculos, quos depressos habuerant, neminem uiderunt nisi solum Iesum: cui de præstita uisione gratias agentes, dicunt: Sic uidimus faciem tuam, tanquam si uideremus uultum Dei, speciosior es sole, & super omnem dispositionem stellarum, luci comparatus inueniris prior, candor es lucis æternæ, & speculum sine macula Dei maiestatis & imago bonitatis illius: quibus ipse ait, Nemini dixeritis uisionem, donec filius hominis a mortuis resurgat. Quia tunc maiora his uidebitis quò cum hæc in figura præcedunt. Prelibatio enim est nunc uobis exhibita, & futuræ glorie uobis datur arra, ad quam ex toto nos perducat ipse Dominus Iesus, qui cũ patre, &c.

De secunda dominica quadragesimæ, Euangelinm require in Feria V.

Allegoricus sermo vigesimusnonus.

THEMA.

Spiritus anxius clamat ad te, Audi domine & misere. Baruc. 3.

Innocatio ad Mariam.

Os nostrum fœtet, sed

SIut aiunt curiales negotium habens ad regem, debet obseruare ne fœtida comedat, quia si fœtet os loquentis

loquentis, prius offendet nares audientis, quàm ad aures pertingant uerba eius, sed hoc præbentibus consilium respondendum arbitror. q male fugiet oris fœtorem, qui non nisi fœtida habet cibaria. Sumus quidem nos etiam usque hodie in Aegypto mundi, si autẽ forte egressi putamur, saltem dicere cum filius Israel debemus: In mentem nobis ueniunt cucumeres, pepones, porri, cæpeque & allia. Porri peccata sunt auaritiæ, terram penetrantia. Cepæ multum phlegmatis habentes, peccata sunt luxuriæ. Alia acutè fœtentia, peccata sunt superbiæ. Hæc in Aegypto delectabant mancipia Pharaonis, & hodie alliciunt mancipia diaboli, qui sunt huius mundi uulgus. Hæc sine lachrymis non comeduntur, quia sine conscientiæ remorsu non perpetrantur mala, & tamen amantur. Si autem aliqui sunt quibus nunc hæc non placeant sicut in Aegypto non placuerunt primatibus filiorum Israel, nec ob hoc saltem in mentem uenire desistunt, quanuis non in desiderium ut illis, sed in memoriam ueniunt nobis mala quæ gessimus, & horum fœtor & recordatio multoties orationẽ nostram deprimit. Et ideo sanius arbitror Mariæ committere negocium nostrum, quæ nobis contrariam habet proprietatem: unde ei dicitur. Odor oris tui sicut odor malorum. Nam sanum & odoriferum reddit erga Deum quod sibi committitur, & quia tale habet Maria os, consecrata est ut Deum exoret: unde dicitur, Os suum aperuit sapientiæ, scilicet Dei & lex clementiæ pro miseris in lingua eius quia clemens est, & pia, & clementissimum reddit Deum: unde ad eam pro gratia dicite. Aue.

Os Mariæ rad. let. Nu. 11.

Tria peccata.

Prou. 3.

Argumentum dicendorum.

IN hodierni sermonis initio uidere cœpimus quomodo filij Dei egressus est multiplex, & omnes tanguntur in hoc quod pater æternus dicit filio: Egredere de terra tua & de cognatione tua, & de domo patris tui,

Gen. 12. Egressus Christi triplex ẽ. Ecc. 1.

tui,& ueni in terram quam monstrauero tibi, faciamque te in gentem magnam. Terra filij Dei. patris diuinitas & substantia est: de qua dicitur, Terra autem in æternum stat. Aeternum, dicitur quasi extra terminos, quia interminabilis est substantia deitas. Ergo à patre egreditur filius, dum in mundum uenit. Egreditur etiam à cognatione sua, quæ sunt angeli, quia eos non apprehendit, sed semen Abrahæ. Est ergo minoratus paulominus ab angelis, quando ab eis egreditur, Cognatio dicitur domus patris eius, scilicet Synagoga, à qua etiam egredi iubetur ut ad gentilitatem deueniat, ubi in gentem magnam per fidem eos magnificantem uenit Christus, immo & quotidie ad animas iustificandas uenit, sed nunc in præsenti sermone de prima egressione qua uenit in mundum agendum est, qua & nos ire ad ipsum poterimus, si anxio spiritu clamamus ut misereatur.

Egressus à patre.

Quoniam secundum sanctum Tho. filius Dei habitu non esset inuentus ut homo nec per assumptam humanitatem egressus esset à cœlo, nisi primus homo peccatum perpetrasset, iō aliquid de prima egressione dicere oportet, ex eo ꝙ secundæ causa extitit: pro quo aduerte quòd secundum Scotū bene egressus esset homo filius Dei, etiam non peccante Adam: tamen tunc nullam assumeret pœnalitatē, nec leprosi habitu inueniretur. Iā ergo nota ꝙ locus, à quo filius Dei est in pręsenti Euange. egressus dicitur Genezareth: & interpretatur hortus siue protectio principis. Ab horto uoluptatis egressus est primus Adam, ut secundus egrederetur à protectione principis diuini, qui est pater, quem Dio. uocat principale lumen, & etiam uocatur ab eo principalis deitas. Ab huius principis paterni protectione egressus Iesus, dicebat. Deus Deus meus ut quid dereliquisti me? Dum bis Deum uocat unionem denotat naturarum, & quasi dicit: Cur me Deo unitum derelinquis? plusquam hominem derelinquis. De primi ergo egressione loquendo quanuis proprius Adam dicatur eiectus à paradiso quā egressus, tamen quia non eijceretur corporaliter, nisi

prius

prius ipſe egrederetur ſpiritualiter, dicitur de eo, Tollatur impius ne uideat glo. Dei. Si impius non fuiſſet, nõ tolleretur inde, ſed aſſumptus eſſet ad gloriam Dei antequam moreretur, tamen iam eiectus & egreſſus non ſtatim periit, ſed conſeruauit illi Deus miſericordiã ſuã, ne diuina fruſtretur intentio & remedium extitit ut ab extra clamaret unde ait thema. Spiritus anxius clamat ad te, Audi domine, & miſerere ait ergo Adã: Miſericordia domini quia non ſumus conſumpti ſtatim ut peccauimus in horto, ſi ergo domine radicẽ ſpei in corde noſtro dimiſiſti, audi, & miſerere.

Paradiſi ianua ictu peccati clauditur, clauis intus mãſit, & ideo niſi filius Dei q aperit, & nemo claudit egrederetur, ille regredi non ualebat unde ad hoc ait, Quis mihi te det fratrem meũ ſugentem ubera matris meę, ut inueniam te ſolũ foris, & deoſculer te, & iam nemo me deſpiciat. Apprehendã te & ducã in domum matris meę & in cubiculum genetricis meę. Cum tota dignitas hominis ſtet in hoc q ſit filius Dei per gratiã, & nobis hoc à Chriſto proueniat, iuſte ait Quis mihi te det fratrẽ meũ. ſ. factũ, nã ante non erat frater noſter, donec carnẽ noſtrã aſſumpſit ex matre nr̃a Maria, cuius ubera ſuget, quia beatus uenter q te portauit, & ubera q̃ ſuxiſti: Regesq; inuenerunt, filiũ Dei factũ fratrem nr̃um, & ſugente ubera matris Mariæ cũ quibus Salomõ eſſe optauit quando hanc cecinit prophetiam: Mater etiam noſtra Ecleſia eſt, cuius duo ſunt ubera, duo teſtamenta, quæ Chriſtus ſugebat dum ea populo prædicauit mollia, exprimens q̃ ſub cortice literæ latuerant, & ea quaſi infantibus dedit, quos genuerat Deo in oſculo ſancto doctrina. Nam tunc deoſculamur Chriſtum, quando ab eius ore doctrinam & ſacræ ſcripturæ expoſitionem recipimus. q̃ dicitur os eius quod interrogare iubemur, alioquin dicetur nobis. Os meum non interrogaſtis. Ex his copertum tibi erit illud Cantic. initium. Oſculetur me oſculo oris ſui, quia meliora ſunt ubera uino, flagrãtia unguentis optimis: Vbera ſunt teſtamenta flagran

Canti. 8.

Magorũ fœlicitas

tia unguentis optimis, hoc est sensibus multis Vinum, scientia philosophica est, & secularis quam excedit. Os Christi lacte plenum est pro paruulis, quando scripturam propinat populis. Oris eius osculum propria prædicatio est, quam exercuit foris in terris uisus, & cum hominibus uersatus, & per hanc homines sibi coniungit fidem ei adhibentes. Sed solum eum sponsa inuenire desiderat, ut nemo amplius eam despiciat. Solus dicitur Christus inuentus in carne, non pater, non spiritussanctus, sed solus filius, q. terminat unionem assumptæ naturæ, quam nemo iam dispicit, non dæmon qui fuerat in causa egressionis Adæ, quoniam eũ superat Chananæa eiusque caput cõterit. Nõ angelus Paradisi claui custos, qui seruat regressionis uiam, quia iam apertũ est ostium in cęlis. Non Deus qui Christum exaudiuit pro sua reuerentia, quanuis antea hominem à Paradiso eiecerat. Hunc ergo filium Dei apprehendere uult pater orbis terrarum Adam brachijs charitatis & fidei, ut illum ducat in domum cœlestis Hierusalem, quæ libera est & mater nostra sursum habitans. Cubiculum huius gloria sanctorum est, qui lætantur in cubilibus suis. Ad cubiculum gloriæ intrare non poterat homo sine Dei filio, & eum uocauit ut secum regrederetur in domum æternitatis suæ: quia solum de triclinio fœminarum ad regis cubiculum transibant: hoc est de fide trinitatis ut agit gloss. Et nulla uirginum ingressa est ad nuptias sine sponso, nec nos regredi cœlum ualemus sine Christo à cœlo egresso: de quo ait Euangelium, Egressus Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis. Si Genezareth secundum Abulencem est locus a quo egressus est Iesus, & interpretatur protectio principis, non paruam putes hanc protectionem quia de ea Esaias ait. Super omnẽ gloriam protectio. Magis pater debuit protegere filiũ dilectionis suæ, quam gloriam omnium sanctorum, Et tamen propter nos nullum minus protexit in passione sed nondum tempus illud aduenit. Nunc solum egreditur sicut fluuius à fonte paterno, ille cuius egressus ab initio

Filius Dei dignificat nos.

Hoster. 2.

Esaias 4.

initio à diebus eternitatis. Sine præcisione à suo fonte egreditur Iesus in partes Tyri & Sidonis, qui totum haet cœlum terramque implet. nunc secedere uult in partes nostras quas ipse nobis cõtulit. Egressus a patre per generationem, mansit in patre per circumincessionem, tamen secessit ab eo per carnis assumptionem. Sed nunc uidendum est quæ sint partes nostræ ad quas Iesu secessit. Ex duabus partibus constat homo, anima uidelicet & corpore quia anima & caro unus est homo, in has secessit Iesus eas sibi uniens, & se uniens eis. Hæ duę partes sunt Tyrus & Sidon. Et si aliqui theologi ponant solam & unicam unionem in Christo, qua unit sibi animam, & caro mediante anima secundum illos, dicatur unita. melius dicitur cum Scoto duas esse uniones in Christo, quas terminat filius Dei unitus animæ & carni nostræ. Anima figuratur in Tyro, caro autem designatur in Sidone, unde Tyrus interpretatur figuratio, quoniam Christi anima bene figurata est ad imaginem & similitudinem Dei. Nec immerito anima Christi in abstracto dicitur figuratio. Nam quanuis quælibet anima sit figura & imago Dei, hæc potest dici figuratio eius, ex eo quod semper intime unitur suo exemplari in eandem imaginem Dei transformata, conformata, & (si fas est dicerere) informata. unde Christi anima, quanuis sit eiusdem speciei cum animabus nostris, tamen principatum tenet inter Dei figuras, ideoque dici ualet figuratio, & ab ipsa formalitate potest denominari qua ipsum uerbum Dei imbuit. Sidon dicitur uiaticum, & est caro nostra iam facta Dei, quando uerbũ caro fectum est, ut nobis esset cibus in uia hac qua ad cœlum usque ambulamus. Carnem suam uenit dare nobis in cibum ut carnem tuam serues pro sua reuerentia, & mundus mundissimo corpori socieris Christi, unde secedere in Sidonem se fieri cibus eorum qui fame spirituali peribant rugientes & quærentes à Deo escam sibi & dicentes, uiri tabernaculi Dei. Quis det de carnibus eius ut saturemur. Sidon etiam interpreta

Partes Christi anima & caro.

tur uenatio quia cum carne sua venatur nos, q. ait: Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in illo. Ecce commutatio dexteræ excelsi, vbi mira circumincessio fit per Eucharistiam, dũ nos manemus in Christo & Christus in nobis, nos in Deo, & Deus in nobis. Nullibi est circumincessio, nisi in trinitate & in sumente digne Eucharistiã: unde ideo dicitur post cœnam institutionem eius. Sint unum ò pater sicut ego & tu unũ sumus. Egreditur ergo Deus nunc ad uenationem signaculo carnis suæ. in qua ligat amotos uinculis charitatis captos Dæmon uenatur peccatores mendacij signaculo, scilicet cæpe rubeo, ut postea faciat eos flere comedendo cæpas. Iam ergo quanuis hæc ab æterno ordinata essent effectui mancipari non poterant, nisi Chananæa egrederetur ad filiũ Dei, quoniam & si patriarcha Isaac iussit filium egredi foras, ut ei de sua uenatione afferret, non tamen eam accepit, donec per manus Rebeccæ conderentur hœdi quos libenter uescitur pater ampliori dilectione complacens in eis quam alibi, quia nulla alia plus pater æternus creata diligit, quàm hæc, quibus refectus est. Oportet igitur quod Chananæa egrediatur à finibus nostris dicens, A finibus terræ ad te clamaui, dum anxiaretur cor meum in petra exaltasti me. Quanuis totos hic Psal. literali quadret & optime Chananææ de qua sermo primus locutus est, tamen uersus iste mystice Chananææ quæ est Maria admodum conuenit, pro quo nota finem pro perfectione accipi quia finis legis est Christus. Vnde duæ sunt uirtutes seu perfectiones Mariæ quæ magis faciũt ad negocium incarnationis, uidelicet humilitas & uirginitas, prima decorabat eius animam, secunda corpus quæ etiam fines eius sunt, & potiora bona quibus infecruit filio Dei. Caro nostra non prodest quicquã, sed caro Mariæ multum per omnem modum: ideo ambo isti fines eius notantur cum dicitur, A finibus terræ, quia nil melius erat in terra. Sed qualiter clament uidendũ est, pro quo aduerte, quod quemadmodum uitia contraria

Euchari stiæ.

Duo hędi optimi sunt caro & anima Christi

Psal. 60.

traria uindictam expostulant, apud Deum pari forma uirtutes istæ etiam tacendo clamant præmium & misericordiam. Luxuria. Sodomæ uoce grandi ascendit ad Deum, & superbia nostra & dæmonū uoce maiori ad ipsum pertingit. Qui attentior est ut præmium reddat uoci uirtutum, quam uitiorum ut uindictam capiat. A finibus ergo terræ ad te Deus clamat Maria cuius humilitati tantum dedisti ꝙ subiungat, Dum anxiaretur cor meum expectans consolationem Israel, in petra exaltasti me. Petra autem erat Christus cuius mater fit Maria, & sic in eo exaltatur tanto filio decorata, & maternali authoritate ditata. De hac ergo ait thema: Spiritus anxius clamat ad te, audi Domine. & miserere. Sed hoc clarius ponitur in Euange. dum sequitur, Et ecce mulier Chananæa ò finibus illis egressa clamauit. Chananæa dicitur negociatrix & de Maria canitur quod bona est negociatio eius, quæ facta est quasi nauis institoris de longe portans panem suum Christum, quem non est bonum mittere canibus, quia panis est filiorum. Clamor eius dicit Miserere mei Domine fili Dauid, quia filia mea male à dæmonio uexatur. Mater misericordiæ misericordiam petit, quæ non solum misericors est sed in ipsam misericordiam uidetur conuersę de ea equidē dicitur, Sicut oliua speciosa in campis. Speciosa ut nos alliciat ad se, & in campis ut omnibus liceat ad eam accedere: q̃a omnibus omnia facta est. Petit misericordiam primo ut citius detur quod abundantius habetur: unde tanta est misericordia Dei, ꝙ omnia quæ fecit misericordia impleuit: unde dicitur, Misericordia eius sup̲ omnia opera eius. Hæc superexaltat iudicium, ubiq; diffunditur & superfluit. In altioribus altiorem collocat sedem: unde optima auium aquila prædam sequentibus imparitur. Leo animalium rex parcit prostratis. Rex apū caret aculeo, sol potentissimus planetarū, totū se uideť effundere, & angelis nō tribuitur uindicta hostiū nec peccatorū, ut ait Thomas: sed malignis spiritib. unde omniū, rex tā clementissimus est. Et roboratus est

Clamor uirtutū Mariæ.

thonus eius clementia ita, quod de iustitia punitiua dicatur. Gladium, scilicet iustitiæ Dei euaginauerunt peccatores, irritando eum ad feriendum, & ipsi se iugulant, Petit ēt misericordiā Maria, quia citius datur quod rectius petitur, unde cum panno menstruatæ comparentur omnes iustitiæ nostræ, nil amplius est nobis opus quam misericordia. Ergo miserere mei filii Dauid inspice misericordias Dauid fidelis patris tui Chistus libentius dat misericordiam quam alia. Primo, quia ex seipsa diffundit. Secundo, quia plus eam uult præstare Tertiò, quia ea plus indigemus. Quartò quia huius datio eum plus extollit. Quinto, quia ex genere clemens est. Sed uideamus quid patiatur Chananæa nostra quæ tantum instat. Filia mea male à dæmonio uexatur. Ecce miseria, & quę est filia tua? Quis iam ignorat fratres quoniam omnium bonorum mater est Maria mater misericordiæ? Mater itidem est Maria Ecclesiæ Dei quæ sub eius pedibus in forma lunæ describitur, ut quādo insidietur diabolus calcaneo eius, conterat caput suum Pro Ecclesia ergo & omnibus fidelibus orat Maria dicens, Populum tuum Dómine humiliauerunt, & hæreditatem tuam uexauerunt. Hæreditas Domini Ecclesia est, cuius uexationes quotidie audimus unde pro ea orandum est, quia mala uexatio abiicienda & bona amplectenda est: ibi nota quod est uexatio dans intellectū, quia Deus aliqua permittit, ut in eis erudiat Israel. In paucis uexati dicuntur sancti, & multis bene disponentur. Mala uexatio est duplex scilicet uniuersalis totius populi & particularis cuiuslibet animæ. Legitur in Iosue quod propter Acham totus populus uexabatur & Acham interpretatur cōturbans, est Adam latro in Paradiso, ob quod eiectus est inde: unde anathema Hierico dicitur id pro quo uexatus est populus, & anathema maledictionis est illud: Maledicta terra in opere tuo. Propter hanc uexationem anathematis, cuncta mala populo Dei proueniunt, quæ initiata est in collocutione Euæ & serpentis, & remedium incepit in collocu-

Vexatio duplex Iosuæ 7.

Textus.

tione

tione Mariæ & Dei filii serpētis ænei. Dei filius dicitur hic filius Dauid, ut patrem misericordiarum imitetur & Deum totius consolationis. Ad filium pro generali uexatione naturæ humanæ filiæ suæ clamat Maria: ubi nota quod quamuis omnia mala ex peccato originali scaturire dicantur in quo totus populus uexatur, quilibet propter peccatum suū uexatur male a dæmone, in quo absente peccato originali etiam uexareris, non solum male, sed pessime. Et nunc si seniis, uexaris. Aliquando .n. inflatum te facit dæmon per superbiā. Aliquando per auaritiam te deiicit in terrā, puluerē & lutū quibus huc & illuc agitaris reuolutus Aliquādo te in luxuriæ ignē turpem proiicit, & immittit. Aliquando tibi tortū facit os, & non rectis aspicis oculis per inuidam. Aliquando te facit spumare per gulam. Aliquando stridere dentibus per iram, pede manuq; ferire. Aliquando te reddit ponderosum & immobilem ad bonum per accidiam.

Peccatorū uexationes.

Omnibus his malis uexationibus peior est uexatio non sentire quod uexaris: nam si sentires forte non consentires, nec multum tempus haberes. Pro omnibus sic uexatis animabus Maria clamat Filia mea male a dæmonio uexatur. Nec mireris peccator, quod tibi obiiciam Dei genitricem, quia sicut inter Papam & Imperatorem siue inter reges conciliandos solent interuenire magni uiri sic inter te, & Deum imo multo maiores sunt negociatoras tui. Maria mater misericordiæ uidelicet, & sancti, & prædicator, & confessor, & imo sacerdos, & quilibet iustus & tanta est malitia tua quod sequitur in Euange. Non respondit ei uerbum. Non respondetur dum uerbum Dei differtur, in quo est salus & liberatio nostra: quia de ipso dicit. Misit uerbum suum & sanauit eos, & de internitionibus eorum liberauit eos, confiteantur Domino misericordiæ eius cum autem patri dicatur, Tu uero distulisti Christum tuum Opus fuit quod Maria instaret precibus, quæ etiam sanctos solicitabat ut eam adiuuarent, sicut Iudith sacerdotes Bethuliæ; unde sequitur in Euange. Accedentes

Textus. Psal 106. Psal. 88.

Textus. discipuli rogabant eum dicentes, Dimitte eam, quia clamat post nos Discipuli interpretatur missi & sunt patriarchæ & prophetæ qui ad te Hierusalē missi sunt, qui suffulti Mariæ precibus Deū ex lymbo portant dicētes Dimitte eam, quia clamat post nos, quasi dicat, expeditā eam fac, imple desiderium eius. Non paruæ humilitatis indicium est, se Mariam ad sanctos conferre, ut cum ea orent: unde nota quòd ly post nos dupliciter capitur, uidelicet tēpore & dignitate. Et utrumq; facit, ut Mariæ desiderium impleatur: nam dum ipsa uenit, iam nō erat propheta nec uisio, taliter quod putabant Iudæi qđ eos Deus iam amplius non cognosceret, & ipsa recenter ueniens Deum exorat, amicos Dei & prophetas constituit Ioannem, Elizabeth, & Zachariam: unde recte dicitur, Melior est finis orationis quam principium. In fine dari solet quod proponitur in principio Sancti petierūt in principio saluatorē, Maria in fine, cum cōuenit plenitudo temporis, petit salutem, id est, esum, ei data est salus, & nō illis, ergo melior est finis orationis quam principium. Optima ergo causa implendi Mariæ desiderium est: quia clamat post patriarchas & prophetas. Secundo ly post nos intelligitur, ac si dicant, Dignior nobis est Maria ut sibi hoc auxilium & mercedem præstes, quia post nos dignitate, sanctitate, & singulari gratia facta est. Nam cum Maria supergressa sit uniuersa congerie sanctorum, & dignitas orantis multum ad orationem faciat, digna est aperire cœlum & inde filium altissimi egredi facere, qui aduentum suum differēs ait: Nō sum missus, nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. At illa uenit &c. Ante secula diffinitum erat ut filius Dei mitteretur ad eruendos prædestinatos. Pro quo nota ꝙ Israel dicitur uidens Deum, & est domus illa cœlestis a qua omnes nos per peccatum sicut oues errauimus. Pastor bonus missus est pro illis relinquens alias in deserto: sed cum Maria & omnes iusti, dum sunt in uia ꝓ omnibus (etiam reprobis) orent, non immerito dicitur illis quod non est missus Christus pro hœdis domus

Incarnatio petitā ab omnibus.

Eccle. 7.

Textus.

dia-

diaboli, ſed pro ouibus, quæ perierunt domus Iſrael. Non autem pro illis qui ſicut oues in inferno poſiti erunt. Vnde ſequitur in Euã. At illa uenit & adorauit eũ dicens, Domine adiuua me. Venire ad Deum, eſt inſtando digne accedere ad ipſum, taliter quod mereamur petitam impetrare mercedem, ut dignus ſit orans mercede ſua unde ueniſſe dicitur ad Deum Maria quia digne acceſſit ut mater eius fieret & digna domus dei facta eſt. Oratio Mariæ quia dixit, Domine adiuua me, communis eſt, quia id pro quo orat eſt cõmune bonũ & adiuuari deſiderat ab adiutore forti de quo dicitur Adiuuit pauperem de inopia, & poſuit ſicut oues familias. Pauper eſt populus humanus & gentilis, ex quo plures Chriſtus familias ſaluare decreuit, eas ſicut oues mites ſuis & ſuo ouili adnumerans, ob meritum Mariæ quæ ſecundum Scotum accelerationem incarnationis meruit. Vbi aduerte, quod Deus ſua negocia tribuit eis qui de talibus anxii ſunt quod patet in Iudith, quæ nimis anxia de liberatione Bethuliæ, meruit liberatricem fieri ſic equidem Maria plus quam iuſtus Simeon expectabat, & petebat ſalutem Iſrael, & ſalutis huius uas fieri meruit: tamen prius ei dicitur in Euange. Non eſt bonum ſumere panem filiorum & mittere canib. Fili Dei dicũtur angeli, & filiæ dicuntur animæ ſanctæ unde ait propheta. Filii tui longe uenient, & filiæ tuæ de latere ſurgent. Angeli prædicantur de longe Chriſto ueniſſe, quia ante eius paſſionẽ redempti ſunt & præuiſi in ſanguine agni occiſi ab origine mundi. Et de longe ueniũt, quia cum Chriſto minorem cognationem habent quã nos. Animę aũt quia eis nõ eſt aperta ianua, niſi aperto latere ſaluatoris dicuntur ab eo ſurgere, ſcilicet ad Dei uiſionem. Angeli ergo habent facialiter uiſum panem uiuum uitæ & intellectus. Vitæ inquam, quia diuinus eſt & dat etiam eis uitam gloriæ. Et eſt intellectus, quia notitia intellectiua, patris dicitur. Hunc panem qui eſt deitas filii Dei non uidetur bonum, ſic dari canibus, qui ſunt praui homines. Nunc uidendum eſt qualiter

Pſ. 106

ho-

homines canes sunt Quinque sunt canum differentiæ, qui dicuntur hispanè. Peos rauiosos mastines, galgos.lebrelos.gozque,opeillos defalda, Latine autem.canis rabidus, canis pecuarius canis gallicus, canis leporarius, catellus. Primi sunt homines blaspbemi qui etiam proprium dominum mordēt & asserunt pro,se illud: Hper ro conrauia muerde asudue non, ac si Dominus mulcti dus esset ob eorum iracundiam dæmoniacam Similes sunt his imprecantes maledictiones'qui nunquam desinunt anethematizare & iurare. Hi reiiciunt culpam suam in Deum,nulla ratione ducti,nec modo sed agitā tur bili furentes in Deum suum. Alii sunt detractores secrete & pubiice, qui nil alio nisi fœtidis & morticinis pascuntur.i.aliorū peccatis. Hi per uicos & plateas ducentes totam diem ociosi, latrare non desinunt contra operatios. Alii uero sunt adulatores qui dicunt euge euge animæ nostræ. Horum lingua concinnabat dolos ut captent fauorem & ut decipiant, quia ò homo qui te beatum dicunt,ipsi te maledicunt ait scriptura. Alii autem sunt illi,qui per fas uel nefas seruiunt dominis,radentes uel sufflantes pilos qui uolunt soliciti & diligentes haberi perpoliti & nitidi. Dominis inseruite, bonū opus est,sed oportet aliquando in faciem ei resistere,si reprehensibilis est de quo ipso Deo dante postea gaudebit, sciens quod excelso excelsior est alius. Vltimi sunt catelli canes parui ad oram uestimenti Christi iacentes sine dolo mundi & amabiles. Ora uestimenti Dei,caro, eius est,& fama quę mansit in terra:quam si tangis per fidem, saluus eris, & amplius si adhæreas & opere sequaris quia fides sine piis operibus mortua est.Iam ergo ait Christus. Nō est bonum sumere panem filiorum & mittere canibus.Sed hoc concedens Maria,ait:Etiam Domine. Sed uult quod detur medium, dicens: Catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum.quasi dicat, Bene quod nō detur hominibus ipse Deus qui panis uiuus est, detur tamen mica humanitatis eius. Et sic factum est. dum sub mica panis Deus ipse ponitur

in altari nostro, merito Mariæ quæ de longe attulit panem suum micas factum, pro nobis catellis: unde hoc medium adinuenit Maria prudentia sua uidelicet quod nobis pueris det noster Deus micas sacramentorum suorum propter quod ipsam extulit, dicens. O mulier, quia hæc est illa cui dicitur, Quid mihi & tibi mulier? Magna est fides tua, quia beata quæ credidisti, magna quidem credidisti, sed perficientnr ea quæ dicta sunt tibi a Domino, qui ait, Fiat tibi sicut uis. Sed quid uis, o mulier, ait Deus. Quod fiat mihi secundum uerbum tuum. Primus est pater. Secundus est filius. Fiat sic mihi secundum uerbum tuum, quod sicut naturaliter genitũ est post te patrē suum, sic a me naturaliter generatum sit, post me matrem suam. Sanata quippe est filia eius ex illa hora incarnationis, qua Deus salutem dedit in manu fœminæ, & operatus est salutem in medio terræ uirgineæ. Tunc dicitur sana Ecclesia, immo & mundus aptitudinaliter & in spe, quoniam si aduentat quidem optimus ad nos medicus. putamus obtinuisse salutem. Tũc ex illa hora Iesus, qui interpretatur salus, medicus noster factus est, talis quod nullam potuit ĩfirmitatem incurrere. Ipsa salus medicus noster fuit ut omnes amplius sperarent. Tunc etiam caro Mariæ quæ est filia eius. quamuis nunquam à dæmonio uexata, ex tunc, sanara est ad integrum, quia cōfirmationem obtinuit in bono ne amplius timeret infirmitatem peccati, quam & si nunquam incurrerat, incurrere forte poterat. Nil ergo restat fratres, nisi quod simus sub mensa Dei (quæ est ecclesia) per fidem ubi sunt micæ sacramentorum. Suspendium eligat anima nostra ad opes & integrum panem Dei interea tamen ut catelli clamemus pro pane: ita ut dici de quolibet nostro ualeat thema. Spiritus anxius desiderio per suspiria clamat ad te, audi Domine, & miserere, dans gratiam in præsenti, & gloriam in futuro, ad quam &c.

Secundæ feriæ secundæ dominicæ quadragesimæ, Euangelium.

IN illo tempore, Dixit Iesus turbis Iudæorum, Ego uado, & quæritis me, & in peccato &c.

Sermo trigesimus.

THEMA.

Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis. Ioan.8.

Inuocatio, ubi agitur quomodo Christus exaltatur à patre, ad angelorum utilitatem æternaliter: & exaltatur à matre tēporaliter ad nostram gratiæ prouisionem.

Deus exaltatur ĩ Maria solio tuo.

PRima persona humana quæ filiũ Dei exaltauit fuit Maria: humana inquam, quia persona patris diuina æternaliter exaltauerat eum: quando per ęternam generationem eum æquauit sibi, de qua exaltatione, sic sublimiter loquitur Apost. Paulus ad Hebr. Qui cum sit splendor gloriæ usque sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. tanto melior angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit. Post mirificam exaltationem istam, qua in splendoribus sanctorum illuminãdorum genuit eum pater, uoluit quod etiam mũdo luceret, & quemadmodum per primam exaltationem habebat meliora cœli: melior angelis effectus .i. genitus, sic per secundam haberet meliora terræ, melior cunctis hominibus conceptus: unde propheta Esaias dicit: Vidi dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum, & plena erat domus a maiestate eius. Solium hoc fratres mei beata uirgo est, excelsa per meritum, & eleua-

Heb.1.

ta per gratiam, quo Dei filius eleuatur: nam in Maria & per Mariam non operatur nisi secundum suam misericordiam, quæ est super omnia opera eius, & non secundum deiectionem, peccatorum nostrorū: quod sentiens Hieremias ait: Ne des nos in opprobrium propter nomen tuum, neque facias nobis contumeliam. Solij gloriæ tuę recordare, ne irritum facias fœdus tuum nobiscum. Vt nos honoraret Deus, accepit ex bonis beatam uirginem solium sibi, in qua cognatus noster factus est cui promisit se bene nobiscum acturum, & ideo deprecatur Hieremias, ne irritum faciat fędus cognationis & amicitiæ, quod propter solium sibi præstitum tam bonum pactus est. Tantum Dei filio placuit istud solium, ut sola eius recordatio eum placatum reddat unde cum uos fratres Deum ad iracundiam excitatis, orate cum Hieremia dicentes, Solii gloriæ tuæ, recordare Domine. & tunc si iratus fueris, misericordię recordaberis, nosque ad implebis gratia, ob quam Esaias subiunxit. & plena erat domus à maiestate eius. Propterea sedit deus in Maria ut nos adimpleret gratia, quia non sibi soli eam acquisiuit, sed nobis, & omnibus inuocātibus nomen suum: quod Salomon contemplans, ait: Sapiēs mulier ędificat domum suā. Ecce quomodo toti Ecclesiæ beata uirgo ædificationem acquisiuit gratiæ, quam & nos pr mo sermone præsenti obtinebimus, si genibus flexis ei offeramus, Aue Maria.

Hie. 14

Proue. 14

Argumentum dicendorum.

IN hoc argumento datur ratio cur Iudæi prauè capiebant uerba Christi, & ostenditur quod, ut optime intelligant, debent exaltare filium hominis. i. intellectū ut ait beatus Thomas, omne quod recipitur, per modū suscipientis recipitur, patet in substantia terræ, quam in uno eodemque horto diuersæ radices (quæ dicuntur os arboris) suscipiunt ac sugere uidentur, tamen fructus arborum eiusdem horti sunt uarii saporis, cum

idem

idem sit succus terrenus quo nutriuntur. Si autem huius diuersitatis rationem exigas, dicetur tibi, quod diuersitas recipientium est in causa, quia omne quod recipitur, per modum suscipientis redigitur ad aliam formam quasi auulsum a sua natura, & in suscipientis formam redactum. Patet hoc etiam in Euangelio præsenti ubi cum Dominus de uia uitę æternę, de uia ad uitam ęternam, quam uelut bonus uiator ambulabat, loqueretur, ad quam morientes in peccato minime perueniũt. Pharisæi redegerunt ad formam suam saluatoris sententiam. Forma eorum erat mors Christi qua suspensi tenebantur cogitabundi, ut eum morti traderent. Vnde rationabiliter qui de morte Christi erant solliciti, quomodo sibi mortem infligerent audire merentur. Quæritis me, scilicet occidere, & in peccato uestro moriemini. q. d. ego non moriar uestra solicitudine, sed uos. Isti ergo informati morte Christi, ad eam conuertunt eique aptant quicquid audiunt intelligentes illud per modum suúm, ideoque dum Christus. diceret. Ego uado, scilicet ad uitam æternam, quo uos non potestis uenire. Statim illi ad modum suum capientes uerba Christi dixerunt. Nunquid interficiet semetipsum? quia dicit, quo ego uado uos non potestis uenire. Videns Christus sic eos intelligentia prauos, dixit uerba thematis. Cum exaltaueritis filium hominis, cognoscetis quasi dicat. nunc omnino uos ignaros uideo, ac intelligentia prauos, sed adhuc poteritis capere, si filium hominis exaltaueritis. Filius hominis est actus humani intellectus, nam si noster intellectus non habet pro patre rationem lumine fidei formatam, orbatus manet sine patre docente, si autem patri luminum, id est, intellectui, fide formato adhæreat nostra indagatio, luculenter cognoscetur doctrina Christi, quoniam Psalmographus ait. Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus, homo spiritum est sollicitudo ingeniosa, quæ ad cor altum ad illuminatam ab alto rationem accedere debet, & tunc Christus Deus exaltabitur pariter

Fides deũ exaltat, & nos.

te in opinione nostra, & in æstimatiua iudicii nostri, unde optime ait: Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis, quasi dicat, modo non cognoscitis, quia de hoc mundo est dictamen intellectus uestri, de altero æterno nihil curatis, sed cum exaltaueritis intellectum uestrum, ut quæ sursum sunt sapiat, tunc cognoscetis.

In priori sermonis parte oportet inferre thema diuinis personis, quia cum exaltauerint hominem Christum cognoscent, id est, cognosci facient gloriam suam, quanta sit & qualis salus eius. In posteriori uero parte inferam thema uobis, ostendens quibus modis Deum exaltare potestis, ut uos exaltantem eum cognoscatis. **Diuisio.**

Cum Christus in Euangelio præsenti se dicat de supernis segregans se a peccatoribus, qui dicuntur filii huius seculi. Est enim de patre per generationem, & de filio per hypostaticam unionem, & de spiritu sancto per gratiæ consummationem, unde beata trinitas ait: Ecce intelliget seruus meus exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit ualde. Sicut obstupuerunt super te multi, sic inglorius erit inter uiros aspectus eius, & forma eius inter filios hominum. Hæc de Christo refert Esaias, qui Deus existens in deitate assumpsit formã serui in humanitate: ideo ait, Ecce intelliget seruus meus uidelicet, uoluntatẽ patris, unde sæpe in hoc Euãgelio asserit Christus patris archana rimasse, ideoq; concludit, Sicut docuit me pater loquor, & quæ placita sunt ei facio semper. Scientia enim Christi practica erat dirigens eum ac mouens in patris uoluntatem adimplendam, nam propterea dixit beata trinitas cuius est Christus, Ecce intelliget seruus meus ac si dicat, ecce quia intelliget qualiter sit seruus meus. intelligentia infusa faciet eum seruum fidelem, & meum non alterius. Hęc scientia Dei (quam Christus in præsenti eloquio se dicit habere) non solum captiuat intellectum & linguam eius in obsequium trinitatis, sed totũ hominem **Prima pars.** **Esa.52.** **Christus est de supernis.**

ac

ac singula Christi membra, ita ut quemadmodum asserit a semetipso nihil faciat, nil motu scientiæ diuinæ. Cum scia Dei sit cā rerum, nemo mirari debet, propterea quòd Christum agat, atque totum sibi subiiciat, quia eius agi habenis, summa libertas est. Scientia quæ non deseruit ad hoc ut quę placita sunt Deo faciamus semper, non est Dei, sed illorum qui tulerunt clauem scientię, non ut intrarent, sed ut arcerent se & alios ab introitu, quales sunt legisperiti, quos in hoc Euang. Christus arguit. De isto ergo seruo Dei omnia intelligente dictū est: Exaltabitur, scilicet à patre. & eleuabitur. scilicet a filio, & per spiritum sanctum sublimis erit ualde. Sed exaltationes istæ supernæ sunt, de quibus se Christus dicit, & non mundo, unde propterea Esa. addidit, Sicut obstupuerunt super te multi, scilicet angeli, ut patet in eius natali, ubi ad honorem sublimitatis Christi, gloriam in altissimis Deo cecinerunt. Tamen huic mundo de quo se dicit Christus non esse, minime patuit exaltatio eius, ideoque propheta subintulit, Sic inglorius erit inter uiros aspectus eius, & forma eius, inter filios hominum. Ecce quomodo Christus notus est angelis, & tñ quantum ille nouerunt eum, tantum eum ignorant Iudæi, unde nec mirum quòd dicat Euangelio. Non intelligebant quòd patrem sibi dicebat Deum. Dum ergo uerba thematis dicimus trinitati, uidentur manifeste esse completa, scilicet, Cum exaltaueritis in oculis nostris filium hominis Christum hominem, tunc sane cognoscetis fidem nostram. Vnde ad hoc statim obuius respondit Zacharias noster dicens. Et erexit cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui, sicut locutus est per os sanctorum qui a seculo sunt prophetarum eius, salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos. Vt ait beatus Bonauentura super Lucam, Christus est cornu salutis impletum in conceptione primo. Regum 16. Imple cornu tuum oleo erectum in prædicatione. Luc. 1. Erexit cornu salutis nobis. Fractum in passione. Hiere. 48. Abscissum est

Luc. 1.

Cornu salutis est Christus exaltatus.

est cornu Moab, & brachium eius contritum est. Sublimatum in resurrectione. 1. Re. 2. Dabit imperium regi suo, & sublimabit cornu Christi sui. Imperium inquam quia in resurrectione dixit, Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra Et quia illa potestas erat mirabilis, ideo per cornu signatur, unde nō abs re uas quo unctus fuit Salomon, fuit cornu, & uas quo ungitur. Saul est lenticula uas fragile. Fuit quinto eleuatum in ascensione, iuxta illud Psal. Cornu eius exaltabitur in gloria. Timendum quidem uideretur, quòd Christus uocaretur cornu, quoniam Ioab apprehendens cornu altaris mortuus est, tamen propterea non absolute cornu. sed cornu salutis uocatus nobis, quia manēs per Christum datur nobis salus, quoniam scriptum est, Saluatus est Israel salute æterna. Fuit ergo Christus inceptor nostræ salutis iu conceptione, qua in Maria natus est nobis saluator. Fuit doctor salutis in prædicatione, quia uenit filius hominis quærere & saluum facere, quòd perierat. Fuit salutis author in passione, qua ipse saluum fecit populum suum à peccatis eorum. Fuit sponsor salutis ad posteros in resurrectione, quonīā aliud nomen non est datum hominibus sub quo nos deceat saluos fieri. Fuit ultimo salutis diffusio in ascensione, q̄n eleuatis manibus benedixit eis, & omnibus se uisibilem ostendit. Ex his quæ diximus patet, quomodo exaltatio filii hominis fuit ad salutem nostram. ideoq; dixit: Erexit cornu salutis nobis. Ad profectum nostrum, ad salutem filiorū hominum exaltatur filius hominis, quapropter Moyses in deserto ad salutem populi serpentem exaltauit, ut attēdens eū sanaretur, Cornu salutis nobis fuit Christus q̄n circundatus est infirmitate, quando super dolorem uulnerum suorum addiderunt, quādo mors intrauit per fenestras plagarum suarum Si ergo Domine Iesu inter larrones & in Caluario, quo moriebantur damnati, fuisti nobis cornu salutis, quid eris nunc inter nebulas gloriæ, in loco & in terra uiuentium? Si dum moriebatis, exhibuisti nobis salutem, dum uita æterna frue

3. Reg. 1.
1. Reg. 1
Psalm. 3.
3. Reg. 2.
Esaiæ 42.
Luc. 2.
Matt. 23.
Quib. modis est salus Christus.

ris,quid præstabis nobis?Reuera qui liuore eius sanati sumus,uita eius uiuemus,& si mors eius prodest nobis ad uitam eius resurrectio proderit ad gloriam.Sed ut ui deamus malitiam eorum quibus in Euange.dicitur: In peccato uestro moriemini.Dixit Zacharias quòd illa exhibitio salutis erat in domo Dauid pueri sui, tamen inimici hominis domestici eius , Filius hominis est Christus,eus inimici tempore quo salus diffunditur,audiũt In peccato uestro moriemini, & ratio est quia nõ creditis quia ego sum salus uestra,cum Deus qui misit me uerax sit,qui & locutus est per os sanctorum qui a seculo sunt prophetarum eius.Veraci Deo per os omnium prophetarum testimonium exhibenti Christo suo, non crebebant ideoque in peccatis sui moriuntur,quod terdixit illis Christus in Euange.ut ostenderet eos in trinitatem peccasse, quod quidem cognouerunt exaltato
1.Reg.19 Christo in cruce,nam ideo dixerat eis, Cum exaltaueritis filium hominis.tunc cognoscetis. Tunc equidẽ fuit Christus cornu salutis se generaliter offerentis, quia & exterus dicere poterat Longinus,Dominus illuminatio mea,& salus mea.Et se liberaliter lagientis , quia tuuc fecit Deus salutem magnam uniuerso Israel percutienti pectora sua.Et se specialiter influentis , quia tunc salus iustorum,scilicet Apostolornm a domino,& protector eorum fuit tempore tribulationis.Et finaliter quietantis qñ dixit,Consummatum est,scilicet opus nostrę salutis.Mirum quidem fratres mei & dignũ per os omnium sanctorum prophetari,uidelicet quod salutem ex
Medici Christi peritia. inimicis nostris & de manu omnium,qui oderunt nos eliceat Deus ad faciendam misericordiam cum patrib. nostris.Tanta est huius medici peritia , quòd ex mortiferis sciat elicere salutem,ex Iuda,ex Iudæis , ex tortoribus denique elicuit tanquam ex inimicis nostris salutem nobis , ex his qui mortem inferebant elicuit salutem,& de manu odientium elicuit amorem,ac si de comedente exiret cibus,& de morte progrediatur uita, quod quidem filio Dei in cruce exaltato cognoscitur, quãdo
exea

ex ea iam morti propinquus, uitam æternam promiſit, & iam humiliatus ac depreſſus ad paradiſum uſque latronem pœnitentem exaltauit, imò impletum eſt ad literam iſtud, Tunc cognoſcetis, quia ego ſum. Nã q dã uidens Chriſtum clamando expiraſſe dixit, Vere filius Dei erat iſte. Optime igitur ait thema, Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoſcetis. Nec immerito diuinis perſonis ingeritur, quia tantum opus non conuenit Iudæis ſed ſupernis & ipſi Chriſto, qui ait, ego uado ſcilicet ſponte ad mortem (ut ait gloſſa) & non coacte ut uos putatis, quod & ſi non creditis, cum exaltaueritis filium hominis cognoſcetis.

Mirum quidem ꝙpro interficere dixerit exaltare, nõ inquit cum occideritis, ſed cum exaltaueritis, quod & ſi quantum ad ſententiam & quantum ad ſenſum idẽ eſt ſed ibi aliud inculcatur aliudque latet myſterium nã dicere uoluit, Vos putatis me in morte deprimere, & exaltabitis me, quod & ſi nunc non capitis, poſtea cognoſcetis. Veſtra occiſio mea erit exaltatio, illata paſſio mihi triumphus erit, quẽ putatis in infernum uiuentem & tanquam deſcendentem in lacum deiicere ad cęlũ uſq; exaltabitis, quia ſicut Helias per turbinem aſcendit in cœlum, ſic filius hominis per paſſionem. Vt uideo fratres mei de Chriſti ſupplicio poterimus dicere: Paſſio hæc non eſt ad mortẽ, ſed pro gloria Dei, ut exaltetur & glorificetur filius Dei per eã. Vnde Caſſiod. ſuper 3. Pſa. ait, Crux eſt hominũ inuitatio, ſuperborũ deiectio, uictoria Chriſti perditio diaboli, infernorũ deſtructio, cœleſtiũ confirmatio, mors infideliũ, uita Chriſtianorum, martyrum reſurrectio, doctorum dux, confeſſorum uia claudorũ baculus, pauperum ſolamen: Hæc ille. Et Origenes ait, Crux non ad impotentiæ documentũ, ſed ad exemplum patientiæ ſuſcepta eſt, ibi tua uulnera curauit, ubi ſua pertulit, ibi à morte ſempiterna ſanauit, ubi temporaliter mori dignatus eſt. Et alibi ait: ipſa crux ſi bene attendas tribunal fuit, in medio enim iudice conſtitutio, unus latro qui credidit eſt ſaluatus, alterutro

Mors Chriſti uocatur exaltatio.

Crux eſt exaltatio atque depreſſio.

qui insultauit, est condemnatus. Ex his ergo apparet quod Christi depressio iure uocatur exaltatio, cum exaltaueritis inquit filium hominis tunc sane cognoscis Vel profundus aduerte, quod & si crux Christi in hoc loco uocetur exaltatio, & in illo Psal. ubi dicitur quomodo Deus exaltauit dexteram deprimentiam eum, scilicet Iudæorum, uocetur eadem crux depressio duplex. mysterium crucis ac tota crux notatur, in qua sunt duo, scilicet depressio diaboli, & exaltatio Christi, unde Origenes ait, Crux Christi gemina fuit (hoc est) gemina ratione subsistit, quia in ea uisibiliter filius Dei carne crucifixus est, inuisibiliter uero diabolus cum suis principibus, unde Paulus dolens quòd aduersum nos erat chirographum decreti, & affigens illud, inquit, cruci principatus & potestates traduxit libere triumphans eos in ligno. Ecce igitur quomodo crux est exaltatio atque depressio, quia hunc humilitat, & hunc exaltat, humilitat, & subleuat, percutit & sanat. in qua ex eodem fonte oritur dulcis aqua & amara utrumque habet exaltationem, & deiectionē, in cuius figura legitur in Exodo quod colūna dirigēs filios Israel ex altera parte lucida, ex altera uero erat obscura. Vnde sic per obscuritatem diebus & æstubus seruiens temperat calorem, per claritatem uerò noctibus astās semitam iustorum illustrabat. Hoc sane facit crux Christi, nam ea parte qua eum suscepit noctem nostrā & seculi obscuritatem illuminat, quasi præmium pollicens. Ea uerò parte qua dęmon in ea uictus est diē hominis non desiderandum tēperat & refrenat per timorem coercens æstus carnis nostræ & superbam claritatē, quæ homines cæcare solet. Quis nanq; nō contineat manum suam? quis non refrenet ambitionē suā? quis non temperet iactantiam suam, uidens illum qui mane lucidè oriebatur iam per crucem Christi deiectū? Et quis non uires assumat quis non animum stabilitat, et si patiatur tenebras infamiæ aut despectus du uidet Crucifixum Iesum per infamiam crucis intrasse in gloriam suam? Est ergo in cruce amor & timor, amor ad Christū

crucifixum , timor ad crucifixum dæmonem, unde aliís
est lignum vitæ in uitam , alijs uerò lignum mortis in
mortem, felix qui utraque manu accipit baculum istũ
vt caueat mortem ęternam, & consequatur per eum pa
riter vitam gloriæ.

De exaltatione Christi & nostra, & crucis, secunda pars.

Nunc fratres mei & uos animo volenti exaltate filiũ virginis, & cognoscetis eum exaltantem vos in die visitationis. Primo enim exaltrabitis in laude sua, laudantes eum quantum potestis cum illo qui dixit , Exaltare domine in virtute tua, cantabimus & psallemus virtutes tuas. Si hoc feceritis, cognoscetis Deum exáltantẽ vos ꝑ fidẽ cũ beato Thoma, & dicetis, Dominus meus & Deus meus: nam in his stat tota fide Christi epilogata . Et ibi nota qũo fidei principium est laus Dei. Secundo exaltatur filius virginis per contemplationem: quoniam ipse dixit, Cum exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad meipsum. Quando de Christo altiora contemplamur, a terra humanitatis debes abstrahere ab hinc & nunc, & uelut absorptus & extasim passus omnia tua sursum ducere, & tunc Deum exaltantem te per experiẽtiam cognosces: iuxta illud, Gustate & videte, quoniã suauis est dominus. Videte, id est, experimẽtum sumite: nam propterea quòd expertus maiora cognoscit, dicitur cognitio experientiæ magistra rerum. Hęc sane cognitio tanti valoris est apud sapientes, quòd nõ uereantur dicere Deũ per eam aliqua didicisse , quoniam ex his quæ passus est didicit . Cognoscite ergo fratres hoc modo Deum sentientes in vobis quod & in Christo Iesu , ascendite in montem Domini , vt eum per contemplationem exaltare ualeatis : sicut ille, de quo dicitur : Fuit uir vnus de Ramatha in Sophim de monte Effraim , & nomen eius Helcana . In hoc sunt omnes contemplantis conditiones , quoniam in monte habitans altitudinem vitæ demonstrat : dum autem est unus , ostendens secularia negocia reliquisse, & dum est vir mu-

Christus exaltatur dũ laudatur.

Christus exaltatur in cõtemplatione.

1. Reg. 1.

liebria non habet. Helcana uero interpretatur Deus nidus eius, fœlix nidus in arduis ac in supernis ubi est Christus collocatus, qui tantum exaltatus contemplantem ut dicat: Vbi sum ego, illic & minister meus erit. Non sitis fratres mei ex hoc mundo sicut pharisæi, sed de supernis sicut Christus, quem exaltatis per affectionem, dum suspēdium elegit anima uestra, dum, quę sursum sapitis. Et per conuersationem pariter Christum exaltare poteritis, si tamen uestra conuersatio in cœlis sit, hoc est in cœlestibus uiris, quibus nemo se cõiungere audet, nisi similem uita ducat Et tunc tertio per sciētiam cognoscetis quomodo uos Deus exaltabit ut consortes uos faciat uirtutibus bonorum, quia cum sancto sanctus eris, & qui cum sapientibus graditur sapientior erit. De bona quoq; societate qua exaltatur filius uirginis, ait propheta: Audiui post me uocem commotionis magnæ benedicta gloria domini de loco sancto suo, & uocem alarum animalium percutientium alteram ad alteram, & uocem rotarum sequentiũ animalia. Iste sanctus propheta solus non ibat uiam uirtutis suæ, dũ tot audit post se, dum tot uidit sua sequētes exempla. Nam quisq; iustus ac bonus cum Paulo dicit: Imitatores mei estote sicut & ego Christi. Ecce quomodo unio bonorũ uult exaltare Christum humero uno.i.unánimiter. Simul ergo audiuit propheta quadruplicem uocem.s.cõmotionis magnæ, & laudis, ibi benedicta gloria domini, & alarum, & rotarum, In his uocibus diuersi profectus designantur, quibus Christum exaltare solemus nã uox commotionis magnæ, est uox pœnitentium qui cõmouent totam uitam suam: nam intrante Iesu exaltando in animam, tota ipsa & quæ ad eam pertinent, commouetur sicut intrãte in Hierusalem, commota est uniuersa ciuitas. Secunda uox qua Christus altius exaltatur, est laudis: nã peracta pœnitentia & eiecto dæmone ita lætatur anima, ut lætabunda & extra se, immo & super se eleuata, dicat: Benedicta gloria domini de loco sancto suo. q.d. Ego locus diaboli: & habitatio demoniorum

Christus exaltatur se quela bonorũ.

Quadruplex uox Christum exaltat.

rum esse solebam, sed iam anima mea naturali Domino restituta dicam ei: Benedicta gloria domini do loco sancto suo, idest propter locum sibi restitutum, qui ad hoc restituitur ut det gloriam Deo, nam profectio & cõplementum pœnitentiæ stat non in timore pęnæ, sed in amore gloriæ. Vox alarum est anxia solicitudo proficiẽdi ac exaltandi Christum in corpore & in corde nostro. In corde per amorem, in corpore per exercitia pia, in ore per consilia melioris uitæ, in auribus per auditionẽ sermonum, in oculis per lachrymas amore suo effusas, in manibus per elemosynas, & sic de singulis quæ tua sunt quia te totum debes facere alas ad conuolandum & eleuandum Christum tuum, qui dicitur ascendere super pennas uentorum. Sed mirum est, ꝙ propheta uidit alas sese percutiẽtes, quod uel in eodem animali potest intelligi suam alam percutienti, uel in cæteris quæ alam uicini percutiebat. Si primo modo sensus erit quod unũ membrum tuum iuuet aliud, uerbi gratia: Si dum aures captant doctrinam, oculi flent, tunc se adinuicem iuuãt & mouent ad Christum exaltandum. Si dum tua lingua prædicat, instanter manus operatur, ala percutit alam, & sic altius ac citius uolabis: nam sunt quidã ut hyrundines super mare quæ una solum modo ala uolare uidẽtur, dum altera sub se posita in aqua eleuat altera, qua ducuntur super undas, sed parum durat unius alę labor: ideoq; a uẽto ualido deiicitur tota multitudo. Alii sunt uelut gallinæ, quibus ne uolent altera ala mutilatur: & sic dæmon peccatores mutilare uidetur: dum certa eorũ membra impedire conatur ne profectus uolatum faciant. Væ aũt illis qui uelut allegantes cõtraria quod linguis ædificant, manibus destruunt: isti non mouent nec percutiunt alas suas alteram ad alteram, sed altera præsciendit alterã. Caput auis iubetur in lege sub alas suas torqueri, quoniam intẽt o & os ad opus & ad uolatum profectus deben reduci. si gratum uolueris facere sacrificium. Si autem alas pecutientes se dicas diuersorum animalium, tunc pœnæ sunt exempla bonorum. quæ

optime nos percutiunt ac feriunt desidiã nostrã, tamen illa percusio quia diligentis nos est, multũ confert, maxime si viua & iusta videas bonorum exẽpla quia quemadmodũ multum deiicit peccatorũ animas præsens scelus, sic multum iuuãt notę uirtutes, ac uerba uiuæ uocis oraculo sumpta. Peccatores autem alis carent, quas sibi dæmon fregit, & ex fractura sanguis effluxit: ita ut dicatur, sanguis sanguinem tetigit. Hoc dicitur de pessimis animalibus quæ Christum suppeditant, de sanctis autẽ ac pennatis refertur, ꝙ alter ad alterũ percutiebant alas suas, ut se ad uolatum excitarent. Quarta uox erat rotarum, quæ perfectorum tenent figuram: quoniã spiritus uitæ erat in rotis. Ex istis rotis fit currus igneus, quo Helias, qui est Christus, ascendat in cœlum animæ nostræ. Felices qui sic nituntur exaltare Christum suum, quia isti ibunt de uirtute in uirtutem, ut uideant Deũ Deorum in Sion in portione superiori animæ suæ, qui exal-
Psal. 88. tatus exaltat in hoc mundo suos, exaltat Deus in merito, ita ut anima eorum dicat. Quasi palma exaltata sum in Cades, quod interpretatur sanctitas. In alio uerò seculo Deus suos exaltat præmio: quia ipse dixit, Exaltaui electum de plebe mea. Caueas tamen, quia dæmõ & mundus exaltant suos ad præcipitium, tamen & ad maiorem ruinam: Deus autem ad permanendum & cognoscendumse, quam differentiam Dauid in spiritu conten-
Psal. 36. plans ait. Expecta dominũ, & custodi uiam eius, & exal-
Exaltat mundus. tabit te ut hæreditate capias terram cum perierint peccatores uidebis (quoniam ego) uidi impium super exaltatum & eleuatum sicut cedros Dei: transiui, & ecce non erat, quæsiui eum, & non est inuentus locus eius. Ecce fratres quomodo hypocrisis & superbia, & ambitio, & mundus, & dæmon, nã omnes isti uidẽtur impiũ exaltare: qui propterea dicitur primo exaltatus, scilicet ꝑ propriam ambitionem. Secũdo super exaltatus, scilicet per mundi fauorem. Tertio eleuatus per dęmonem maiora promittentem, sicut Christo super montem excelsum constituto. Et quarto dicitur sicut cedrus Dei per hy-

pocrisim,

pocrisim, quæ diuino quodã modo exaltat suos uelutĩ cedros Dei. Tamẽ totũ est ad præcipitiũ, quia nec locus eius inuenitur merito nõ inuenitur locus talium, quia locum non habent propriũ, sed alienũ usurpant. Exaltatio tua ò Christiane, & exaltatio Christi tui per te in uera humilitate consistit, quoniam propheta dixit Aquæ nutrierunt illũ, abyssus exaltauit eũ. Si aqua mũditiæ te nutrit, ascendes innocens manibus in montem Domini & mũdo corde, si humilitatem sectaris profundam, magis ascendes, quia abyssus humilitatis iure uocat abyssum exaltationis in uoce cataractarum cœlestium, quæ debent humilem spiritũ exaltare multiplicando aquam gratiarum, ut arca quæ est anima iusti eleuari possit in sublime a terra in gloriam, quam mihi & uobis præstet filius hominis Iesus, Amen. Sub hoc themate poteris facere triplicem exaltationem iuxta triplicẽ substantiã Christi ut eius carnem exaltes in carne tua uiuendo secundum opera carnis suæ. Eius animam exalta in anima tua cogitãs quæ cogitabat. Eius deitatẽ exalta in spiritu tuo super omnia diligẽdo, nã est sicut lumen lucernæ, quæ dũ uersus terrã uertitur, moritur. Deumq; conculcas, si eum super omnia non amas &c. Ezech. 31

Feriæ tertiæ secundæ dominicæ, quadragesimæ Euangelium.

IN illo tempore. Locutus est Iesus ad turbas & ad discipulos suos dicens. Super cathedram Moysi &c.

Sermo trigesimus primus.

THEMA.

Qui se exaltauerit, humiliabitur. Matth. 23.

Inuocatio, ubi ostenditur quomodo beata uirgo exaltatum dæmonem humiliauit.

TRipliciter legimus dæmonẽ exaltatũ ad malũ suũ. Primo ante peccatũ, per naturaliũ eminentiã, de qua dicit ei. Plenus sapientia, ꝑfectus decore. in delitiis paradisi Dei fuisti, omnis lapis preciosus operimentum tuum. Dæmon tripliciter exaltatur

tuum. Paradisus est gratia in qua conditus fuit, omni lapide precioso satis ornatus, quia in eo erant perfectiones omnium inferiorum angelorum, qui per lapides preciosus designantur. Secundo, exaltatur in ipsa culpa per superbiam, dicens Super astra Dei exaltabo solium meum, & ero similis altissimo. Tertio, post culpam exaltatur per impugnationis uiolentiam, de qua beatus Dauid flens, ait Exaltasti dexteram de primentium eum. Dextera malorum est impugnatio, qua dæmon bonis infert uiolentiam, quam Deus dicitur exaltare permissiue. Sic tripliciter exaltatum deiecit beata uirgo dæmonem, & humiliauit eum. Primo ab eminentia qua conditus est in ultimam deiectionem, ut qui ante primas tenebat, iam teneat nouissimum, & quasi cadauer putridum dicatur non habere consortium, quod per manus Mariæ actum est, quia ideo dicitur, Ipsa conteret caput tuum, id est, eminentiam qua conditus es, quam Maria est habitura per humilitatem suam. A secunda exaltarione deiecit etiam eum in confusionem pœnæ, quæ culpæ correspondit. Hæc pœnalis confusio per manus Mariæ data est ei, ut figuraliter patet in Hester, quæ Aman puniuit sæuisimæ. Vnde & nunc dicere ualeo. In manus fœminæ tradetur Sysara. A tertia exaltatione quoque deiecit beata uirgo dæmonem, nã si uiolentus est ille ad impugnandum, beata Dei genitrix est terribilis ut castrorum acies ordinata, quę diaboli uiolentiã impugnantẽ destruxit. Hæc est uera Iudith quæ perdurat animose donec non solum uincat Holofernem, sed totum exercitum eius disperdat, ut in omni terra prædicetur, quod una mulier Hebræa fecit confusionem in domo Nabuchodonosor Mira quidem confusio, ut qui antea erat in caput, iam sit in caudam, & qui peccando nitebatur ascendere, iam pœnãdo ruat & qui per impugnationẽ stabat, iam expugnatus cadat, & manus fœminea deiiciat deiectorẽ principu, ita ut dicere ualeamus uerba thematis, scilicet. Qui se exaltauerit humiliabitur. Vos aũt fratres lętamini cum Maria,

Maria diabolũ deiicit.

&

& uictricem manum ſuam laudemus pariter, quoniam ſicut ſuperbis reſiſtit. humilibus gratiam præſtat, maxime quando ei proſtrati offerunt. Aue Maria.

Argumentorum dicendorum.

VAria eſt exaltatio pariter & humiliatio. Prima exaltatio eſt per uitæ meritum, de qua dicitur, Quaſi palma exaltata ſum in Cades, quod interpretatur ſanctitas, ad quam per meritorum gradus aſcendit anima iuſti. Huic exaltationi primæ correſpõdet prima humilitas, ſcilicet gratiæ, de qua iubetur. Quanto maior es humilia te in omnibus. & corã Deo inuenies gratiam. Secunda exaltatio dicitur præminalis, de qua ſcribitur. Exaltabis eos in ęternum. Huic etiam correſpondet ſua ſublimis humilitas, de qua per beatũ Iob dicitur. Qui ſe humiliauerit, erit in gloriæ. De hac etiam humilitate ait Maria. Quia reſpexit dominus humilitatem ancillæ ſuæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Tertia exaltatio dicitur temporalis, iuxta illud. Exaltent eum in Eccleſia plebis, & in cathedra ſeniorum laudent eum. Huic etiam debet eſſe tertia humilitas, de qua ſanctus Dauid aiebat. Vide humilitatem meam & laborum meum. Hæc dicitur humilitas operationis. Quarta exaltatio eſt mala, ſcilicet per elationem, iuxta illud. Vidi impium exaltatũ & eleuatum ſicut cedros Dei. Huic exaltationi non deeſt humilitas quæ dicitur pœnæ unde ſcriptum eſt, In laqueo ſuo humiliabit eum, Dignitas per elationem acquiſita, eſt laqueus quo tenetur peccator confuſus coram Deo. De hac ergo quarta exaltatione & quarta humilitate pariter mala dicit thema. Qui ſe exaltauerit humiliabitur. De duplici exaltatione agã, Frequens erat in ore Domini Ieſu thema noſtri ſermonis, ac perinde frequens eſſe deberet in memoria noſtra frequẽtius in ore frequẽtiſſimũ in opere cõtinuũ ĩ corde, ut eſſemus nõ alta ſapiẽtes. ſed humilibus cõſentientes, Hæc denique ſententia ad oẽs pertinet, ideòque ad Iudæos & diſcipulos dixit eã Dominus, ut illorũ ſuperbiã, & horũ oſtẽderet humilitatem

Exaltatio eſt quadruplex & tot eſt humilitatio.

Diuiſio.

Iudei aũt gẽtibus ĩferiores.

liare. unde Chrysostomus ait, in conuiuio nuptiali.ll est, in hac Deo uocatione. Primos accubitus sibi deferebat Iudæi, humiliati aūt facti sunt post gentes nouissimi, & gentes quæ contra meritum suum, se uocatas norunt, factæ sunt ante Iudæos, qui eis erant in tempore primi, quia non prima uocatio est consideranda sed dignior. Iudæi quidē ad prandiū mediocre vocantur, gentes aūt ad cœnā magnā inuitantur, illorum inuitatores prophetæ fuerunt, istorū aūt ipse filius Dei qui erat causa conuiuij eorū dilectio apud Deum ex patribus erat, istorum autem ex fide ipsorum per Iesum Christum, qui alibi tangens Iudęos dicebat. Tu aut cū vocatus fueris ad nuptias, scilicet Christi noli recumbere in loco priori. Hæc Chrysos. ostēdēs quomodo nos exaltamur, sed oportet in Euang. præsenti uidere. quomodo pharisæi quia se exaltant, humiliantur. De illorum ergo exaltatione uana incipit Euang Super cathedram Moysi sederunt scribæ, & pharisæi. Hæc cathedra quidem debetur Christo, quoniam a filio Dei æterna, scilicet sapientia ille acceperat eam, iuxta illud quod de ipso Moyse refertur: Dedit illi (scilicet Moysi) cor ad præcepta & legem vitæ, & disciplinæ, docere Iacob testamentum suū, & iudicia sua Israel. Cor docile habuit Moyses ad legem vitæ spiritualiter de CHRISTO intelligendā. Dicitur habere cor ad præcepta, scilicet adimplenda, non tantum os sicut habent successores eius scribæ & pharisæi, qui iuxta hæc duo nomina dicuntur sapientes, & diuisi, quia diuiduntur in opere ab eo quod docent in sermone: unde docendo sunt scribę, sed operando sunt pharisæi, qui interpretantur diuisi. Nulla autem est deterior diuisio quam ea, qua homo diuiditur a semetipso Christus aūt volens suam cathedram honorare. non totaliter diuisit auditores ab ea, sed eo gradu quo exaltati super eam diuisi erant a semetipsis, vnde subdit. Omnia quæcunque dixerint vobis seruate, & facite, opera uerò eorum nolite facere. Feliciora tempora erant illa quam ista periculosa quæ nos possidemus, quoniam

Cathedra Moy est Christi.

Eccl. 45.

nec

nec mali doctores audebant mala docere, vnde August. in lib. de doct. Christiana sic ait, illa cathedra non eorũ sed Moysi humillimi, qui noluit eam acceptare donec Deum sensit iratum cogebat eos bona dicere etiã non facientes: Agebant ergo sua, sed non docebant sua, q̃a eos cathedra non permittebat aliena, multis itaque prosunt dicendo quæ non faciunt, sed longe pluribus prodessent faciendo quę dicunt. Ecce quomodo tunc uel propter Christi assistentiam, uel propter merita populi non audebant doctores deuiare in doctrina, sicut deuiabant in uita & moribus, nunc aũt quis non p̃dicat opiniones suas? quis non studet uocũ nouitatibus quis nõ eligit doctores suspectos? Nunc fere omnes sunt pharisæi (hoc est) diuisi, tunc aũt & erant scribæ, quoniam a uera sapientia Christo in doctrina sua nõ discedebant, alio quin ipse non diceret, Oĩa quęcunque dixerint uobis, facite. Et quod a Christo non discederent scribæ, patet per hoc quod ait Chrysost in opere imperfecto super Matthæum Apostolum, Quoniam (inquit) super cathedram Mosis, id est, in honore & gradu in quo fuerat Moses, paulatim ad peius redacti. constituti sunt contra maritum suum scribæ & pharisæi indigni, qui legem prophetantem de Christo uenturo prædicabant quidem alijs, ipsi autem non recipiebant præsentem. Propter hoc hortabatur populum audire legem. quam prædicabant, & facere, id est credere in Christum prædicatum a lege, & non imitari scribas & pharisęos incredulos, prædicantes in lege de Christo, & non credentes in eum. Ecce isti increduli credenda prædicabant, & pigri docent quæ sunt uiriliter facienda, nunc aut econuerso plures hæretici mala docent, & se bene uiuere putant in operibus præseferunt sanctitatẽ, in lingua uenenum, ideoque felix ille qui nec eorum dicta, nec facta uoluerit captare, quoniam callidior modus decipiendi est illis, quam scribis & pharisæis. Nec solum propter hęreticos, sed propter cæteros malos prælatos infelicissima sunt tempora nostra, quia dum isti dormiunt, ingrediuntur

Raritas bonorũ p̃latorũ.

diuntur illi,si isti uigilarent super cathedram Christi,ne mo superseminaret zizania. Vnde Cyprianus in sermone de tentatione Domini ait,Si Moysen & Aaron & Samuelem hodie haberet Ecclesia,cum inuocarent,exaudiretur, & orātibus Iob,& Noè,& Daniele,populo parceretur.Rarus hodie Phineas,qui perfodiat impudicos, rarus Moyses.qui occidat sacrilegos , rarus Samuel qui inobedientes lugeat,rarus Iob,qui pro filiorum negligētia sacrificium offerat,rarus Aaron,qui corā Pharaone cōminationes diuinas edicat,rarus Noè, qui his quibus submersio imminet,arcam bitumine linitam prouideat.Flens cum Apostolo Paulo dico.Inimicos crucis Christi,qui terrena sapiunt,magistratus quorum Deus uenter est,qui in his quę dicere nephas est,impudenter læ tantur & gloriantur Venerunt periculosa tēpora q̄ prædixit Apostolus,in quibus uoluptatū amatores magis quam Dei,speciem habentes pietatis,uirtutem autem negantes.Inueniuntur p̄positi innumerabiles, qui ieiunia & orationes nec digito mouent,in quorum manibus inquitates sunt, & muneribus eorū dextera oneratur,frustra ab istis quæruntur miracula, frustra auxilia implorantur,non sunt idonei intercessores,sed domini comptores,nec conuenienter ad placandum eum accedunt,nec conciliant quem offendunt , Hæc Cyprianus de istis qui sedent super cathedram Christi,de quibus sequitur in Euange.Dicunt enim & non faciunt.

Philip.3

Dicere & nō facere

Gen.27

Ecce quomodo sunt diuisi a sua doctrina mali præ,ati, nam quilibet istorum habet uocem Iacob, scilicet grandem,sed manus sunt Esau , scilicet molles & delicatæ, uenationi tantum assuetę,Mirum quidem esset si qué uideres à seipso diuisum,& propterea Bernard ait,Monstruosa res lingua magniloqua,& manus ociosa . Quatuor,inquit Bonauentura super Lucam,sunt sibi cōtraria,scilicet doctores qui docent magna & faciunt cōmunia.Secundo,iudices qui condemnant in aliis quod habēt in se,cum scriptum sit,Qni sine peccato est, primus in eam lapidem mittat.Tertio,cōfessores qui alijs imponunt,

Ioan.8.

ponũt,quod in ſeipſis renuũt.Quarto,prælati qui onus religionis abhorrent,& alios ad hoc urgent: qui ſignantur per exactores Pharaonis.Et Bernard.ait, Vides omnem Eccleſiaſticum zelum feruere pro ſola dignitate habenda & tuenda.Honori totum datur , ſanctitati nihil.Igitur exaltant ſe ſuper cathedram Moyſi,& ſupe cathedram Chriſti,qui non faciunt quæ ad cathedram ꝑtinent,ſed quæ ad ſe,unde ait Chriſtus , Omnia opera ſua faciunt ut uideant̃ ab hominibus.Hoc eſt radix malæ exaltationis prælatorum ſicut & fuit radix phariſæorum ſe exaltantium etiam ſuper Chriſtum,nam radix illa eſt amor proprius ex quo pullulat omne malũ, unde Chryſoſt.de phariſæis & de noſtris prælatis hoc exponẽs,ait.Vt quid prædicabant in lege Chriſtum uenturũ & non cedebant in eum?quia oĩa opera ſua faciebãt ut ab hominibus uiderẽtur i. quia nõ uere ꝑdicabãt Chriſtum uenturum deſiderantes ipſius Chriſti aduentum quem prædicabant ſed propter hoc ſolũ ut ꝑdicatores & traditores eſſe legis ab hominibus uiderentur. Simile ꝓpoſitum habent homines q iuſtitiam Dei docent, & non faciũt,q̃a non docent uere ipſam iuſtitiã Dei nõ amantes quã docent,ſed ꝑp hoc ſolũ ut doctores eſſe iuſtitiæ Dei ab hominibus uideantur. Nunquã audiſtis aliquẽ de cõſummetione mundi,& de futuro Chriſti iudicio eleganter tradentẽ ſcripturas?Et ſi conſideres uitã eius,intelliges,q̃a ſicut latro nõ deſiderat aſpicere faciem iudicis terreni,ſic nec ille deſiderat ad Chriſti uenire iudicium . Hæc ille , oſtendens quomodo ſe ſuper cathedram exaltat,qui uideri cupit,cum eam debuiſſet aſcendere ut uideretur ille,cuius eſt cathedra . Multum igitur intereſt ſi cathedram aſcendas ut eam exaltes,uel ut exaltes in ea teipſum. Arrogantiſſima quidem ſuperbia eſt,ut in eo loco te exaltes,quem Deus inſtituit pro exaltatione ſua.Qui hoc facit deterior eſt dæmone , q̃a ille ſolummodo Chriſtum duxit ſupra prinnaculum templi & non deiecit eum,ſed ſuggerebat ei, ut ſe deorſum mitteret,mali autem doctores ut ſe exaltent,Chriſtum

Exod.2.

Phariſę non uult iudicium

Cristus prelatos arguit.

stum deiiciunt. Nonne deiicis Christum quando contemnis eius humilitatem, quãdo spernis eius exempla qui cœpit facere & docere? Ponis te contrarium Christo, ideoque Christum deiicis, ut te exaltes, nam ille est in cathedra crucis humillima, tu autem quæris cathedram honoris superbam. Ille pauca & leuia nobis imposuit, sibi autem totam crucem pondus diei & æstum, sed tu nec tangere uis digito quæ lingua prædicas. Ille noluit ab hominibus uideri, ideoque sub forma leprosi latuit, tu autem sub purpura es, vt amplius uidearis, cum sub eadem purpura uilipensus sit Christus. Tu dilatas phylacteria tua, habens familiam utriusque sexus, & mancipia ut simoniacus Gieci, & magnificas fimbrias non solum uestimentorum tuorum, sed etiam mularum tuarum. Christus autem seruus inter seruos humilis, inter humiles minister suorum seipsum exinaniuit formam serui & non formam prælati accipiens, qui tunicam iubet vendi ut ematur gladius uerbi Dei, qui omnia scindit non solum superflua sed etiam necessaria. Tam paruis ac modicis contentus erat Christus ut ex parcitate sua iã diu nota, etiam ipsi Apostoli auderent murmurare propter unguenti effusionem, quod pauperibus dandum dicebant: Christus autem sepulturæ suæ seruandum dicit, ut innuat quod iam est iuxta mortem, quo tempore humanissime tractantur homines. O si Apostoli uiderent phylacteria & fimbrias prælatorum nostrorum, certe non eos dicerent prelatos, sed pharisæos diuisos a Christo in moribus & amore. Nec minus falluntur prælati nostri quàm pharisæi, nam illi corporaliter intelligebant phylacteria & fimbrias decalogi, quas in corde & manu operis, & in mentem deberent portare, ut sic mãdata Dei portarent affectione & monitione, & operatione, ipsi aũt in signis tantũ exterioribus mandata deferentes, uolebãt uideri eorũ obseruatores, sicut episcopi nostri qui solũ in põpa & caterua uolunt uideri plati, cum hęc omnia essent pauperibus erogãda. Isti amãt primos recubitus in cœnis, & utinã

Malus p̃latus est contra Christũ.

cætera dimitterent egenis, ut ille qui cũ diues esset propter nos egenus factus, nõ habuit ubi caput reclinaret, nec in cœna sua propinatũ est ei nisi fel & acetum. Amant etiam primas cathedras in Synagogis, cum ipse Christus in loco nouissimo sederit per omnimodã humilitatem. Amant quoq; salutationes in foro, ubi Christus blasphematur, de quo ipsi non curant, nec litigant super Christum, sed super patrimonium Christi quod sibi uendicant, ex quo sedent super cathedram eius. Amant quarto uocari ab hominibus Rabbi, nec.n. proprium nomen, sed nomen dignitatis uolunt audire cũ Christus filium hominis se quotidie appellauerit. Dũ ergo te uides tam contrarium Christo, nonne deiicis eum à cathed a honoris sui? Quod ille humilitate acquisiuit, tu superbe possides, vnde optime dicere poteris, Alto per cõtra, & sic fit peruersio tota. Prælatus ergo q sic aduersus Christum exaltat se, quia sperat nisi humiliari atque confundi? Talis prælatus & Christus in hoc mundo se habent, sicut diues epulo & mendicus Lazarus, cui diues, nec adhuc micas dabat, sed postquam Lazarus noster, scilicet Christus, qui nunc est deiectus apparuerit in sede maiestatis suæ nonne humiliabit prelatus superbo? Sane quidem, nam tunc non sedebunt super cathedram Christi, sed cathedra super eos, ut conterantur. Tunc portabunt per pœnam quod nunc nolũt portare per operationem, & uidebunt quod eorum cathedra fuit pestilentiæ & non doctrinæ, nam pestilẽtia totũ populũ inficit, & sic malus prelatus, aut malus doctor potius inficit quam docet populũ Dei. Tunc ẽt humiliati in inferno, econtrario patientur & non loquentur, nã cum ligaretur mittẽdus in tenebras exteriores, obmutuit, & iusto Dei iudicio qui ut plurimũ lingua peccauit dum uixit, dũ moritur non habet tẽpus loquẽdi. Tertio humiliabitur modo contrario, nam sicut dũ uixit cupiebat præ ornatu ab hominibus uideri, postea in inferno præ uerecundia abscondetur, ne quis uideat ignominiam suam. Quarto qui dũ uixit dilatabat phyl

ćteria & fimbrias, post mortem cõstringetur sicut corrigia in ignem proiecta,& sicut uter in pruina:nam ibi propter frigus erit stridor dentium : frigus autẽ hominem constringit & abscondit.Quinto dũ florebat amabat primos recubitus in cœnis, postea uerò ipse erit cœna uermium æternorum : quia dãnato dicitur : Subter te sternetur tinea & operimentum tuum erũt uermes: Sexto in hac uita quærebat primas cathedras Synagogæ & postea uelit nolit primas occupabit flammas: potentes potenter tormenta sustinebunt.Et sicut hic non sufficiebat illis una cathedra , illic non sufficiet eis una pœna.Septimo,quia sicut in uita diligebant salutationes in foro,in ęterna morte amabũt maledictiones,postea quam desperati audiẽt illam, Ite maledicti in ignẽ æternum.Octauo dum uiuerent,cupiebãt uocari Rabbi,sed iam in inferno dum uiderint quod seipsos nõ docuerunt,assument rabiem, ita ut sæpe tẽtare pręsumãt abradere atque delere characterem sacerdotalem, ne quis scire posset eos officio sacerdotali usos fuisse . Nã sicut iustis omnia cooperantur in bonũ sic iniustis omnia cooperantur in malum : ut secundum exaltationẽ huius uitæ sit confusio alterius:unde propterea thema dicit, qui se exaltat,scilicet in hac uita, humiliabitur in altera.

In hac secunda parte ostendam quõ qui se exaltat temere iudicando,humiliabitur seipsum condemnando. Cum pater (ut ait Ioannes) omne iudicium filio dederit, liquide constat, ꝙ nemo iudicis cathedram poterit occupare, nisi superbe se exaltet & eleuet super se, qđ Sapiens interdicit dũ ait. Altiora te,ne quæsieris,& maiora te,ne scrutatus fueris.Sunt sanè multi qui uidẽtes Christum iudicem uiuorum & mortuorũ sacerdotes iudicare,ascendũt & ipsi super cathedram eius, & iudicãt temerarie uitã sacerdotũ deterius ac durius quàm ipse Christus atq; diutius:vnde Bernardus ait, Consolatio subditorũ, murmuratio prælatorũ.Nec solũ prelatorũ sed omniũ: nã est quoddã genus hominũ qui sempẽ

usurpant

usurpant iudicium Dei. Deterius quidem peccant qui se uelut iudices uniuersales faciunt censores uitæ aliorum, ita ut uix euadat aliquis nõ iudicatus ab eis, unde Chrysostomus ait: Sunt aliqui qui de oĩbus male iudicãt dicũt enim, si quis studet, & uacat humilitati, hypocrita est. Si recreationi gulosus est: Si patientię, timidus est. Si iustitiæ, impatiẽs est. Si simplicitati, fatuus est. Si prudentię, malitiosus est. Si maturitati, phlegmaticus est. Si iocunditati, dissolutus est. Si religioni, singularis est. Si societati, secularis est Si silentio & paci, dissimulator est. Si aliorũ correptioni, p̃sumptuosus est. Si instat uigiliis & orationibus, indiscretus est Si dormitioni, sõnolentus est Si prædicationi & aliorũ saluti, appetitor laudis est. Si desistat, negligẽs est Si habet gratiã hominum, adulator est. Si adulari renuit dicitur quod superbus est. Hæc ille ostendens quod cathedra iudicium temerariorum ad oẽs extendit, tamen signanter nobis interdicitur, ne tãtum erigamus iudicium nostrum. ut sacerdotes taxare audeamus, Nã tu quis es (inquit Paulus) qui iudicas alienum seruum? Deus enim illũ assumpsit, Domino suo stat aut cadit, stabit autẽ: potẽs enim est Deus statuere illum. Sacerdos est seruus Dei missus hora cœnę uocare inuitatos, qui iudicari nõ debet nisi à Domino suo Christo qui ait: Nolite tãgere Christos meos. Ex quo Deus illũ assumpsit ad tale officium sibi eius reseruauit iudiciũ, quin & iudicẽ illum fecit, quia iudicio sacerdotis omnia subiecit & ẽt animas nostras: ideoq; iudex non debet iudicari nisi à suo iudice, superiori. Nos nõ attingimus apicẽ iuris sacerdotalis: ideo enim dicitur, Domino suo stat, scilicet per gratiam aut cadit, scilicet per peccatũ, quia nemo statũ hominis determinare ualet, nisi Dominus eius q̃ iudicat de occultis. Et ẽt si uideris sacerdotẽ in liquido deprehensum facinore, cũ Paulo dic, Stabit aũt potẽs enim est Deus statuere illũ per gratiam postea. Volui uos fratres hortari ne quis audeat sacerdotes iudicare, quia Dñs eos iudicans per consequens interdixit ne quis iterum eos iudicet

Sacerdos nõ est temerè iudicãdus. Rom. 14. Nota hic.

dicet: vnde ait Chryſ. in opere imperfecto exponendo præſens Euangelium: Vos qui ſedetis in Eccleſia, quaſi iudices ſacerdotum & nō auditores, aliena diſcutiētes, & propria non conſiderantes: ex uobiſipſis iudicate de ſacerdotibus. Sicut uos oēs auditis & non omnes facitis ꝙ auditis ſic & ſacerdotes oēs docent, ſed non oēs faciunt ꝙ docent. Nam in hominibus dignitas quidē diuerſa eſt, omniū aūt natura una eſt. Homines enim ab initio creati ſunt propter ſe, poſtea uero ordinati ſunt propter nos. Propterea ergo natura eorū ipſorum eſt, ordinatio aūt eorum noſtra eſt. Si bene uixerint eorū eſt lucrū, ſi bene docuerint noſtrū. Accipite ergo ꝙ ueſtrum eſt, & nolite diſcutere ꝙ alienū eſt. Sicut. n. ſacerdotes ēt infideles docent propter fideles arbitrantes, ꝙ eſt melius propter bonos etiam malos fouere, quā propter malos etiam bonos negligere: ſic ergo & uos propter bonos ſacerdotes ēt malos honorate ne propter malos ēt bonos contēnatis. Melius eſt enim malis iuſta præſtare, quàm bonis iuſta ſubtrahere. Frequēter enim & de homine malo etiā bona doctrina procedit. Ecce enim & uilis terra pretioſum aurum producit. Nūquid ꝑ terram uilem precioſum aurum contemnitur? nō, ſed ſicut aurū eligitur & terra relinquitur, ſic & uos doctrinā accipite & mores relinquite. Nā apibus herbę neceſſariæ non ſunt, ſed flores herbarū. Flores. n. illæ colligunt, herbas relinquunt, ſic & uos flores doctrinæ colligite, herbas morū relinquite, ut quaſi inutiles herbę acreſcant. Hæc ille, docens nos doctrinā ſacerdotū accipere & uitam non iudicare, quoniam auditores ſumus non iudices. Nā & ipſe Dominus dum ſacerdotes carperet, moderamine uſus eſt: dixit enim: Imponūt in humeros hominum onera grauia, & digito nolūt ea mouere. Non carpit eos, quia non portāt perſonaliter talia onera, quoniam, ut notat Bonauentura ſuper Lucam, frequenter doctor docet quod facere non poteſt nec tenetur, ſi tamen ea facere non poteſt, nō eſt doctrina eius contemnenda, quia uoluntas ei reputatur pro facto,

A malis debet accipi doctrina.

Voluntas pro facto computatur.

cto, unde ut scribitur in libro Regum, ęqua erit pars de scendentis ad prælium, & remanentis ad sarcinas & similiter diuident. Hanc legem constituit Dauid pro uiris qui lassi substiterunt, quoniam debiles non tenent ad grauia, nisi secundum præparationem animi, & tũc apponunt sarcinis digitum i. desiderium quo subleuatur onus quia nimis consolatur, qui fortis est dum uidet feruidum desiderium infirmi, ad portandũ pariter pondus diei & æstus. Satis esset pro iustificatione sacerdotum ueterum, quod imposita onera importabilia dĩgito mouerent, ut elicitur ex præsenti Euãgelio, ubi aduerte quòd per digitum notatur iudicii discretio, unde dominus inclinãs se deorsum digito scribebat in terra. Onera importabilia (ut ait beatus Petrus) erãt ceremoniæ legales. Iam ergo si scribæ & pharisæi per discretionẽ altioris iudicii ac subtilioris, mouerent seu remouerent ab humeris hominũ prædicta onera, optime fecissent, maxime dum audierunt Christum dicentẽ, Venite ad me oẽs qui laboratis & onerati estis, quia iugũ meũ suaue est, & onus meum leue. Per eundẽ digitum. s. discretionẽ subtilioris iudicii poterit, ut ait Chrysos. Euãgelicus sacerdos remouere grauẽ pœnitentiã & leuem imponere quia (ut inquit ipse) decentius est dare rationem de misericordia exhibita, quã de iustitia imposita. Dicit ergo doctor iste sacerdotibus, Homini, cui graue pondus pœnitentię ponis, necesse ꝙ aut pœnitẽtiã tuã reiiciat, aut sub põdere confringatur aut suscipiens dũ ferre non potest, scandalizatus amplius peccet. Hoc nimis pondera contra hæreticos negantes pœnitẽtiã, & contra imponentes eã dure quã per digitum oportet amouere, mutando cõsiliũ de iustitia in misericordiã. Nemo igitur fratres mei exaltet se iudicando sacerdotes Dei, quorũ iudicio subduntur leprosi & oẽs peccatores, quoniam sacerdotibus dicit Christus, Qui uos audit, me audit, qui uos spernit, me spernit, ac per consequẽs qui uos iudicat me iudicat. Ex exaltatione iudicii temerarii cadet humiliatus & cõfusus temerarius, quo

1. Reg. 30.

Digitus est discretio iudicii

Actu. 15.

niam ut ait thema, Qui se exaltat humiliabitur, scilicet in illam sententiam qua dicitur, In quo alterum iudicas teipsum cōdemnas, eadem facis quæ iudicas: Ecce quo modo temerarius iudex præcipitat in ea mala, de quibus notat alium, & in eis tenetur. ac si opere adimpleſset ea, nec mirum, quia cum sciat beatos quorum tecta sunt peccata, noluit per charitatem uerenda patris sui id est, sacerdotis operire, ut ipse Deus per indulgētiam tegeret scelera sua. Confusio qua humiliatur temerarius iudex sacerdotum figuratur in filio Noe patrem irridente, qui propterea maledictonem incurrit, quāuis ipse pater occasionem dederit irridēdi, quam filius dissimulare tenebatur propter honorē patri debitum, cuius non iudex sed seruus erat, ut boni filii qui pallium imponentes humero suo incedentesq; retrorsum patrē cooperiunt. Ille retrosum incedit qui mala ante acta quæ se egisse cognoscit, ad memoriam reuocat, tamen pallio se operit, quia sicut sua mala uult tegi, sic aliorū abscondit crimina præsertim sacerdotum, qui pallio cō fessionis sacramentalis quotidie uelāt pudenda nostra, ut nobis dicatur, Confessionem & decorem induisti, scilicet hic per gratiam, & in futuro per gloriam, quam mihi & uobis præstet Iesus, Amen.

Tege uerēda proximi.

Feriæ quartæ secundę Dominicæ quadragesimæ, Euangelium.

IN illo tempore, Ascendens Iesus Hierosolymam, assumpsit duodecim discipulos suos secreto, &c.

Sermo trigesimus secundus.

THEMA.

Calicem quidem meum bibetis. Mat. 20.

Inuocatio ad matrem animarum Mariam.

FIlii Zebedæi matrem propriam submittunt Christo, dictamine naturali ducti, scientes quod mater debet thesau-

thesaurizare filiis, eisq. requirere meliora, ut patet in matre Salomonis, quę filio regnum acquisiuit interce dēs pro eo erga Dauid. Nos aūt gratiam adepturi, quę dicitur regnū iuxta id, regnū Dei intra uos est, matrem animarum præmittamus Mariam, quæ ut cunctis fiduciam tribuat (est enim omnium & bonorum & malorū mater) ait. Ego mater pulchræ, id est, gratuitæ dilectionis, quia prius est mater iustorū. Et timoris id est, peccatorum timentium Deum, & præ timore ad eam confugientium quæ omnes audit & admittit, unde & est mater magnitudinis, latissimum enim habet cor, ideo enim addidit, & sanctæ spei, scilicet ueniæ nobis peccatoribus obtinendæ. Eia ergo peccatores etiam desperati properate ad matrem sanctę spei, quia spes fulcitur meritis suis, non uane sperat, qui matrē Dei habet pro se, etiam si meritis propriis careat peccator. Rogate eā quod seruet uos a iudicis sinistra, ubi statuet hœdos. & ponat uos inter oues a dextris suis, ut benedicti esse possitis. Interea tamen pro sermone præsenti gratiam postulantes, ei offeramus, Aue.

Argumentorum dicendorum.

PRæsens thema est nucleum Euangelii, quo Christus dedit Iacobo & Iohanni plus quam petebāt, & plus quam ipse Christus poterat eis dare, nam dum eis dixit Calicem quidem meum bibetis, dedit eis optimum laborem siue supremum meritum, nam secūdum Theophy. bibere Christi calicem, est gratanter pati martyriū pro eo. Vnde quia gloriosius est corona potiri ex meritis, quā sine meritis, ut probat Scotus in 3. d. 13. & 18. ideo dicimus quod nil gloriosius poterit nobis Deus præstare quam quod bene meriti simus erga præmiū, quia gloriosius est apud Deum ueracissimum mereti, quā præmiari. Gloriosior est uictoria q̃ corona, uelut si quæreres quid esset præstantius amare Deū, uel amari ab eo, nec dubium quin primū sit eligibilius, quia est in genere actionis & cadit sub obedientia, q. a creaturę est necessaria, & eo dato alterum sequitur, nā Deus ait Melius est amare quá amari.

ergo diligētes me diligo. Sic ergo dico quod quāuis Iacobus & Iohannes à Christo peterent, ut ille latro paradisum. Christus eis plus dedit, quia contulit eis facultatem etiam meriti eius, ut gloriose mererentur cœlestē gloriam di. Calicem quidem meum bibetis, nam post talem potum indubitanter sequitur quis gloriæ inter brachia Iesu Christi. Ergo thema est domum supremū & melius quàm dux Christus concedere potuit militibus istis strenuis in petendo, quos decreuit magis strenuos facere in merendo, ac se ipsos & omnia tormenta uincendo, quod quidem est præstantius. Iam ergo tria

Diuisio. sunt in toto Euāg. & erunt in toto sermone. Primū est occasio petitionis quæ incipitur a principio usq; ibi, tunc accessit ad eum. Secundum est petitio usque ibi, quibus paratum est a patre meo. Tertiū est indignatio inuidiæ, ibi, audientes decem, &c.

Prima pars. Dominus Iesus & si ex 72. discipulis elegit 12. Apostolos sibi plus adhærentes, ex. 12. elegit tres quos ad archana secretiora deducebat s. filios Zebedæi & Petrū, quibus etiam post ascensionē maiora cōtulit, quia Petro Ecclesiam, Ioanni Mariam, Iacobo Hispaniam commisit. *Tres plus amat Christus.* Hos ergo tres (dū semel tranfigurari uellet & corpori suo precioso prælibationem gloriæ futuræ cōferre) assumpsit secum in montem Thabor, ubi cū resplēduit sub nube diuina Christi facies sicut sol, ibiq; pater filium comendaret, apprauerunt eis Moyses & Helias loquētes cum Iesu de excessu quem completurus erat in Hierusalem, Tunc isti tres præ timore glorię Christi ceciderunt super facies suas, nouerant enim Deum dixisse, non uidebit me homo & uiuet, & ꝓpterea timuerunt mori. Christus tamē accessit & confortans animū eorum erexit eos dicens, Nemini dixeritis uisioné, donec filius hominis a mortuis resurgat. Deinceps mirati, alter alteri dicebat, Quid erit cū a mortuis surrexerit? Nam duo erant inter se fratres & Christi æqualiter cōsanguinei, & matrem propriam apud Christum ei seruientem habentes plus cæteris sperabant se futuros cō

sortes gloriæ Christi, propterea, quid erit inquiunt cũ a mortuis surrexerit? Et alter respondit, Quia tunc excessum magnum complet in Herusalem. Tunc adimpletũ erit illud Esa. Surge, illuminare Hierusalẽ, quia uenit lumen tuum, & gloria domini super te orta est. Super te autẽ orietur dominus, & gloria eius in te uidebitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges, scilicet omnium gentium in splendore ortus tui. Tunc mirabitur & dilatabitur cor tuum, quando cõuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentiũ, scilicet Romanarum uenerit tibi subiicienda. Et implebitur illud Thobiæ. Luce splendida fulgebis, &c. Tunc denique talis excessus erit in Hierusalem, qualis nunquã fuit tẽpore Dauid aut Salomonis, quia restituet Christus noster regnum Israel, cui subiiciet omnia regna terræ, ut regnemus super terrã. Dũ isti duo similia loquerẽtur sæpe adinuicem, quadã die, ut ait præsens Euangeliũ, assumpsit Iesus duodecim discipulos suos & ait illis. Ecce ascẽdimus Hierosolyman & filius hominis tradetur principibus sacerdotũ & scribis, & condemnabunt eum morte, & tradẽt eum gentibus ad illudendũ, & flagellãdum, & crucifigendũ, &c. Hec audientes gauisi sunt ualde duo fratres, quia festinabat tẽpus resurrectionis & excessus Christi, & aiunt, Petetis negligentia reprehenditur, dum de dantis largitate non dubitatur. Si omnibus dixit, Petite & accipietis, cur non petimus nos qui plus ei adhæremus aliquid præcellẽtius? Isti duo in mõte Thabor uiderũt Moysen & Heliam, unũ a dextris, & alterum a sinistris Christi, quia ideo uisi sunt in maiestate loquentes cũ Iesu. quibus ut notat Hilarius canone 20. super Matthæum cõuenit dextra & læua Christi in regno Ecclesiæ militantis. Isti autem uelut eis inuidentes instruxerũt matrẽ suam ut illum a Christo pro eis postularet locum, nam si habuerimus (inquiunt) dextram & leuam in regno eius, nihil deinceps poterit ab eo emanare quin per manus nostras exeat, & sic ad nos deuoluetur totum ministeriũ regni, sicut olim ad Moysen

Isa 60. Gloria Hierusalẽ

Thob. 13.

Incipitur Euange. a dura uia in Hierusalem.

Ioan & Iacobus ambiunt regimen.

Moysen & Aaron fratres, qui ex ore Dei iudicabant multitudinem filiorum Israel in deserto. Ecce ergo mater quomodo Christus & Dominus noster ascendit in Hierusalem, ut post mortem deuictam illico tertia die resurgat perenniter regnaturus. Tu nūc præuenias eū pro nobis quoniam te audiet, postquam tantū ei seruisti, eiq; cognatione coniuncta es. Pete pro nobis ab eo dexram & sinistram, ut hinc inde munitus nostra securitate, quietius regnet a tertia die suæ resurrectionis usq; in sempiternū. Ecce igitur petitionis occasio, nūc de ipsa petitione agamus.

Secunda pars.

Mater eorum credula bonum iudicauit consiliū filiorum quibus prospera optabat, & hoc modo putauit & animabus & corporibus filiorū subuenire. si apud hæredē uniuersorū filiū Dei eos commēdaret, ex quo eis & sibi & marito emolumētum magnū subsequeretur. Decreuit ergo ad Christum accedere, quod enarrans Matthæus ait in secunda Euangelii parte, Tunc accessit ad eū mater usq; in regno tuo. Poterat Christus matri respondere illud quod Salomon respōdit Bersabeę pro Adonia rogāti, cui dixit, Postula ei & regnum. Hic aduerte ꝙ mater horū plus petiuit quam ipsa nec ipsi sciebant, quoniā in supremo regno Christi, ut elicitur è sacris literis, pater eius & mater Maria erunt a dextris & sinistris habentes eū in medio, sicut duo cherubin propitiatorium habuerūt inter se intēplo Salamonis. Paulus ergo dicit Christū sedere in regno cœlesti ad dexteram maiestatis in excelsis. Et beatus Dauid de Maria loquens filio Dei, ait: Astitit regina a dextris tuis in uestitu deaurato, id est, corpore simili corpori tuo. Iā ergo Christus manet in medio patris & matris, ut ambo ex æquo fruantur eo, quē ambo genuerunt. Hæc tamē altitudinē ignorauit mater filiorū Zebedeæi, quos tanꝗ suggestores Christus instruxit, unde sequitur in Euāgelio. Respondens aūt Iesus dixit. Nescitis quid petatis. De Petro in monte māsiones petēte dicitur. Nesciebat quid diceret. Nam & ille uisa ibi gloria Christi, eius ēt fruitio-

Nota.

In dextera & leua Christi sunt pater & mater eius.

Nescitis quid petatis.

fruitionē concupiuit, moderatius tamē dixit; Domine, bonū est nos hic esse. Cælestem gloriam arbitrati sunt isti tres apostoli posse in terris haberi, tamē omnib. dicit. Nescitis quid petatis. Si filii Zebedæi nesciūt dū latera Christi munire petunt, assidētes ei, uos ò peccatores appetētes primos accubitus in comessationibus, & adhærētes ibi lateribus meretricis, scitis ne quomodo melius esset uobis mulierē non tangere? Scitis ne quomodo unusquisq; talis fit quale est id cui adhæret? Nā propterea de luxuriæ deditis scribitur. Abhominales facti sunt sicut ea quæ dilexerunt. Væ stipātibus latera principum terrenorum ut ambiant dignitates, cū petentes latera Christi audiunt, Nescitis quid petatis. Vt autem Christus ostenderet quod maior cura erat ei de istis, quàm matri corū, uoluit prius eos docere quid ab eo deberēt petere, dicens. Potestis bibere calicē quem ego bibiturus sum? Calicem uocat passionem pharmaco plenā, de quo in horto dixerat patri, Transfert calicem hunc a me. Et quia pater noluit, Christus deinceps dixit. Sitio, scilicet calicem iam ebibere: ut non mea, sed tua uolutas pater fiat. In uerbis ergo Christi sunt tria. Primum, tacita reprehensio. Secundū, clara doctrina petendi. Tertium, exemplum suimet. Dum ergo de nescientia petendi carperet eos, & subiunxit, potestis bibere calicem, uoluit eis dicere, uidentis me loqui de certamine, & uos de spoliis loquimini, ego loquor de morte & flagellis meis, uos autē de uita & gaudiis uestris, cernitis me de passione & transitu meo loquentē, uos aūt non de cōpassione, sed de meliore hereditate cogitatis, ut filii cupidi non quæ in parte uestro sunt sentientes, cum omnia tēpus habeāt. Nunc potius debetis optare ac petere, ut sitis ī Caluario mihi a dextris, & à sinistris ne cōquerar, dicens, Considerabam ad dexteram, & uidebam & nō erat qui cognosceret me. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Quid Iesu Christe plus habet tuus calix quàm alius? Quia incipit a fæcibus, prius debetis fæces bibere, deinde clarum. Calix

Passio est calix.

mundi

Differētia calicis Dei ac mundi.

mūdi ecōtra prius clarum propinat, deinde indeterminabiles fœces meus, autē nunc insipidus & obscurus, postea quem præclarus est. Nam omnis homo, id est mundus primum bonū uinum ponit, deinde quod deterius est, tu autem Iesu seruasti bonum uinum usque ad gloriæ fruitionem. Nunc sane claret ac splendet mundi prosperitas, ut patet in illo qui epulabatur quotidie splendide, indutus purpura & bysso, tamē nescius bibit totum clarum calicis mundi, & postea illas fœces solū habuit, de quibus dicitur, Ignis, sulphur, spiritus procellarum pars calicis eorum. Lazarus autem ecōuerso dū uiueret, fœcibus calicis Dei utebatur, ideo nemo cupiebat bibere de cypho suo, sed ueniebant canes & lambebant ulcera eius. Dum autē obiret, uenerunt angeli, ut eū deducerent in sinū Abrahæ ubi est clarū totū, & cū diues ab inferiori cerneret Lazari refrigerium & clarā fruitionē, eleuans ex tormentis oculos, ait: Pater Abraham, mitte Lazarum in extremo digiti aquā ferentem ut refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flamma Cui respondit ille quod clarum biberat, & Lazarus fœcem, dicens, Fili recepisti bona in uita tua, Lazarus similiter mala, nunc autem ecōuerso, tu cruciaris, ille verò lætatur: Hic fratres caueatis uobis, ne totā lætitiam & iocūditatem uobis oblatam ebibatis, alioquin solas fœces inuenietis postea. Si autem quispiam propter Deum renuerit mundi & carnis dulcedinem, in cœlo postmodum recipiet uindemiam defœcatam, puram fruitionem. Vnde in huius figura cum in Aegypto captiui fœces biberent filii Israel, eduxit eos inde dominus, & constituit eos super excelsam terram, ut sanguinem uuæ biberent meracissimum. Ex hac ergo prima differentia calicis Dei ad calicem mundi, qua diximus quod calix Dei à fœcibus incipitur: sumpsit Scotus occasionem ut in 4. distinct. 49. q. 5. teneret contra Thomam, quod fruitio uiæ & fruitio patriæ differunt specie, propter uariam habitudinem obiecti, quāuis utrobique manet eadem charitas) quia hic

Deut. 32.

Fruitioni & patriæ.

per modum obscurũ in ænigmare contẽplamur Deũ, in patria uerò clare uidetur obiectum amabile, ideo propter istum modum differentẽ obscuri & clari, quãuis sit idem Deus & idem habitus charitatis, gustus tamen & fruitio Dei in uia & in patria differunt specie, unde in patria est calix Dei præclaræ dulcedinis, in uia uerò est amarus, nam de transeuntibus ex hoc ad illum calicem dicitur. Date syceram merentibus, & uinum bis usque animo. Super hoc ait glo. ordi. Vinum & sycera diuinæ sapientiæ cõsolatio quę illis debetur qui in infimis consolari refugiunt, & quicquid in præsenti occurrit, amaro animo suscipiunt, cœlestibus tota mente inhærentibus. Hęc ibi, vnde sequitur quòd calix Dei aliquando habet amarum, scilicet in præsenti, & aliquando habebit æternaliter dulce, scilicet in gloria. Christus autem non de calice glorię, sed præsentis passionis, qui amarus est hos interrogauit, qui eius nimiam amaritudinem ignorantes, quam exposuimus in trilogio nostro, exponentes illud omnia scientis & orantis, transfert calicem hunc a me. Tamen hi fratres illico respõdent, Possumus inexpertis dulce bellum. Si totaliter scirent eius acerbitatem, forsitã moderatius, & humilius responderẽt cum illo regio propheta, qui credens se mori posse propter Deum, incepit Credidi, propter quod locutus sum, ego autem humiliatus sum nimis &c Expone totũ ut in glossa ordi. quia nimis facit ad rem martyrii. Iam ergo Christus qui bonis incceptis fauet, quasi adiuuans eos ait calicem quidem meũ bibetis. Super hoc ait Hiero. Quæritur quomodo calicẽ martyrii Iacobus & Ioãnes biberint, cum scriptura narret Iacobum tantũ ab Herode capite truncatum, Ioannes autem non, sed & ipse propter martyrium fuit missus in feruentis olei dolium, & inde ad suscipiendã coronam, Christi athleta processit, statimq; fuit relegatus in Pathmos. Vnde martyrio animus non defuit, sed bibit calicem confessionis, quem & tres pueri in camino ignis biberunt, licet persecutor nõ fuderit eorũ sanguinem.

Prou. 31.
Psal. 115.
Actu. 12.

Tertia pars.

guinem Hæc ibi. Nunc tertio uideamus quomodo cæteri Apostoli ægrè tulerunt quòd isti duo uellēt eis præferri: nam sequitur in Euang.

Indignatio cōtra prælatos est.

Et audientes decem, indignati sunt de duobus fratribus. Quanuis hoc Hilarius exponat non propter inuidiam, sed quia indignabantur, ex eo quod Christus exclusit eos à leua & dextra, & per consequens omnes se à familiaritate Christi arbitrabantur exclusos, quia quod cognatis denegatur, aliis interdicitur Hierony. non sic exponit, nec litera uidetur hoc innuere, nam de Christo non indignabātur, sed de duobus fratribus, propterea quod ausi sunt se cæteris in sua petitione præferre. Vnde Hieron. & glossa interli. ait, Ignorantes mensuram suā immodica cupiditate exarserunt. Nec solū isti duo peccarunt in elatione, sed alij decem dum ægrè tulerunt quod uellent præferri, unde Chysosto. ait, Sicut duo carnaliter petierunt, ita & decem carnaliter contristati sunt, nam uelle super omnes esse uituperabile est, non sustinere autem alterum super se, minus est gloriosum. Vnde quia omnes peccarunt, indigent correctione, de qua sequitur, Iesus autem uocauit eos ad se. Cum essent iuxta christum, in hac uocatione non intelligo nisi quòd antequam eos carperet ne exasperarent, liniebat eos dulcedine amoris sui, ostendens quòd non carpebat eos ut extraneos, sed ut filios præmonebat. Et

Vocauit eos ad se.

uocauit eos ad se quia seipsum eis in exemplum dedit. Et uocauit eos ad se quia eos monnit, ut ei uirtute fierent similiores. Vnde monitio hæc fuit, Scitis, quia principes gentium &c. Hos etiam uult Christus calicem bibere, ideo monet eos ad humilitatem excludēs superbiam gentium dicens, Non ita erit inter uos. Super quo ait Chrysosto. Principes mundi ideo sunt ut dominentur minoribus suis, & eos subiiciant seruituti principes autem Ecclesiæ fiunt, ut seruiant minoribus suis. In reliquo Euangelii dat Christus modum faciendi prælatos in Ecclesia sua dicens, Sed quicunque uoluerit inter uos maior fieri. Hic, ut putabant hæretici,

Prælati quales debēt fieri.

retici,non interdicit Christus Ecclesiæ suę prælatos,sed modum dedit quo fiant,nec uetuit huius rei desideriũ apud uiros aptos,quoniam qui episcopatum recte desiderat,bonũ opus desiderat,id est,inseruire ouibus Christi Iam ergo Christus nõ dixit renuas aut nõ uelis fieri maior,sed quicunq; uoluerit inter uos, id est, ut seruiat uobis & conuersetur inter uos,nõ inter aulicos, & sit eiusdẽ fidei vobiscum,non hęreticus aut excõmunicatus.Talis ergo si uoluerit maior fieri,id est,eligi.:Nõ dixit si ambire,aut se ittomittere curauerit,sed si eius uolũtas ad hoc inclinata est ut eligatur & maior habeatur,hic ut eligatur,sit uester minister, id est, sciat ꝙ dignitas hæc est ministerium,sciat se ministrum & seruũ unde Chrysost.ait. Dignitas nostra non est honor, sed onus.Exẽplum est in puella nobili quæ ante matrimonium est optime induta,quieta,& nitida, quæ sua sunt quærens, cum aũt nupserit, fit mater, dignitatẽ quidẽ habet,sed nec ita induit̃ quotidie, nec iam quiescit,sed suis seruit filiis,eos abluit,eos nutrit, eis oneratur. Sic prelatus dum fuerit electus,tãquam mater nõ suę quieti,sed filiorum studeat profectui. Sic Papa uocatur seruus seruorum Dei,& utinam sit. Sed forte dices, ꝙ est repugnantia in adiecto,nam prius dixit, si quis uoluerit maior fieri,postea subiũxit,sit seruus uester. Seruus nõ est maior Domino suo. Hic aduerte ꝙ si iungis illa duo,scilicet maior & seruus, fiet optimus prælatus:dũ, scilicet fuerit maior seruus,idest,magis quàm alius seruierit cõmunitati.Vel fit maior,q̃a tenet, ꝑsonã Christi,ideoque seipsum posuit eis in exemplum Et est seruus; q̃a Christus si de iure fuit Dominus, de facto fuit seruus, & sic debet esse prælatus ut si maior in honore fratrum suorũ,& sic etiam maior in seruitio eorũ,quia qui subit cõmodum subire debet & onus. Quidã autẽ doctor Parisien.adfert aliã nouã expositionẽ super prędictũ locum,quia quando dixit Christus, qui uoluerit maior fieri,sit seruus uester, insinuauit pœnã qua erat puniendus uir ambitiosus, ut scilicet esset seruus fratribus

Prælatus cur est maior.

tribus

tribus suis, donec in eo reprimeretur cōcupiscentia dominandi, & usque tunc deberet exerceri in rebus infimis ut seruus, & priuari uoce actiua & passiua, donec humiliatus fieret dignus eligi. Vnde Christus non ostenditur publice & authoritatiue electus a patre, donec nimiū humiliauit inter peccatores, ita ut Baptista scandalum pateretur, tamen quia illa humiliatio nō fuit in
Matth. 3. Mar. 3. poenam superbiæ, respondit ei Christus: Sine modo, sic enim decet nos implere omnem iustitiam idest, humilitatem, quę est iustitia, qua iustificantur superbi. Vnde filius Dei se filium hominis uocās omni homini uenit non solum ministrare nobis, sed dare animam suam in gratiam & gloriam nobis acquirendam, ut redimeret memoriam nostram ab obliuione, & intellectum a cæcitate. & uoluntatem a culpa, & oculos a distractione, & manu a malis operibus, & guttur a gula, & caput a superbia, & cor ab inuidia, & uentrē a luxuria, & dētes ab ira, & linguam a uaniloquio, & pedes a deuio, & totum hominem a mala cōsuetudine, ut eū posset in gloriam eligere, quam mihi & uobis pręstet Iesus. Amen.

Feriæ quartæ secundę dominicæ quadragesimæ, Euangelium require superius.

Sermo trigesimustertius.

T H E M A.

Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur. Matth. 20.

Inuocatio ad Virginem.

Esaiæ 51. NOn solū ipsa Hierusalē ciuitas Dei, præ se fert atque signat matrē Dei, sed situs eiusdē altitudinē
Maria bibit calicē Mariæ ostēdit, quoniā uirgini dicitur, Eleuare, eleuare, cōsurge Hierusalē, quę bibisti de manu domni calicem ira

ire eius usq; ad fundum,& potestati eum usq; ad fæces. Calix passionis de quo fit mentio in præsenti Euangelio,sanctos eleuat,ideoq; post cōsecrationem eleuatur in missa. Altius autem eleuat eos qui plus bibūt,& quoniam beata uirgo eum exausit usque ad feces, ideo bis dicitur ei. Eleuare eleuare. nam bibit calicem passionis & etiam feces. Omnes sancti bibunt calicem, immo & cuncti saluandi, scriptum est, Bibent omnes peccatores terræ, scilicet, de calice qui est in manu Domini de meritis operatis per Christum. Tamen beata uirgo non solum calicem sed fæces: non tātum merita passionis bibit, sed ipsam passionem, ipsas fæces uulnerum materialium tormentorum potauit. De manu Dei, de immissa filio tribulatione à patre calicem iræ (quam nos merebamur) libens accepit,& gustans etiam fel bibit usque fæces, in se traiiciens etiam ea quæ Christus non sensit, etiam illa quę Christo amara non erant, ueluti laterale uulnus, quo amaricatus est etiam uenter Mariæ uirginis. quę non solum usque ad fundum calicis, sed usque ad fundum suum, ad uiscera usque sua immisit feces & reliquias patientis filii. Nos & filii Zebedęi clarū calicis bibere cupimus non turbidū, Maria uerò utrunq; bibit teste Esaia propheta ubi supra. Qui autē plus bibit de turbido, plus bibit de claro,& nō ecōtra: ex quo infero, quod uirgo Maria supergressa est uniuersas animarum cateruas, plus ceteris bibit preclarum calicem quæ hausit turbidum: ideoque post binam eleuationem additur: Consurge Hierusalem, id est, simul pariter ex utroq; potu claro & turbido surge,& ascende superius ut in fruitione Dei sit ibi gloria maior. Si ergo tam eleuata est nostra Hierusalem, de hac non ualebimus dicere thema nostrū, quia non potero ad eam, tñ consolamini fratres, quoniam uirgo ascendit ut descēdat, scilicet ad nos q a Ioānes inquit: Vidi ciuitatē sanctā Hierusalem nouam descendentem de cœlo, scilicet ad nos iuuandum, quia immediate sequitur, Ecce tabernaculū Dei cum hominibus & habitabit cum eis. Si er- Apoc.21.

go Hierusalem Maria est apud nos, si est propitia nobis pro gratia impetranda, ei genibus flexis offeramus, Aue maria gratia plena Dominus tecum benedicta tu in mulierib. & benedictus fructus uētris tui Iesus Christus, Amen.

Argumentum dicendorum.

Necessitas passionis Christi.

IN præassumptis uerbis tota præsentis Euangelii sententia epilogatur & continetur, nam in principo, medio & fine agitur de passione Christi, sine qua non ualebimus Hierosolymā ascēdere, quia nec sine calice regno potiri, quod in calciarius expressit dum dixit, se daturū animam suam in redemptionem pro multis. Ratio ergo qua Hierosolymam ascendimus, est traditio filij hominis, quoniam oportuit Christum pati, & ita nos cum illo intrare in gloriam Hierusalem. Et propterea Christus incipit canticum graduum dicens: Ad dominum cum tribularer clamaui, & finit illud Psalm. 133. dicens: Ecce nunc benedicite dominum omnes serui domini, qui statis in domo domini, in atriis domus Dei nostri. Ex tribulatione peruenit ad domum Dei supernā Hierusalem, ideoque ait thema, Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur. Duplex est Hierusalem, prima sursum est superna scilicet gloria, altera uero quieta conscientia.

Diuisio.

Ad primam opus est tradere filium uirginis, ad alteram quoque opus est tradere appetitū sensualem: quoniam de utroque ait thema, Ecce ascendimus Hierosolymam, &c. Sic tandem biphariam diuisus erit sermo.

Pars prior.

Optime liquet Hierosolymam regnum Dei significare, postq̄ audita ea moti sunt filii Zebedæi regni dextrā & sinistrā expetere, & qm̄ ad regnum ascendere poterat nemo, nisi prius filius uirginis ascenderet crucem ac traderetur morti, propterea Christus dixit se uenisse ministrare nobis merita sua, ut ipso tradito omnes pariter ascendamus. Traditur autem à diuersis ac diuersimode, optima uero traditio eius figuratur in traditione Isaac: de qua dicitur, Tentauit Deus Abraham usq;

Gene. 22.

in fi-

in finem, ubi dicitur, benedicentur in semine tuo omnes gentes terrę. Hoc ultimum respondet extremo Euangelij, ubi dicitur, Dare animam suam in redemptionem pro multis. Nam benedictio idem est quod bona dictio, scilicet patris ęterni Christus qui datur semini diuino (hoc est prædestinatis Aduerte autem quòd hęc figura traditionis Christi a multis sæpe sępius tangitur & a nemine exponitur ad amussim. Quanuis ergo pluribus accommoda sit, nunc eam ad unguem exponere adnitar de uerbo ad uerbum allegorice prius, si autem adfuerit tempus, in posteriori parte eandem moraliter ex primam quoniam in eius allegorica expositione traditio Christi exprimitur, & in morali mirabiliter innuitur traditio appetitus sensualitatis, sine quo minime ualebimus Hierosolymam ascendere. Iam ergo aduerte quòd Abraham interpretatur pater multitudinis De hac multitudine fit mentio in calce præsentis Euangelii, pro qua datus est Christus. Est tanta tanque multiplex hæc multitudo quòd non poterit conuenire nisi Deo. nam patriarcha ille patrem æternum exprimit, à quo referēte Paulo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur, Est ergo genitor Deus tantæ ac tam uariæ multitudinis pater quod secundum Henricum & alios doctores, nisi ipse diuinitus generasset, nulla esse generatio in rebus. Nam productio extrinseca creaturarum, pręsupponit intrinsecam scilicet patris æterni actiuam. Ex productione igitur paterna oritur ac prouenit omnis alia productio: quapropter iure dicitur Deus, pater totius creaturæ, pater multitudinis.

Figura traditionis Christi.

Pater omnium est Deus quolibeto. 6. q. 2.

Hic pater nec dubium quin aliquando tētari ualeat. Nam solum mali arcentur ne Deum tentare pręsumant, quia semper male tentant, bonis autem sæpe licet, quia bene Deum tentare nouerunt: nec enim omnis tentatio mala est. unde aduerte quòd ut ait Chrysostomus, Tentatio Dei promotio quędā est. Intentator ergo malorum Deus, suos tentat, ut eos promoueat: quia Thobię dicitur. Quoniam acceptus eras Deo, necesse fuit ut

Tentatus Deus

Tho. 12.

tentatio probaret te.id est,promoueret. Tentatio etiã suggestio quædam est ad bonum inductiua, quoniam sic tentauit Deus Abraham literaliter exponendo. Si ergo tentatio est suggestiua inductio, proculdubio licebit aliquando Deum tentare, quando scilicet uobis euenerit de illa tentatione prouentus. Cum ergo aliquid magni aut multum impar meritis nostris nitimur orare, ac inducere Deum ad illud (nam Deus nouit piis uotis & si arduis acquiescere non dicimur tentare optime Deum, quam tentationem etiam iubet sibi fieri dicens per Malachiam Probate me super hoc (dicit dominus) si non aperuero uobis cataractas cœli, & effudero super uos benedictionem usque ad abundantiam. Ecce qualiter pro benedictio nobis abundanter obtinenda, uult probari ac per consequens tentari. Dum ergo aliquid maximi Deum oramus petentes ab eo aliquid supra uires nostras & merita. Deum tentamus, quod (ut dixi) potest bene fieri, eique placet maximum quòd ab eo petierunt sancti, fuit benedictio abundans apertis cœli cataractis. Benedictio, id est, bona dictio, filius Dei uerbum bonum est, quem ab ęterno dixit pater. Hunc petebant, efflagitabantque sancti cataractis cœli, id est, uulneribus corporis sui apertis, nam ideo dicunt omnes sancti, Desiderauimus eum uirum dolorum & scientem infirmitatem, immo & angeli pro isto maximo domo precibus obtinendo Deum tentare potuerunt, maxime quando Luciferum in sanguine agni impetrato uicerunt. Nec dubium quin dicent: Emitte agnum domine dominatorem terræ. Et ipse filius quoque Dei hoc postulat, dum figuratus in Iona patri loquitur dicens. Mitte me in mare, scilicet, passionis, quin & spiritussanctus hoc postulauit clamans pro nobis gemitibus (ut inquit Paulus) inenarrabilibus. Nec mirum quia pater orphanorum est. Nec distortum uideatur dicere, quod Deus tentatur in hac unigeniti sui sanctissima traditione, quoniam glossa sic habet: Patrẽ charitas quæ Deus est tẽtauit, id est, ad offerendũ unigenitum

Malac. 3.

Traditus Christus.

Esaiæ. 53.

Ioan. 3.

nitum innuxit, quia sic Deus dilexit mundum, ut filiũ suum unigenitum daret. s. in holocaustum, quod totum cremari debet, quia per charitatis incendium totus oblatus est Christus. Igit̃ propterea dicitur, Tẽtauit Deus Abraham. Deus spiritussanctus tentauit (hoc est) induxit patrem æternum, qui propter nimiam charitatem suam filium destinauit, cui dixit, Abraham Abraham.

Bis patrem uocat quoniam Paulus hoc ponderatus ait, Accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei in quo clamamus. Abba pater. Abba interpretatur pater, & clamare Abba pater, est bis uocare patrem, ubi nominis repetitione uult spiritus sanctus insinuari uel petẽtis feruor uel indigentia petendorum, ut ibi, Domine domine aperi nobis. Idem est ergo dicere. Abraham Abrahã, ac si diceret Pater pater, uocatur semel pater Deus, q̃a est pater domini nostri Iesu Christi & iterum uocatur pater, quia est noster cui dicimus, Pater noster qui es in celis uel propterea bis dicitur pater quia utriusq; populi est, quibus passio filij profuit, quia omnes egẽt gratia Dei. Dum in hoc arduo negocio tentatur bis Deus uocatur, quia in nullo alio se tantum ostendit patrem sicut in isto, ubi uocatur pater misericordiarũ & Deus totius consolationis Nec mirum quod nunc dicatur tẽtari quando spiritus sanctus charitas petit ab eo, ut pro nobis omnibus tradat filium. Nam & si, ut ait Thomas tentatio ordinatur ut aliquid ignotum manifestetur ipsi tentanti, satis ignotum erat nobis quòd sic Deus diligeret nos ut pro nobis uellet unigenitum tradere. Respondit ergo pater, Adsum. Nusquam abest Deus, tñ signanter nunc negocio præsenti adest, qui pater luminũ nõ ignorant hanc tentationẽ, nec est præter uoluntatẽ eius. Nec ullus potest patrem uocare Deum sine patre Deo (si tñ plene patrem uocet eum. s. in filiatione existẽs.) Omnibus denique filiis suis adest pater, eos interius docens ac ostendens necessitatẽ q̃ habent unigeniti, & eis suggerens ut dicãt per os spiritus sancti illud quod sequitur, Tolle filiũ, unum quẽ diligis Isaac. Non

Deus est bis pater. Ro. 8.

Tentatio Dei.

Filiũ immolat pater pro nobis.

agnum ut olim in lege ueteri sed filium: non alienũ sed tuum proprium: non qualemcunq; sed unigenitum, nó oblitum, sed quam diligis tanto amore ut dicas: Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. Et ut amplius paterna pietas moueatur erga filium suum, explicatur nomen, quia uocatur Isaac. i. risus ac iocunditas patris. Nos autem uolumus ut risus eius æternus dolore misceatur tali pro nobis. Ad hanc omnium (quos diximus) deprecationem pater poterit respondere uerba thematis, dicens: Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur. Ecce inquit promptissimi ambo ascendimus. Aduerte ꝙ in scripturis sacris fere uel nũquam in sanctum quis locum dicitur descendisse neque ad uituperabilem ascendisse memoratur. Vnde dũ dicitur, ecce ascendimus, in ascensu sanctitatem ac difficultatem ingerit nobis pater. In ascẽsu est difficultas, in traditione filii hominis sanctitas quia filius Dei prius q̃ traderetur, factus est filius illius hominis cui dicitur. Qđ nascetur ex te sanctum, uocabitur filius Dei. Ergo totius trinitatis uerba sunt ista: Ecce ascendimus Hierosolymam & filius hominis tradetur. Huius autem traditionis sanctitas, perpendi non potest nisi ab eo qui omniũ aliorum tradentium Christum malitiam prænouerit. Iudas eum tradidit auaritia. Iudæi autem inuidia, dęmones suggestione Pilatus decreto: sic autem econtra pater eum tradidit largitate, filius se tradidit charitate, spiritus sanctus eũ tradit inspiratione, & tota trinitas prędestinatione.

Sanctitas traditiõis Christi.

Locus passionis dicitẽ Moriah.

De loco ãt ubi tradendus erat. sequitur. Vade in terram uisionis atq; ibi offeres eum in holocaustum super unum mõtiũ quẽ mõstrauero tibi. De loco ubi oblatus est Isaac nũc agendum est quia in eodẽ loco passus est Christus in eadem ciuitate: ideoq. dixit, ecce ascẽdimus Hierosolymã. Locus ergo uocatur Hebraicè Moriah, ꝙ interpretatur doctrina. Secundò interpretatur myrrha. Tertiò interpretatur latria. Quarto, interpretatur uisio. Est ergo mons ille, primo doctrinæ, secundo, myrrhæ, ter-

tertio orationis, quarto uiſionis. Quælibet expoſitio ẽt literaliter cõuenit illi monti. Prima, ob templum ibi ædificandum, ex quo doctrina legis egrediebatur ad totũ populũ Secunda quia ibi offerebatur thymiama in quo myrrha cõdiebatur. Tertia interpretatio, quia ibi colebatur hoſtiis & ſacrificiis Deus. Quarta, quia ibi exhibitæ ſunt uiſiones plurimæ. Si aũt has interpretationes ad Chriſtũ referas patientẽ, uerius quadrant, quia certior eſt ueritas quam umbra. Primo, quia exinde exiit doctrina omni creaturæ nam Apoſtoli profecti prędicauerunt ubique. Et impletum eſt illud Eſa. Erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus domini, &c. quia de Syon exibit lex. ſ. noua & uerbum domini. ſ. incarnatum de Hieruſalem. De ſecundo ibi fuit paſſio Chriſti per myrrham. Magorum ſignata. Et impletum eſt illud Cant. Vadam ad montem myrrhæ & ad collẽ turis. Tertio, quia ibi patri cultus latriæ perfectæ datus eſt, quãdo Chriſtus ſe obtulit in odorem ſuauitatis. Quarto fuit tunc mons uiſionis, & impletum eſt illud, Dominus uidebitur. ſ. incarnatus. Et etiam per fidem uiſus eſt a dicẽte, Vere filius Dei erat iſte. Item attende ꝙ in Hebræo immo & in Latino taliter ſcribitur Moriah, ꝙ fere poteſt legi Maria. Vnde mons ille uidetur intitulari a Maria, quæ ibi filium obtulit, ac deinde iuxta illum propriis oculis aſpexit eum immolari pro nobis ſtans iuxta aram crucis. Vnde reſpectu uirginis illæ quatuor interpretationes iterum aptantur Caluario monti, qui fuit mons doctrinæ. i. Mariæ doctricis diſciplinæ Dei. Secundo myrrhę (hoc eſt) amaritudinis uirginalis Tertiò latriæ quia tunc in Maria manſit fides, qua Chriſtum adorat pro nobis. Quartò, fuit mons uiſionis pro Maria nõ ſolum uidit morientem filium, & ſed etiã eundẽ Deum eſſe cognouit ſcalæ crucis innixũ. Super mõtem ergo Caluariæ offertur noſter Iſaac in loco, non ab alio niſi a Deo mõſtrato iuxta quem eſt ager figuli in ſepulturam peregrinorum. Nec niſi in holocauſtum offerendus eſt ut nihil ſit in Chriſto quod non ardeat charitate

Deu. 5. · Eſa. 2. · Can. 4. · Ex Brugenſi. · Io. 19. · Ro. 12

de qua in præassumpta figura sequitur. Igitur Abraham de nocte consurgens strauit asinum suum, ducēs secum duos iuuenes Isaac filium suum. Nox dicitur uetus testamentum, quia, inquit Paulus, Nox præcessit. Hæc nocte relicta consurgit ad nouum. Fuit etiam nox tempore passionis Christi quādo tenebræ factæ sunt super uniuersam terram. sit tūc strauit asinum. i. populum Iudæorum quem tunc conuertit taliter, quod reuerterentur in ciuitatem percutientes pectora sua Nocte ueteris testamenti strauit asinum, qui ferebat omnia sacrificio ac commoda. Populus ille asinus fortis uocatur, & asina est Synagoga quæ uidit angelum, non tamē eū cognouit ut asina Balaam, cuius lingua loquebatur ab alio mota, quæ non intelligebat. Mysteria ergo Christi ferebat populus inscius Hebræorum uelamen habens super faciem. Igitur pater strauit asinum eum præparans ad sacrificium, secumque duxit iuuenes duos. i. duos populos, qui (ut ait glossa) consenserunt in Christi passionem Vel secundum aliam glossam, isti sunt Petrus & Ioannes, qui nocte passionis sequuti sunt Dominum. Postea tamen ad resurrectionem currebant ambo simul, quando uterque populus conuertebatur. Populus ergo Hebræus signatur in Petro negante, qui maius peccatū habet populus gentium in Ioanne, cui mater Ecclesia principaliter committitur. Hos iuuenes non aptos ad patiendum scilicet Petrum & Ioannem, etiam ad literam misit Christus pro asina & pullo, quando uoluit Hierusalem appropinquare. Tamen asinus Abrahæ signat sacerdotium Iudæorum, cui conueniunt omnia quæ in Genesi dicuntur de Isaac: nam illud sacerdotium laboriosum erat nolebatque scripturas rimari & ignarum mysteria passionis usque ad cōsummationem portauit Deferebatque pater noctu secum Isaac filium suum, quia tota lex, totū sacerdotium, & totus populus intra se habebat Christum filium Dei obscure tamen, donec dies gratiæ illuxit: de quo sequitur in assumpta parabola.

Gen. 49

Deo iuuenes, duo populi.

Asinus est sacerdotiū Iudæorum. Gen 49.

Cum-

Cumq; cōcidiſſet ligna in holocauſtū, abiit ad locum quem oſtenderat ei Deus. Et die tertio eleuatis oculis uidit locum procul. Pater Abrahā ligna odorifera in holocauſtum cōcidit, quoniam Deus pater ligna crucis filio parauerat uſque ad nos odorem ſuauiſſimum emittentia, nam ex impoſitione holocauſti plus redolent. Parauerat quidē antea ligna holocauſti etiam in nemore paradiſi terreſtris, quoniam ipſe lignum tunc notauit, dāna ligni ut ſolueret. Nec lignum ſolum ſed ligna dicitur concidiſſe, quoniam ex diuerſis lignis ſanctis facta eſt crux, cuius uirtute, quoniam antea parata erat, perhibetur eueniſſe miraculum ſalutis in probatica piſcina, ex eo quod ibi eſſet lignum crucis abſcōditum quo Deus operaturus erat ſalutem in medio terræ, de quo dictum eſt Abiit ad locum. ſ. Caluariæ quem ſpirituſſanctus oſtendit. Abire dicuntur qui longè recedunt. Diſtabat equidem a ſolio gloriæ locus cadauerum, ideoque die tertio eleuatis oculis uidetur procul. Oculorum eleuatio, & loci diſtans altitudo, myſterii ſublimitatem oſtendit a quocunque alio patre alienum. Iudicio quidem humano pater Deus dicturus erat. Abſit a me ut pro filiis fictitiis, pro filiis alienis, pro filiis ſceleratis, tradam unicum meum. Tamen altius rem conſiderans uidet locum procul. Præuiſus quidem erat locus, ideoque procul apparet oculis eleuatis. Vnde cum de paſſione Chriſti cogitamus oportet oculos eleuare, quoniam, ut nobis acquireret cęlestia, paſſus eſt. Væ aūt illis qui eius paſſionem cogitantes ſtatuerunt oculos ſuos declinare in terrā, ac ſi ſolum ex terra proueniſſet, & non ex ordinatione cœleſti. Nec die primo nec ſecundo, ſed tertio uidetur locus, quoniam nec in lege naturę, nec in lege ſcripta ſed in lege Euangelica paſſus eſt Chriſtus. Vel iſti tres dies ſignant alios in quibus grauiora paſſus eſt ſcilicet diem Mercurii quo uenditus, diem Iouis, quo captus, diem Veneris quo mortuus, qui die procul erat a Chriſto, quoniam difficile fuit ipſum mori. Erat procul a patre, quoniam eius mens non intrauit in conſilio

Crux paratur.

Locus paſſionis

Dū Chriſtum paſſum cogitas, eleua oculos.

Iudæo-

Iudæorum,& a filio,quia hoc nõ meruit:& à ſpiritu ſancto, quia non decreto humano uoluit Chriſtum mori, ſed amore diuino: ideoq; oculos eleuat & cupit, ut etiã pro Chriſto morientes eleuent oculos cum Stephano ad eum pro quo patiuntur. Viſo autem loco, dixit ad pueros ſuos. Expectate hic cum aſino, ego autem & puer illuc uſque properantes, poſtquam adorauerimus,reuertemur ad uos. Sæpe Chriſtus pueris prædictis Apoſtolis & populis dixit ut expectarent eius reſurrectionem, & nunc uult ut etiam expectent eam cum aſino,id eſt.ignorantia cum non bona fide,ut illi qui dixerunt.Nos autem expectabamus,ſcilicet fruſtra,& entertia dies eſt hodie. Iſti non expectabant niſi cum aſino,id eſt, cum populo Iudæorum communi, qui tepide ac ignoranter expectabant diem tertiam, an forte Ieſus a mortuis reſurgens rediret ad eos. Pater autem & filius properant. ſcilicet amore ad locum Caluariæ. Nos preparare non oportet,quoniam ipſe locus mortis nobis debitus ad nos properat:quoniam ideo dicitur. Væ trahentibus reſtim longam, ſcilicet mortis ſententiam ſibi annexam.Hæc longe a Chriſto erat, ideo properat ad eam in qua ſe adoraturum ſpopondit: nam in cruce ſicut in ſacro ſacello patrem adorauit,ſemperque tenet eleuata manus ut alter Moyſes, non uiris ſed clauis adiutas. At ſi aduertas Hur & Aaron tenentes eleuatas manus Moyſi, ſignant utrumque populum pro quibus orat Chriſtus. Quin & ad literam Saluator Chriſtus orauit ter in horto, inſinuans trinitatem, & uelut pater Abraham dixit ad ſuos: Expectate hic modicum, donec uadam illuc & orem. Et ecce angelus de cœlo confortans eum ſicut & Abraam cum uellet offerre holocauſtum. Iſta autem expectatio qua cum aſino iubet expectare, ad reſurrectionem pertinet, quia nunquam nec in pręſenti Euangelio,nec alibi fit mentio de paſſione, quin aliquid tangatur de reſurrectione. Igitur expectare cum aſino, eſt habere ſpem, ſaltem mortuam, quæ intellectu fidei caret. Hanc habuerunt Apoſto-

Eleuat Chriſtus manus ĩ cruce.

Expectatur reſurrectio.

li, ideoque postea dicebant, regenerauit nos in spem uiuam per resurrectionem. Quod tempore passionis Apostoli sint cum asino, patet: quoniam de eis dicit Regius propheta Dauid, Expectabunt onagri in siti sua. Expectabant, scilicet resurrectionem in siti conuictu Christi perditi, qui tanquam uas perditum reputabatur, tamen eius conuersationem sitiebant, quæ amaritudine carebat, ideo utcumque expectabant, & unusquisque dicebat: Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine & expectabam eum qui saluum me fecit a pusillanimitate spiritus & tempestate. Elongaui me a te fugiens, dum te caperent inimici. Mansi in solitudine, quia nemo socium Christi aut alicuius Apostoli se audebat asserere: tamen expectabat utcumque Christum qui eum saluum fecit a pusillanimitate spiritus fidei, a pusillanimitate asinina, & tempestatem passionis, quam tempestatem ita timent asini ut cadant, & sic Apostoli ceciderunt quoniam quilibet habebat timiditatem in corpore quasi expectans cum asino. Nisi mauis dicere, quod asinus iste fuit corpus Christi, de quo dicitur in Psalm. Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum Expectabant cum eo uelut cum pignore resurrectionis. Iste asinus posuit humerum suum ad portandū omnia peccata nostra super lignum: de quo sequitur in assumpta parabola Tulit quoque ligna holocausti & imposuit super Isaac filium suū, ipse uero portabat in manibus ignē & gladium. O Domine Iesu, quia quādo Pilatus iussit crucē imponi humero tuo, nō ab eo, sed a patre accepist. eā: nam ei dixeras Non haberes potestatem aduersum me ullā, nisi tibi datū fuisset desuper, s. a patre meo. Hic Dominus Iesus donum datum sibi a patre per manus Pilati uocat crucem suam. Pater Abraham de asino tulit ligna super filium ponenda, & pater aeternus de ignorantia Iudæorū tulit crucē Christo per manus Pilati. Ne aūt quispiā putet hoc est ex odio prouenire, tulit pater ignē altera manu, altera uero gladiū. Mors & uita apposita sunt tibi Domine Iesu, mors in gladio,

1. Petr. 1

Psal. 54.

dio,qui etiam Marię animã ꝑtrãſibit:nam propterea dicitur ex utraq; parte acutus,quoniam altera parte ferit te,altera matrem tuam. Sed non timeas quia flammeus eſt,ignem habet charitatis gladius iſte. Si Dei iuſtitia te pro nobis ferire decreuit eius charitas ſuſcitabit te & uos. Gladius infert tibi mortẽ, ignis aũt uitã lignis tuis præſtabitur re uiuum educant ſicut lignum incenſa, quibus phęnix combuſta iterum uiuificatur. Tu Domine (ut ſcriptum eſt) erit ſicut thus ardens in igne. Nunc Domine Ieſu ſicut Iſaac immolari uolens reſurrectionem cogita, iunge gladio ignem,ut ſit uiuus præſtans uitam,quoniam ſententia patris tui uitam habet adiunctã quoniã ipſe dixit Percutiam,& ego ſanabo. Memorare Domine, quod pater tuus ait, Ignis in altari meo ſemꝑ ardebit. Ecce q̃uo non ad mortem ſed ad uitã eſt ignis,quem manu defert pater:tamen de filio ſequitur. Et nutriet eum ſacerdos ſubijciens ligna Nunc o Domine Ieſu ſacerdos magne imples officium tuum deferẽs ligna holocauſti, ut uiuat amor diuinus apud nos: quoniam ferculũ Salomonis de lignis Libani fabricatũ erat, quæ computreſcere non poſſunt, media charitatẽ conſtratum propter filias Hieruſalem Ferculum tuum fers nunc,parum poſt eris in illo. Pater gladium fert ut amputet in filio iniquitates noſtras, quas ipſe portarę dignatus eſt extra caſtra:ut uitulus ille ꝗ portabat peccata populi Spiritusſanctus fert ignẽ amoris quo incẽdat holocauſtum,ita ut non ſit qui ſe abſcondat a calore eius. O domine Ieſu in quo nunc uideo impletum id quod dixeras Non ueni pacem mittere ſe gladium tamen a te incipit gladius ille. Et ſi ignem uenisti mittere in terram,iam in ignis iſte ardet in te. Oblatus ac traditus morti dignatur ferre ligna ſicca crucis pinguedine uiſcerum ſuorum,igneq; amoris fouenda,ut comburat ſyluam viridem peccatorum noſtrorum. De quo amplius miraris aĩa mea? uel de filio ſpõte patris duræ obediẽtiæ ſubiecto uſq; ad mortem ẽt crucis: uel de patre,ꝗ ut ſeruũ ab hoſte redimeret, filium cruci tradidit: vel

uel de spiritu sancto filiū & patrē ad hoc instanter urgē te? nec obliuiscaris Mariam quæ ēt filiū obtulit offeribilemque fecit, nam ideo stat iuxta crucem non tantū filij mortem attendens, quantum nostram contemplās redēptionem, per quam datur in præsenti gratia & in futuro gloria, ad quam nos preducat Iesus, Amen.

Quintæ feriæ secundæ dominicæ quadragesimæ, Euangelium.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidem erat diues, &c.

Sermo trigesimusquartus.

THEMA.

Beati misericordes, quoniam misericordiam consequentur. Matth. 5.

Inuocatio ubi ostenditur misericordia beatæ Mariæ.

IVxta sententiam thematis omnibus sanctis beatior est Maria, quatenus in ea prę illis misericordia uiget utilior nobisq; uicinior, & cōior ac fortior, & diuturnior, propterea enim quinque rebus assimilatur beata uirgo auxilium præstantibus s. auroræ lunæ, soli, aciei armatæ, & stellæ maris, de quibus miratus Salomō, ait, Quę est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens &c. Confertur quidem auroræ primo quia eius misericordia præ omnibus aliis est utilior, quoniam sicut aurora expellit noctē, & introducit diem, sic Maria a suis expellit noctē culpæ introducens lumen diuinæ gratię. Assimilata est autem lunæ, quia præ omnibus aliis sanctis est mundo uicinior, sicut luna præ cęteris planetis est terræ propinquior. Assimilatur etiam soli, quia eius misericordia est communior præ omnibus, quoniā nō est qui se abscondat a calore benificientiæ suæ inflammantis affectū, & illuminantis intellectum sole ipso diffusius.

Misericordia Maria cæteris maior ē.

Canti. 6.

fusius. Conteritur quarto armato cuneo propter eius misericordiæ potentiam. quæ hostes fugat inuisibiles à suis. Vocatur quinto stella maris, quia eius misericordia diuturnior est, sicut enim stellis cæteris occidentib. stella maris non occidit, sic etiam omnibus sanctis minime exaudientibus. Maria consuetum non denegat auxilium, memor existens quantum misericordiæ debeat, per quam facta est mater Dei, quoniam miseria & gemitus pauperum in lymbo manentium, Deum descendere fecit ad hospitium Mariæ uirginis, quæ quoniam multum debet afferenti talem hospitē, ideo eius obsequiis inseruire non destitit imò gaudet nimis oblata occasione miserendi, quam ut ei præstemus gratiā efflagitantes, ei offeramus, Aue.

Argumentum dicendorum.

PRo argumento dicendorum narra literā euangelij concludens quo nil aliud uoluit Christus in ea, nisi hortari nos ad misericordiam exhibendam in pręsenti, & recipiendam in futuro, ad hoc enim posuit exēplum in diuite epulone, qui si misericordiam Lazaro pstitisset in hoc mundo, ab eo eam reciperet in alio, quādo petiit guttam aquæ digito Lazari allatam. Mulctato igitur diuite duro nos teneriores ac proniores ad misericordiam. Si ergo diues ille optabat ut fratribus suis nūciaretur modus, quo possent declinare locū tormentorum, quanto diligētius debet uobis exponi modus iste ut caueatis? Modus iste fratres mei est exhibitio misericordiæ: quoniam ut ait Thobias, eleemosyna à morte liberat, scilicet ęterna, & non permittit animam ire in tenebras, sed facit eam inuenire uitam æternam, unde propterea dicit thema Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. In priori sermonis parte agam de misericordia Dei consequenda in hac uita: in posteriori autem, ostendā quomodo etiam impræsentiarum beati sunt misericordes.

Diuisio.

Pars. I. Miseria nostra Deū eleuat. 4. di. 49. q. 2.

Vt misericordiam dei exoptare contingat qua beatisimus, miseriam nostram prius intueri oportet. Miseri-

cordia

cordia enim à miſeria nomen habet, quæ teſte Auguſtino, quia non erit in cœlo, ibi opera miſericordiæ non erunt, ubi nullus erit miſer: interea tamen miſericordię Dei eſt miſerum à miſeria releuare, ut ait Scotus: ubi aduerte, quòd noſtra miſeria Dei miſericordiam magnificat, alioquin illam non permitteret, qui mala euenire non ſineret, niſi ex eis bona eliceret, quę conſideratio magna eſt ſuper me ne ægrè feram quamcunq; humanam miſeriam, quoniam quo miſerior eſt miſeria mea, eo magnificentior Dei miſericordia erit, qui amplius euehitur in deiectis, & plus, glorificatur in ſiniſtris caſibus ſanctorũ, q̃ in proſperis, ſicut in obſcuriori loco plus lucerna lucet. Vnde & ſi bona & mala ſanctis eueniant de manu domini, plus magnificatur in malis eorum & pœnis, ibique altiori modo miſericors uocatur, iuxta id Iacobi monentis, exemplum accipite fratres exitus mali & longanimitatis, & laboris, & patientiæ prophetas, qui locuti ſunt in nomine domini. Ecce beatificamus eos qui ſuſtinuerunt ſufferentiam, Iob audiſtis, & finem domini uidiſtis, quoniam miſericors eſt dominus & miſerator. Hæc ille, qui duplici nomine miſericordiam Dei annotauit, quoniam in miſerijs noſtris duplum acquirit honoris, alioquin beati uiri non ſic lætarentur in illis. Lætemur ergo & nos, non ſolum in miſeria propria toleranda, ſed in miſeria proximi releuanda, ut duplici honore digni ſimus, nam hic amor Dei & proximi adimpletur, ubi tota includitur lex & prophetæ. Sed ut ad miſeriam noſtram redeamus, quã releuat Deus, ut nos eam quæ proximi eſt, releuemus aduerte quòd quemadmodum ferrum ferro acuitur, & ignis ignem citius accendit, ſic noſtra excitatur ad proximos miſericordia, ſi Dei ad nos atendamus profundiſſime clementiam, ubi notandum cenſeo cũ Scoto, quòd maxima miſeria peccatum eſt, quod ſic eſt miſeria, ut eius comparatione nulla alia miſeria dici ualeat, tam maxima eſt peccati miſeria, quòd etiam tota inferni pęna ornamentũ ſit huius per ſe miſeriæ, iuxta

Iacob. 5.

Quã malũ ſic peccatum.

4. diſt. 41 q. 7.

hoc

hoc p̃fati doctoris Miseria est essentialiter culpa, nō pœna uel tristitia, quanuis s̃m quid est quęcunque pœna miseria, Culpa aūt fit per actum, nō per passionem sed tunc per oppositum essentialissime beatitudo est in actu uoluntatis, & sic dico quòd bonum commodum nó est beatitudo, sed perfectio aliqua consequens beatitudinem, sicut per oppositum pœna est perfectio aliqua ipsiu miseriæ, unde miseria est maxima pœna & quasi perficitur à pœna, culpa autem aliquid boni recipit per pœnam. Hæc ilie. Ex quo patet quam infelix sit culpa, quantumque miserrima, ex qua omnis pœnalitas habet ut miseria dici queat: & sine qua miseria nulla est. O igitur peccator, uel ex hoc aduerte in quanta miseria sis, quod nudus infernus & perditio eius, cui non est operimentum non minimum ornamentum af feret miseriæ tuæ per iustitiam, quæ nullū malum impunitum relinquet. Sed absit a nobis fratres tam hispidus ornatus de pellibus dęmoniorum, qui paratus est per graues manus iustitiæ Dei uiuentis in quibus ualde horridum est incidere, quē fugere nunc facile poterimus per misericordiæ largitionem, quia uniuersa delicta operit charitas, & beatos dicit scriptura eos quorū tecta sunt peccata per uestem amore Dei pauperi collatam. Miseriam tuam nudam tegis culpāque opperis qn̄ uidens nudum operis eum, nec despicis carnem tuā, sed quantum uigeat & scaturire non cesset in nobis miseria culpę, aduertite, quoniam pronior est homo ad animę mortem quam corporis, quia statutum est hominibus semel moti, in anima autem quotidie morimur, cum septies in die cadat iustus. Et quamuis eleementa in nobis manentia nos ad mortem ducant corporeā, ultra hoc & sensus omnes & animæ potentiæ ad peccandum pronæ sunt, unde pronior est homo ad mortem animæ quam corporis, quia & facilius cadit in istam quam in illā cui & plures sunt occasiones sed misericors Dei clementia ut misericordię locum p̃stet sæpissime manum porrigit ad aīę resurrectionem ne & nos

Eleemosyna tegit peccata.

nos fastidiemus misereri semper. Implet.n. Deus consilium suum qui & si dixit: Omni petenti te tribue, nemini ueniã negat, quodcũq; petatur, sed parũ uisum est ei releuare miseriã peccati quã incurrunt misericordes, nisi teneat manũ eorũ ne tot in peccati miseriã relapsi dãnabiliores fiant: p p quod ait Aug. tot sunt nobis peccata dimissa, quot fuerunt possibiliter cõmissa. Hæc fatenda sunt doloris cõfessione, alia uero cõfessione laudis, quoniã Dñs supposuit manum suã ne in nihilum culpæ tot ruãt misericordes. quemadmodum.n. de nihilo facti sumus, sic ad nihilum culpæ tẽdimus, quo ẽt esse naturali priuãdus uenit peccator, nisi manus misericordiæ teneret eũ qua ipse tenuit pauperẽ Doctores dicũt conseruationẽ non esse minus quã creatorẽ: quia nisi manutenẽtia Dei conseruaret, in id unusquisq; iret qđ antea erat, ut patet in imagine recepta in speculo cuius esse nõ dependet nisi à præsentia causantis eam, quæ si loqui sciret uidens speculũ subtrahi clamaret dicẽs, ne auferas te à facie obiecta, aut ille ne sinat uidere nec aspectũ subtrahat, aut faciẽ abscondat, ex quo tota essentia mea resultat. O Dei clementium quæ etiam precantes per misericordiam dissimulans conseruat ut sol radium, cuius non est alia subsistentia qua cõseruatio in luminis fonte, sicut & nos conseruamur in fonte misericordiæ Dei, quæ cõparatur manui tenentis filium cui annexa est uita peccatoris, qui dũ peccat eam rodere. ac etiam spuere in faciem tenẽtis non sinit tamẽ Dei clemẽtia apponit misericordiam cogitur cogitationes pacis si forte ad Deum nostrum reuertere uoluerimus. Hæc misericordia esse non potest nisi infinita, ideoque non est exinanita, & quoniam maxima est, orat propheta dicens, Miserere mei Deus secundũ magnã misericordiam tuã, Et secundum multitudinem miserationũ tuarũ dele iniquitatem meam &c. Quanta sit miseria culpę, patet primò, quia omnibus bonis mundi redimi non ualeret, nec eam excusaret ẽt si uniuersum mundũ lucretur peccator, nec tota pœna inferni tam mala

Misericordia Dei impedit peccata.

est quantum minima culpa, quia nec esset ullum mali pœnæ nisi ob culpam, ante peccatum enim Adæ nihil nocebat homini nec etiam ignis, quia omnia erant ei solummodo ad solatium, nunc autem ad solatium & pœnam, vt sic merita crescant, sed in inferno erunt omnia ad pœnam, nullumque elementum aliud mitigabit, unde quanuis dicatur in Iob, quod ab aquis niuium transient ad calorem nimium, illud non erit ad temperamentum, sed ad maius nocumentum. Assolet enim nos nimis frigidas habere manus, quæ igni appositæ magis dolent, & sic in inferno pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos. Si autem Deus uellet ut nunc etiam corporaliter esset sibi pœna unusquisque peccator, nil sibi faciendum erat nisi te relinquere tibiipsi ad nihilum concurrens tecum, si autem tibi si relictus fuisses, Deo non concurrente desitioni tuæ, nunquam moreris & semper patereris cruciatum maximum Si Deus decreuisset te fame nunquam moriturum, & cum hoc ut te fame cruciaret panem auferret qualem patereris uno mense famen uel anno? qualem duobus aut tribus? Si etiam decreuisset te non moriturum siti & aqua denegata, areret lingua tua quinque diebus, quid sentires tribus mensibus? Sic de singulis passionibus cogita, & in teipso infernum reperies. Si manum misericordiæ suæ subtraheret Deus à te maxime si humores solutos sineret euagari in te. De passionib. uero animæ aut cupiditatibus suis, quid restat explanare cum etiam nunc uiri isti negocijs secularibus aliqua necessitate dediti, si interdum deuotionem non sentiũt suspendium eligunt, seque dicunt separatos a Deo aut oblitos, nec cessant cum Martha dicere. Domine nõ est tibi curæ quod soror mea. s. deuotio, reliquit me solam ministrare. O quàm famem pateretur intellectus ueritatis si relictus esset sibi soli, qui sine summæ ueritatis luce teterrimus, est eiusq; cupidior memoria, nõ minus desiderat æternitatẽ q̃ impleant, sine qua ita se vacuã reperit, sicut diuisiones maris p quas filij Israel trãsierũt

per

per siccũ in medio mari, de uoluntate aũt quid oportet fari cum Dei fruitionem ita cupiat ꝙ eius absentia eam plus cruciet in tormentis, quam infernus ipse, ut est ui dere in hoc diuite in inferno existente, cuius verba no-tanda sunt, ait enim, Mitte Lazarum ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meã. Aqua sapientiæ salutaris, est fruitio Dei. Digitus autẽ est opus subtile ad uitam contemplatiuam pertinens. Extremum huius digiti est suspirium quoddam sine desiderium cęlestiũ. Orat ergo diues ut Lazarus intingat extremũ digiti sui in aqua, id est ꝙ accipiat saltem illã gloriã, illam fruitionem quæ correspondet minimo suspitio suo, & eã præstet linguæ suæ, ut gustus eius satietur. quoniam ultra quam dici põt optabat gustare fruitionem Dei, cuius minima pars sufficeret totã flammã inferni extinguere, & eius penuria plus torquebat diuitẽ quam infernus, ubi, ut ait Scotus, amore cõmodi torquentur dãnati, qui ardentius Deũ inordinate desiderant, quam quiuis demens amator alicuius fęminę, qui captus amore turpi obit aliquando. Ecce igitur qualiter nos nil aliud sumus nisi summa miseria culpæ atq; pęnę, & necessitas ita ungens ꝙ ad Deũ nr̃um ire cõpellamur, qui ꝑ misericordiã suã adimplebit in bonis desideriũ nr̃m maxime in gloria, ubi summa uacuitas adiũcta erit plenitudini summę quæ est diuina, immo diuinitas, q̃ auribus erit melodia, gustui sapor, oculis obiectũ, intellectui lumen, memoriæ continuatio æternitatis, uoluntati amabilis delectatio, ibi ergo in gloria beati erũt misericordes, quibus rectius debetur beatitudo, qm̃ sicut ipsi nituntur aliorũ releuare misericordiã, sic Deus eorũ ex toto releuabit miseriã culpę & pęnę. eadẽ.n. mẽsura remetiet̃ eis, teste Euãgelio, qua mẽsi fuerint. Mẽsura ipsa est misericordia q̃ conferta dabitur eis ut beatiores sint qñ misericordia ædificabitur in cœlis teste Dauid, qui alibi ait. Quoniã magna est sup coelos misericordia tua, ut liberentur dilecti tui, id est, misericordes quos hic liberata culpa, & in futuro a tota pœ- Psal. 107

na. Releuatio tamen culpę maiori misericordia est, quoniã culpa est maxima miseria quod profundius cõsiderans Dauid dicit domino ẽm translationem Hiero. Glorificabo nomen tuum in æternũ, quia misericordia tua magna est super me, eruisti animam meã de inferno extremo. infernum extremũ uocat culpã, ex qua Deus animam extrahit peccatoris, qđ translatio nostra uocat infernum inferius, nam, ut probatum est deterior est minima culpa omni pena, difficiliusq; reparatur aut releuatur culpa quã pęna ideoque maiori indiget miseria, nulla quippe est pęna quæ uel per angelica potẽtiã releuari non ualeat culpã autem solus Deus remittere põt. Difficilius ẽt est Deũ ad animã reducere, quã ad corpus uitã suam quæ anima est. Sed ipse Deus animam uiuificat qui nulli subiacet potẽtiæ, maius denique arbitror resurgere a peccatis quã à mortuis, utrũque opus Dei est misericordibus præstandum & in hoc seculo & in altero Culpa ex toto releuatur hic, pena autem ibi unde quia in cęlo est omnimoda releuatio miseriæ dicitur illic misericordia completa beatis. illic nullam nos misericordiam præstare poterimus, ubi omnimodam nos credimus accepturos, ideoque nunc instemus misericordiæ operibus, ne cum diuite epulone dãnemur qui pro nullo alio delicto legitur condemnatus, nisi propter misericordiæ omissionem. Et ideo iudex uniuersalis in sententia cõtra immisericordes promulgata nullum aliud delictum exprimet nisi omissionem misericordiæ, propter qua oẽs emittet à se di. Ite maledicti in ignẽ æternum, quia esuriui & non dedistis mihi manducare, infirmus eram, & non uisitastis me. Ecce igitur qũo cum diuite immisericorde damnabuntur omnes qui non exhibuerunt misericordiam sepulti in inferno, ubi nihil deerit, nisi quod non est pauperibus datũ, unde ait Petrus Rauennas in quodam sermone, Manus pauperum est gazophylacium Christi, & quicquid pauper accipit Christus acceptat. Da pauperi terrã, ut accipias regnum, da micam, ut accipias totum, da pauperi, ut detur tibi,

Infernus culpæ.

Misericordia nunc est habẽda.

quia quicquid pauperi dederis, tu habebis, quod paupe ri non dederis, habebit alter. Hæc uerba diriguntur diuiti epuloni, qui adhuc putauit sibi propitium fore Lazarum cum ei non fuerat ipse propitius Si autem fecisset secum misericordiam, non clamaret postea nisi ad eundem, & nō ad patrem Abraham per quem Lazarū putauit conciliandum si ut præstaret ei micas glorie: tamen prius ingemuit perpēdens ac memorans quomodo Lazaro non dederat micas perditas mensæ suæ, & uelut pœnitentiam agens & ueritatem cognoscens, ait Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequuntur, non autem ego, quia misericors non fui.

De misericordia Secunda pars.

Misericordes beatitudo sibi aptos dicit ēt nūc beatos.

Nunc in secunda nostri sermonis parte operæ pretiū est uide qualiter misericordes (adhuc in exilio) sunt beati, nam si totum hoc simul capiatur, Beati misericordes, quoniam misericordiam consequentur, propter misericordiam eis in futuro a Deo exhibendam dicuntur beati, sicut & beati immaculati in uia, dicuntur propterea, quia peruenient ad patriā in quā nihil coinquinatū intrabit, unde, tā beata est, beatitudo exhibenda nobis, ꝙ aptitudo ad eam etiā uocatur beatitudo, Cū aūt hæc aptitudo potior sit in misericordibus, beatiores sunt. Quod aptiores sint patet, nā ipsa beatitudo nihil aliud est quam summa misericordia, ut prædixi. Misericordia aūt iustius exhibetur misericordibus, quoniā habenti. s. misericordiam, dabitur non aliud quam misericordia. Item quia si misericordia secundum Scotum denotat miserum cor in miserante, & beatitudo sit omnium miseriarum & præcipue cordis eleuatio, eius capaciores sunt qui miserum habet cor. Quemadmodum enim Deus præcipit ut prędicatores sui loquantur ad cor Hierusalem, sic & ipse in exhibitione rei prædicatæ incipiet a corde misericordis Tunc quia isti similiores sunt Deo cui sic annexum est dare, ut per nullam potentiam recipere queat. Beatitudo autem exhibetur prius similioribus Deo. Item quia cum omnes uirtutes sint arma iusti

Eleemosyna. tię ad expugnandum regnum cęlorum, quod uim patitur, misericordia est directius instrumentum, rectiusque feriens uenam misericordię Dei, ut ampliorem semitam faciat ad faciendam misericordiam cum miseris suis.

Psal. 111. Tunc autem quia si regnum celorum, teste Augustino, uenale est, quo decentius emi potest eleemosyna, cum scriptum sit, Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi. Sed notate uerba, dispersit abundanter, dedit liberaliter, pauperibus sapienter, iustitia eius manet æternaliter in seculum seculi, ideo utiliter. Pro eo tandem ꝙ uiri misericordię alienas tollunt miserias uel mitigant, aut saltem per compassionem portant, iure uicissitudinis aptioris immunes esse oportet à proprijs necessitatibus. Vltimo deniq; aduerte ꝙ misericordes hic habēt purgatorium suum, nam misericordia Deo dicere poterit, Libera me ab omnibus tormentis, quia omni genere tormētorum punita sum, quis nāq; infirmatur & ego non infirmor? q s scādalizatur, & ego non uror? quis affligitur, & ego non torqueor? quis patit, & ego non compatior? In quocunque igitur paupere patit misericors & purgat peccatum suum, imò & in quocunq; peccatore sicut Samuel lugens Saul, imò asserō ꝙ beatitudo misericordiæ cæteras Euangelii beatitudines amplectitur. Sępe sanè cōtigit misericordiam depauperare suos, ut alienis succurrat, sic faciens eos beatos pauperes spiritu. & misericordiæ spiritalis est parcere iniurijs illatis, ut sic suos beatos faciat mites. Huius etiam misericordiæ nouimus esse aliena peccata lugere, ut sic de suis dicatur, Beati qui lugent, misericordiæ spiritualis pariter est errantes corrigere, ut de suis dicamus, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, munditiam etiam facit misericordia, quia scriptum est, Date eleemosynam, & omnia munda erunt uobis Vnde pariter sunt misericordes, beati mundo corde. Pacem quoque misericordia operatur, quia munus extinguit iras & donum in sinu indignationem maximam, imò & misericordes dilecti sunt Deo hominibus, ideoque filii Dei

Misericordia secum hēt purgatorium.

2.Co. 11.

Misericordia alias beatitudines amplectitur.

misericordis, ut de eis dicatur, Beati pacifici, quoniam filii Dei uocabuntur. Nec octaua beatitudine quæ dicitur persecutionis propter iustitiam caret misericordia, dum à cupidis de prodigalitate iniuste arguitur misericors, ac si inutiliter cuncta largiretur.

Ecce igitur beatitudines, quas Saluator Christus prędicauit in monte omnes misericordiæ deseruiunt dominæ suæ, quæ merito in medio earum posita est tanquã sol in medio planetarum, aut tanquam dux in medio exercitus, nam cæteræ beatitudines quæcunq; sint, ancillæ creduntur misericordiæ, quæ quidem possidet regem cœli, nam quæcunque sunt in cœlo misericordia possidet, & cęlorũ regẽ, quod inde apparet, quia ipsum uendidit pro redemptione captiuorum, ipsum spoliauit ad nudos induendos, ipsumq; in cruce assauit pro egenorum refectione. Nec solum possidet regẽ cęli cõiter ut amicum, sed ueluti seruũ aut debitorẽ, nã Sapiẽs ait, Feneratur dño, qui miseretur pauperis. Sed qui recipit mutuũ, seruus est fęnerãtis, teste Salomone. Ergo Deus misericordię seruus est, cum ipsemet mutuũ accipiat dicens, Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Ecce igitur qualiter misericordes beatiores sunt cæteris iustis. Sed nota ꝙ nemo in alio seculo beatus erit nisi in hoc uel seminarium beatitudinis uel spẽm aliquam habuerit, nã ideo bona facta iustorũ uocantur semina, qui euntes ibãt, & flebant mittẽtes semina sua. Immo & dona Dei uocantur modo semina, quia filius eius dixit, Exiit qui seminat seminare semen suum. Hæc semina in cęlo fructificant, quibus carẽs nullũ fructum possidebit. Vniuersaliter igitur uerum est, ꝙ specimẽ siue lineamentũ beatitudinis nunc habere opus est, cui postea beatitudo ipsa correspondeat & iungatur, quam obrem dixit Christus, Habenti dabitur, & abũdabit. Beatitudinis ergo descriptionem ad amussim tenent misericordes, ideoque initialiter beati dicuntur & ẽm rationem seminalem ubi, secundum Scotum, aduerte ꝙ beatitudo dupliciter accipitur, uno modo pro coniunctio-

Omnia, Deumq; hẽt misericordia seruum.

Proue. 16

Semina. rii totius beatitudinis habet misericordia.

ne ad perfectiuum extrinsecum, alio modo pro fundamento proximo illius coniunctionis. Fundamentum ergo proximum beatitudinis, est in misericordibus similitudo quædam ad integram beatitudinem cœli & intensiue & extensiue acceptam. Quæ est uisio, tentio, fruitio agilitas, impassibilitas, claritas, subtilitas. Hæc omnia sunt aliquo modo in uiro misericordi, habet nãq; prius uisionem actualem Dei, in eo quòd solum Deum respicit in misericordia sua dicentem. Oportuit te misereri conserui tui, sicut & ego misertus sum tui. Et alia scriptura dicit, Misericors & miserator, & iustus dominus. Et ob hanc misericordiam intuendam immediate sequitur: Iocundus homo qui miseretur & cõmodat. Vir igitur misericors Dei misericordiam uidet, ut & ipse misericors fiat. Nulla quippe consideratio clementiore facit hominem, quam uisio misericordiæ Dei erga nos.

Visio misericordiæ.

Psal. 112.

Nec solum uerus misericors in misericordia sua Deũ uidet, sed in paupere cui miseretur, cõtemplans in eo penurias Christi uiri dolorum & scientis infirmitatẽ. Tentio etiam est in uiro miserãte, quoniã talis erat qui dixit, Ab infantia mea creuit mecum miseratio. Hãc etiã tentionem optabat Sapiens in filio suo, cui dixit Misericordia & ueritas non te deserant. Circunda eas gutturi tuo, & describe in tabulis cordis tui, & inuenies gratiam & disciplinam bonam corã Deo & hominibus. Hic monemur ne misericordia nostra momentanea si ad modicum parens, sed perseuerans & crescens. Misericordia & iustitia ponuntur simul, ne dum aliis benefeceris aliis noceas. Abhorret enim Deus rapinam in sacrificio, illa etiam duo iũcta posuit circa guttur & cor habẽda, quoniam & misericordia cordis compatientis & oris misero dulcedinẽ uerbi ingerentis, & quibus & iustitia est opus. Scimus equidem quod correctio errantis opus misericordiæ est & iustitiæ. Et sæpe etiam cõtingit ex corde nos mala corporis optare misericorditer homini pessimo, ut conuertatur & uiuat, tunc talis misericordia superexaltat iudicium nostrum, quia in tali odio non ini

Tentio misericor.

Prou 3:

quo,

quo, sed perfecto ad perfectiora tēdenti inuenimus circa proximum gratiam & disciplinam bonam corā Deo & hominibus. Oleum ergo de capite tuo non deficiat, idest pietas de mente.

Fruitio ēt est in uiro misericordi, nāq; misericordia ipsa fruendum est dicēte Aug. Fruendū est bonis inuisibilibus, & glo. super illud. Timor domini delectabit cor ait, Fruitio beata propria est delectatio. De Deo autem nullibi in hac uita amplius delectamur, quam propterea quod misericors est & etiam multæ misericordiæ, quam sequimur nos miserendo, & sic eius misericordiā degustamus Si aūt quælibet uirtus suam habet delectationē in expedita operatione sua, quātam delectationē esse putas misericordiæ consuetæ? Certe tāta est ut multi misericordes falso credant se nil in miserendo mereri tam delectabiliter largientes. Væ aūt duris qui in datione sua Deū non attendunt, nec misericordiam tenēt sed auaritiam nec fruuntur ea sed immisericorditer misericordiā faciunt cum exiguo dono etiā reprehēsionē dantes pauperibus quia molesti sunt sibi, non aduertentes, quod Deus nō molestatur quamuis excitetur multiplici petitione nostra. Quarta beatitudinis pars est quidem, agilitas qua misericordia nō caret dum & agiliter pręstat & etiam miseros circuit Antiquitus solebat spōsa Dei circuire ciuitatem cœlestem, angelosq; interrogare, an uidissent dilectū suum: nunc autem misericors anima hospitalia circuit ibiq; inuenit dilectū suū Christum in membris suis ægrotantem cui ut altera Magdalena tria impendit. s. compassionem cordis notatam in lachrymis fusis ad pedes Domini. Consolationem oris in unguēto optimo, Subuentionem operis in capillorū tersione Felix ergo anima quæcunque sit, dum dicitur de ea, Mulier quæ erat in ciuitate peccatrix ut cognouit quod Iesus accubuit in domo Simonis leprosi &c. Domus leprosorum & egenorum hospitale est, atq; quodnis pauperum domicilium, ad quod agiliter deueniunt misericordes: non ad loca diuitum eructantia ex hoc

Fruitio Misericordiæ. Eccle. 1. Eccle.

agilitas misericordiæ.

Magdalenæ misericordia.

in illud. Agilis ergo erat clemens Loth ad uiam procedens pro colligendis peregtinis, & ille cuius ostium uiatori patuit, & ille qui dixit. Exi cito in plateas & adytus uiarum, quoscunq; inueneris pauperes, claudos, debiles, introduc eos, ut impleatur domus mea. Agilis erat beata Cecilia, quando stans in domo sua dicebat pauperes longè manentes conscios suorum secretorum esse. Secreta aut eius erant occultæ eleemosynæ celeriter missæ, ne sciret sinistra sua quid dextera faceret. Deniq; agiles sunt qui uel per internuncios uisitare nō cessant egenos, & si longè maneant. Impassibilitas etiam est misericordiæ, quæ si uera est nullam passionem habet, si aliquid petat immeritus, immò & inimicus, nam misericotdiæ dicitur. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitierit, potum da illi. Difficultatem huius impassibilitaris nemo callet, nisi cogitet quantum patitur animus eius, saltem uidens inimicum suum coram se, quē acrius fert si alloquentem audierit. Sed misericordia etiam petentem recipit & fouit inimicum, credēs quòd Christus ait. Veruntamen diligite inimicos uestros, benefacite, & mutuum date, nihil inde sperantes, & erit merces uestra multa, & eritis filii Altissimi quia ipse benignus est super ingratos & malos. Simus equidem fratres misericordiam patrem habere Deum, patrem misericordiarum & Deum totius consolationis, propterea quia multum de illo sentit. Ad inimicos impassibilis est nemoque contristat eam, spiritum enim promptum habet in quo peragit cuncta de carne nihil curans, quæ infirma est & ad modicum læditur.

Impassibilitas misericordiæ.

Luc 6.

De claritate autem misericordiæ nunc tangere oportet, ubi aduerte quod claritas celebris fama est. Ait enim Beda super illud: Omnes clarificabant id quod factum erat. Clarificantur facta uel dicta quando fama diuulgante, in notitiam plurimorum deferūtur, Deus autem glorificatur in factis hominum, quod est propriū Christianæ pietatis & humilitatis ipso dicente. Videant opera uestra bona, & glorificent patrē uestrū qui in cælis

Claritas misericordiæ

Act. 4

lis est. Si aũt quodlibet bonũ opus lucidum est, ut patet Matt. 5.
ex prædictis, quanto lucidius erit misericordię opus? Leuit. 24
de hoc dici potest, Pones super panes thus lucidissimũ, ut si panis in monimentum oblationis Domini. Super panes thus lucidissimum ponis, quando misericordiam facis propter gloriam Dei, nam ut ait glos. panes cedebant in vsum sacerdotum, & thus cremabatur sursum asceadens. Pauperes quidem sacerdotes sunt spiritualiter intelligendo, quia teste beato Laurentio per manus eorum in cęlum deferuntur oblationes, & propterea dicitur hic quod panes sunt monimentum Domini, quibus memor est nostri. Claritas ergo famæ operum misericordiæ ad cęlum usque peruolat clarior cæteris operibus, quam etiam angeli celebrasse dicuntur, ut patet in Cornelio & Thobia, quorum eleęmosynas euexarũt angeli, atque laudauerunt in conspectu Dei, unde merito talis fama thus lucidissimum dicitur, quia super charitatis prunas positum nimis ascendit in altum. Si ergo uiri fratres cupitis ut uestra cito fama crebrescat operibus misericordiæ intendite, cum claritate uultus, Hilarem enim datorem diligit Deus.

Vltimo autem de subtilitate huius uirtutis audire aliquid placeat, est enim in ea, teste Salomone, spiritus intelligentiæ, sanctus, multiples, unicus, subtilis. Subtilia dicuntur corpora beatorum, quia cętera corpora penetrantia sunt. Misericordia autem etiam cor miseri penetrat, nam propterea Iob dicebat. Cor uiduæ consolatus sum, & alibi dicitur misericordi. Conclude eleemosynam in corde pauperis, ut scilicet subtilitate indagationis tuæ penetres, & intelligas quid desideret cor eius. Penetrat ergo misericordia corpus ad spiritum, & uoluntatem, & cor perueniens in exhibitione sua. Nec attendit os quod petere non audet quãtum ei opus est, sed cor quod semper cuncta sibi necessaria expetat. Penetrat ẽt misericordia usque ad purgatorium offerens pro ibi detentix sacrificia sua, penetratq; cœlum orans pro miseris, ut sibi & illis detur gloria, quam mihi & uobis &c.

Subtilitas misericordiæ.
Sapien. 7.

Feriæ

Feriæ ſextæ ſecundæ dominicæ quadrageſimæ Euangelium.

IN illo tempore: dixit Ieſus Diſcipulis ſuis & turbis Iudæorum parabolam hanc, &c.

Sermo trigeſimuſquintus.

THEMA

Erat paterfamilias qui plantauit uineam. Matth. 21.

Inuocatio ubi Maria oſtenditur uinea ſimul creata & plantata.

PEculiari delectione amat agricola uineā, quam ipſe per ſe plantauit. & ſi plantatas per ſuos diligat. Paterfamilias Deus qui eſt pater luminum, & pater totius creaturæ quamuis plures habeat uineas, quandam habet ſingularem inter alias, quam manu propria & ſingulari operatione plantauit, non cōmittendo eā (ut alias) cauſis ſecundis præciſe, ſed addens manum gratiæ ſuæ prædilectæ uineæ, eadem fuit plantatio & creatio. Alias uineas, ſcilicet Synagogam, uel Eccleſiam, uel animam, prius creauit, poſtea plantauit, tamen Maria ſimul & ſemel creata & plantata eſt, ac perinde ſemper dilecta. Anima noſtra quāuis ſit creata homoque totus cōceptus ſit, non eſt dilectus donec plantetur, donec Deus plantet, & ponat in nobis aliquid qđ amet, nā paterfamilias non amat uineā, ubi nihil poſuit de ſuo. In hoc ergo Maria cęteras pcellit hrditates Dei, ꝙ a creatione ſua plātatur à Deo. qui (quēadmodum in angelis) ſimul fuit condiens naturā, & largiēs gratiam uirginis Mariæ, quæ propterea dicitur ſimul creata & plantata, unde optime figuratur in ea hæreditate Dei, de qua dicitur, Plātauerat aūt Dominus Deus paradiſū uoluptatis a principio, ī quo poſuit hoīem. Huius hrditatis plantatio nō diſtin-

Maria eſt uinea a Deo plantata.

distinguitur a creatione, quia eadē fuit plātatio & creatio, & sic in beata uirgine idē est creatio & iustificatio, nec per instās fuit nō plantata, quoniā paterfamilias eā prænoscēs matremfamilias nō solū elegit, sed & præelegit hanc uineā, ex qua & humanos & heroicos, & angelicos atq; diuinos fructus collegit. A principio igitur cōceptionis suæ plantatur Maria, ut incipiat facere fructū optimū, quo lætificet Deus pater, propterea ꝙ eius filius ad hāc uineā paradisi missus, ibi se debuit plantare, unde in authoritate addit, In quo posuit hominē.s. qn̄ uerbū caro factū est. Iudæi ut haberēt hæreditatē Dei.s. tēplum eiecerunt filiū Dei extra uineā, idest, extra Hierusalē, & eo ipso hæreditatē & hęredem perdiderūt, sed spiritus sanctus ad uineā, id est, ad Mariā uirginē filium Dei adduxit, ut nos faceret cohęredes Christi, ac ꝑ consequens uini, idest gratię huius uineę participes, quā ut impręsentiarum assequamur, ei cantemus, Aue Maria.

Argumentum dicendorum.

IN præsenti Euangelio epilogat sapientia Christi discursum totius mūdi, attingens a fine usque in finē. Creationem tetigit dum ipsum Deum patremfamilias uocauit dicens. Homo quidam erat paterfa. ut notat Bonauentura. Homo dicitur Deus, quoniā ad eius imaginem factus est homo. In uineæ parabola tetigit Christus, ac perstrinxit totum mysterium Sinagogę. Dū aūt cępit loqui de filio ad colonos misso, introduxit mysteriū Ecclesiæ & totā passionem suā, ostendēs quomodo Synagoga punita, tradetur Euangelium regni gentilitati super lapidem Christum fundatæ, ubi alteram uineā meliorē plantauit, scilicet ecclesiam, de qua thema perhibet. Erat paterfa. qui plantauit uineam: In toto sermone agā de uinea Ecclesiæ taliter ꝙ omnia, quæ dicentur ad animam, poterūt optime dici quæ pariter est uinea. Quemadmodum triplex est familia, sic triplex est paterfamilias Prima familia est cogitationū & aliorū īteriorū q̄ uersanī in domo cordis nostri. Huius familię pater est animus interior. Secūda familia est corporaliū dome-

Diuisio

Familia & eius pater triplex est.

domesticorum, in qua est uxor & filii ac serui. Huius familiæ pater est corpus nostrum materialē domum habens. Tertia familia, est bonorum operum, in qua sunt opera misericordiæ & reliqua. Huius familiæ pater est totus homo. Hi ergo tres patresfamilias designantur per Abraham, Isaac & Iacob: quia unusquisque per se plurimam habuit familiam, quas tędiosum esset enarrare. Ex his quæ tetigi oportet assurgere ad patremfamilias diuinum, nam excelso excelsior est alius. Vbi aduerte quod pariter ī diuinis est trinus paterfamilias. Primus est spiritus sanctus, & iste regit familiam bonorū operum per bonitatem suam. Secundus paterfamilias diuinus est filius Dei, iste regit Ecclesię familiam per sapientiā suā. Tertius paterfamilias, est æternus parer, qui per potentiam suam gubernat omnia. De hoc incipit Euangeliū. Homo erat paterfamilias. Mirum quidem quòd pater æternus dicatur homo, sed Chrysostomus in opere imperfecto, dans rationem huius denominationis, ait: Homo nomine, nō natura: similitudine, nō ueritate. Si quis autem existimat Christū, hac causa etiam tantum animam habuisse humanam, quia dictus est homo, audiat & Deum patrem hominem dictum. Præscius Dei, filius, quoniam per appellationem humani hominis, quasi homo purus fuerat blasphemandus, etiam Deum patrem inuisibilem constitutum hominem appellauit, ut dum & pater homo dicitur, filius de hæreticorum blasphemiis liberetur. Hæc ille, sed Bonauentura dicit patrem uocari hominem, quia ad eius imaginē factus est homo, qui debet recordari principij sui. Dicitur quoque homo Deus pater: quia filium habet hominem factum. Quartò, dicitur homo, ne eum putemus alienum â negotiis, hominum, ideoque non solum homo, sed & paterfamilias rector, scilicet familię uocatur, unde Chrysostomus ubi supra, Paterfamilias est cui cœlum & terra quasi una sunt domus, qui angelorum & hominum natura dominus est, beneuolentia pater. Qui ideo se patrem omnium uoluit dici, ut omnes considerantes

Dictus pater dicitur homo.

rantes bonitatem eius, non sub specie simulata ei seruiant, quasi mali serui domino, sed in ueritate, quasi boni filij genitori. Ecce igitur quomodo ut nos intime alliciat Deus pater misericordiarum, uult pater familiæ nostræ fieri, qui propterea dicitur pater orphanorum, & iudex uiduarum, de quo sequitur in præsenti Euangelio, Plantauit uineam. Felix uinea quæ plantatur a potenti manu Dei patris, quæ stabilimentum præstat, & durationem, quoniam filius eius ait Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cœlestis, eradicabitur. Aduerte igitur q̃ hæc uinea quæ agricolam habet æternum patrem. Ecclesia est uniuersalis a primo iusto Abel incepta, quę quotidie crescit; non solum usque dum impleat terram, sed usque dum impleat cœlum, a quo eius propagines pater cœlestis adduxit, ut eam melius plantaret. Natura humana ex parte sua non est nisi agrestis uinea, tam mala ut non uuas sed labruscas, aut colloquintidas gignit, unde rectè dicitur. Ficus enim non florebit, & non erit germen in uineis. Ficus quā paterfamilias habuit plātatam in uinea sua est pater Adā, qui uitis uocari non meruit quia non attulit fructum, sed fere totam terram humanæ naturæ occupauit sterilitate sua, quoniam propterea quòd hęc ficus non floruit in statu innocentię, non fuit germen in uineis statum subsequentium, donec paterfamilias Dominus Deus tuus medullam cedri, id est, propositum prædestinationis suę stabile, quo plantare decreuerat uineam Ecclesiæ, & ait Ezechiel, Posuit illud in terra pro semine id est, in humanitate nostra, ut firmaret radicē super aquas multas, scilicet baptismatis, cumque germinasset, creuit in uineam latiorem. Ecce igitur quomodo uinea firmiter à Domino Deo patre omnipotente plantata, est Ecclesia catholica quę incepit a iusto Abel, & implebitur in ultimo electo. Hanc uineam nunquam deseruit paterfa. quamuis propter malitiam prælatorū, qui sunt & fuerunt coloni, locauerit eam aliis quod & factum est tempore pharisæorum, & quotidie fit tempore nostro,

Matt. 15. Vinea est ecclesia, Dei.

Ezec. 17.

ſtro . quando malis prælatis per manum Dei mulctatis & mortuis alios meliores ſuſcitat Deus qui uineam iſtā ſolicitent. Signanter, dixit propheta ſuper aquas multas uineam Dei plantari, nam in omni ſtatu ſuo habet uinea Dei aquas ſuas, quoniam & in paradiſo terreſtri quo plantari cœpit, erāt quatuor flumina ubi quatuor uirtutes Cardinales deſignantur quibus uinea fœcundabatur in lege naturæ. In alio autem ſtatu quādo paterfa. dedit legem ſcriptam, fuerunt ablutiones legales, ſed nunc tempore legis gratię habemus aquas multas, ſcilicet fontem baptiſmatis, de quo ait iſte paterfami. Dixi, rigabo hortum plantationum, & inebriabo partus mei fructum. Reuera baptiſmi aqua plurima eſt & cæteris ualidior, quia inebriat racemos, & muſto gratiæ implet animas aſcendentes de lauachro ad meliorē frugem. Sed quiſpiam inquiret. Cum pater Deus qui in cœlo habet angelicam uineam, & in ſeipſo exercet uineam diuinitatis ſuæ, quid ſibi cum uinea Eccleſię tam laborioſa? quæ potius dabit ei acetum amarū quàm uinum dulce? Ad hoc reſpondetur, quod uoluit pater iſte paternitatem ſuam extendere uſq; ad nos, eamque ampliare: ideo namque non ſolum paterfa. ſed homo uocatur in Euangel. ubi pater hominem cupit eſſe, qui pater angelorum & pater Dei extitit, unde ſe patrē noſtrum oſtendens dixit. Et inebriabo partus mei fructū. Partus iſtius patris nos ſumus, quorū fructus eſt ipſa inebriatio, & ipſa maturitas, q̄ in baptiſmo dat̄ nobis, ubi anima tanquā uinea plantatur uirtutibus infuſis. ſ. fide, ſpe, & charitate, atque gratia ſpirituſſancti perfunditur. tā abunde ut ſtatim maturos habeat fructus, qui diuini dici poſſunt, quoniam a ſolo Deo cauſantur in anima noſtra. Nec miremini fratres, quoniam familię pater amore filiorū magna ſolet facere maxime quando eſt cupidus filiorū, & cupidior eſſe ſolet ī ultimo ętatis tēpore, ſic pater Deus uidēs quod ultima hora eſt & quod nos ſumus in quos fines ſeculorū deuenerūt, cupidior efficit̄ cernēs ꝙ paucos reſpectu tantæ paternitatis

Eccle 24. Aqua baptiſmi eſt melior cæteris.

tis habeat filios. Propterea pater iste nunc citius solito plantat uineam, scilicet Ecclesiam suam, quæ in hoc pręcæteris vigilantior debet esse vt patrem Domini nostri Iesu Christi habeat patronum: non Lutherum nec aliũ hæreticũ, quoniam ipse paterfa. dicit: Aedificabo eos, & non destruam, plantabo eos, & non euellam & dabo eis cor, ut sciant me, quoniã ego sum Dominus, & erũt mihi in populum, & ego ero eis in Deum, quia reuertentur ad me in toto corde suo. Da totum cor Ecclesię Dei o Christiane, & nullam partem Luthero, qui putat se inuenisse uineam Domini destructam, cum pater fa. dixerit, ædificabo eos & non destruam. Præcipuũ ergo ad quod vinea plantatur est, ut Deum sciat eùmque colat, quod & ipse Dominus amplius exponit dũ se vocat uitem veram, & patrem suum dicit agricolam, & uineæ Ecclesiæ cultorem solertiss. de cuius erga uineã solertia sequitur in præsenti Euang. Et sepem circundedit ei. Super hoc adducit Bonauentura illud Psal. Angelis suis Deus mandauit de te. Sed Chrysost. exactius probat, quod per sepem intelligitur angelorũ custodia dicens Quid est sepis nisi angeli in circuitu custodientes populum Dei, ne in uineam Christi inuisibiles latrones irrũpant? Angelos enim præesse hominibus & Apostolus dicit, dum ait. Mulier velamen debet habere super caput propter angelos. Item Dominus, Amen dico vobis, quia angeli eorũ quotidie uidẽt faciem patris mei. Et in Actibus Apostolorum dicitur ad puellam nunciãtem de Petro, ne forte angelus eius sit. Hæc ait, quæ valent contra hęreticos irridentes hanc angelorum custodiam quæ ideo (vt arbitror) recessit ab eis, & non ab Ecclesia quoniam & alibi dicitur. Montes in circuitu eius. idest, angeli. O Domine Iesu quis vnquam crederet nisi tu illud assereres, quod circũdamur ab angelis tuis? Sed nec mirum, quoniam tam dilecta est vinea ista, quod tu ipse eam sepias, quoniam scriptum est, Salua or ponetur in ea murus & antemurale. Quin & sanguine proprio hanc uineã irrigasti, quoniã propterea sequitur in

Hier. 24.

Ioan. 15.

Angeli sepiũt nos

presenti Euange. Et fodit in ea torcular. Efficacia passionis Christi, torcular est huius uineæ, nam si torcular dicitur a torquendo, ibi Christus est tortus. Nec torcular extruxit, sed fodit quoniam Christus alibi conqueritur, di. Foderunt manus mea & pedes meos, quin & cor eius lancea confossum est. Hoc torcular passionis suę asserit Christus se solum calcasse, quoniam, a nullo alio prouenit nobis meritum salutis nisi ab illo, quia non est aliud nomen datum hominibus sub quo deceat nos saluos fieri. Torcular istud semper fuit in Ecclesia Dei etiã a principio, quoniam propterea dicitur Christus agnus occisus ab origine mundi, quia efficatia passionis eius attingit a fine vsque ad finem. Quid ergo facit in Synagoga multitudo sacrificiorum, sine quorũ sanguinis effusione non fiebat remissio, nisi figurare sanguinẽ agni immaculati, qui effussus est pro peccatis totius mundi? Sed quia torcular istud efficacius fuit exhibitum quam promissum, iam Ecclesia non habet figuram sed rei veritatem in altari, ubi seruatur bonum vinum usque adhuc germinans uirgines, id est, reintegrans animas antea peccato corruptas. Væ autẽ animæ meæ si hoc torculari caruerit proiiciens a se memoriã passionis Christi quoniam torcular istud semper emanat vinum gratiæ, quod lætificat cor hominis totum, ut ait Lyranus, Torcular est patientia martyrum, ubi racemi Ecclesiæ exprimuntur quorum sanguinem bibimus dum eorũ exemplo animamur ad patiendum. Chrisosto. autẽ dicit quod torcular est uerbum Dei, quo per conscientię remorsum torquentur transgressores, quãdo nobis peccantibus occurrit verbum ad conscientiam & premit cor nostrum, ita ut ab eo eliceat uinum cõtritionis, quo per mordacitatem curetur anima, vnde Chrysosto. Ecclesia torcular possidet habens in se uerbũ Dei, quo nõ delectatur natura carnalis, acquiescit aũt ei cõtorta ꝑ timorẽ iudicii, vel amorẽ præmii. Si torcular, est verbũ Dei, optime dictũ est, Fodit in ea torcular, quia verbum Dei cauat conscientiã, maxime quando in pœnitentia

Verbum Dei est torcular.

separat

ſeparat purum ab impuro,& vinum a vinaciis, vinaciũ extra per confeſſionem proiicitur,vinum manet in cella conſcientiæ vinaria Domino vineæ reſeruatum. Dũ ergo mœcharis, velut torcular accedit uerbum caſtitatis ad cor tuum,dicens,Non mœchaberis. Tunc premitur cor timore, ſi autem non premitur ſed contemnit, maturitas non eſt ei,ſed duritia Pharaonis. Dum vides mulierem ad concupiſcendum eam,torcular verbi Dei accedit & premitte dicens . Non concupiſces. Et ambitioſis dicit,Quid ſuperbis terra & cinis? Et ſic de ſingulis peccatis quæ operari ſolent homines,& verbum Dei proclamat quia propterea dicitur , In operibus manuũ ſuarum comprehenſus eſt peccator , De hoc torculari dicitur in Threnis Torcular calcauit Dominus virgini filiæ Iuda , idcirco ego plorans & oculos meus educẽs lachrymas. Virgo dicitur anima quando eſt filia. Iuda. id eſt,quando confitetur peccata ſua,proiiciens a ſe corruptores mẽtis,qui ſunt actus mali. Tunc Dominus ipſe,qui vſque hodie uineæ ſuæ ſolicitus eſt,venit per nouam gratiam & calcat torcular,quando virtutem verbi ſui elicit pro vulneribus curandis & corruptionibus reſtringendis. Tunc ſane facit lachrymas diſtillare, unde conſequenter propheta dixit , Idcirco ego plorans &c. Felix anima quæ Dominum habet in torculari quando per amorem ſe ad ipſum conuertit , nam & Iudas legitur leuaſſe calcaneum contra racemum,quia timor dãnationis aliquando calcat conſcientiam noſtram,& tũc mali ſaporis exprimitur vinum,de quo dicitur,Vinum draconum vinum eorum. vinum draconum habet,qui ob metum draconum infernalium elicit contritionem cordis & conteritur attamen vinum angelorum præclarum bibit qui amore cœleſtium præmiorum pœnitentiam agit. Aut fel draconum habet pro uino, qui delectatur in pęnitentia, quã hæretici,qui ſunt dracones,reſpuunt & negãt, ideoq; vt ſe ab eis Eccleſia defendat,ſequitur. Et ædificauit turrim. Eccleſia & anima iuſti habent turrim, quoniam paterfa.qui plantauit hãc uineã

Thr. 1

Deut 32.

in terra inimicorum, præſciuit bellum ſuper eam ven turum & ſingularem ferum ad eam depaſcendum.

Turris eſt ratio noſtra ſiue diſcretio

Turris hæc (vt ait Gregorius) eſt ſanctorum uirorum prouida circumſpectio, quæ vniuerſaliter viget in Eccleſia Dei, & in anima noſtra in qua ratio quæ deprecatur ad optima turris eſt de qua Chryſoſtomus ait, Sicut in turri conſiſtentes dum bona conſequuntur, quia hoſtium irruptionem facile non patiuntur, & hoſtes de turri facile conterunt, ſic qui in fide Chriſti cõſiſtunt, dæmones ſuper ſe irruere non ſinunt, & ſpiritualium bonorum operum ſagittis eos facile uulnerãt, & dæmones ſuper illos irruere nequeunt, nec facile ſuggeſtionibus ſuis vulnerant ſeruos Dei. Aduerte igitur quod eſt quædam uirtus qua plus indigemus & qua minus vtimur propter incuriam noſtram. Hæc virtus vocatur multis nominibus, quia dicitur circumſpectio, & cautio, & uigilantia, ratio, & diſcretio, & modus. Hæc uirtus a ſanctis patribus heremi, uocata eſt uirtutum mater: vnde cum quadam die conferrent de uirtutum præeminentia, concluſum eſt ut ſcribit Caſſianus in collationibus patrum, quod omnes uirtutes tenebantur deferre diſcretioni, tanquam matri eique cedere, unde merito hæc uirtus in præſenti uocatur turris cæteris altior. Si uis non vinci ſed uincere, confuge ad turrim. Quid tempore tentationis ſtas in ſuburbanis Gomorrhæ? Quid in ſenſuali te retineris? Conſcende rationem, eleua te ad turrim diſcretionis, non cogites terrena ſed cœleſtia. Dum ergo ad vineam tuam uenerint vulpes Sampſonis, ſcilicet carnis cogitationes, quæ demoliuntur uineas, aſcende turrim dicens, Surſum corda. Nullum uitium eſt quod non uincas, ſi ad turrim diſcretionis confugias. vnde Seneca in epiſtola 76. ait, ama rationem. Huius te amor contra duriſſima armabit. Et Ariſtoteles in epiſtola ad Alexandrum, Sicut dux eſt ſaluator exercitus, ſic ratio eruditionis eſt vita, & dux animæ: Ad tria ponitur tur-

ris

ris in vinea, primo ad custodiendum sub ea vinum, & sic diximus quod discretio est custos ac mater virtutum, vnde Bernardus ait super Cantica, Discretio quippe omni virtuti ordinem ponit, modum tribuit, decorē & perpetuitatem confert. Omnia ista quæ beatus Bernardus dixit agit turris in vinea, quæ & valet ad speculandum, & sic discretio antequam veniant perpēdit omnia, vnde Gregorius in Moralibus ait, Sanctorum prouida discretio, dum solicite circunquaque conspicit in altum posita, priusquam veniat, culpam deprehendit, eamque quo vigilanter prænotat, eo fortius declinat. Valet etiam turris ad pugnandum, & sic discretio humana vincit etiam Leones, non vi sed arte. Felix ergo & iterum felix, qui ad turrim discretionis siue rationis confugerit, & in quocunque infortunio dixerit sibi, Sursum corda. Sic ergo vineam dispositam (vt sequitur in Euāgelio) paterfamilias locauit agricolis & peregre profectus est &c. Ambro. dicit quod propterea pater æternus qui nusquam abest, dicitur peregre profectus, quoniam ad pęnitentiam patienter expectat nos, & quia lōganimis est in misericordia erga iustos & peccatores, alios expectat vt fructum plurimum afferant, alios uero ut resipiscant & conuertantur ad ipsum. Cum ergo cœlum & terram impleat DOMINUS DEUS, habet se nobiscum ac si longe esset dissimulans peccata hominum, & vineæ suæ damna. Beda uero dicit propterea DOMINUM abiisse longe quia librum nobis reliquit arbitrium, dispositioni nostræ relinquens an uelimus laborare in uinea sua, uel non. Vnde quia neminem cogit ad laborē dicitur abesse. Valet quidem glossa uenerabilis Bedę cōtra modernos hæreticos negantes liberum arbitrium. ait enim, Deus abisse dicitur liberum eis relinquens arbitrium utrum uellent operari in uinea an non.

De⁹ īt peregre q̄a uobis liberum dedit arbitrium.

Nunc de colonis quibus uinea locatur agēdū est, vbi aduerte ꝙ isti coloni quāuis operentur in uinea DOMINI nō uocantur operarii, quia sacerdotes uineā DOMINI accipientes, tenentur darę rationem de ea, unde Chry-

Coloni sūt pręla.

ſoſtomus ait, Nemo ſacerdos exiſtimet, quoniam iuſtè pro merito operum ſuorum accipiet a Deo mercedē,& non potius propter gratiam & miſericordiam Dei. Nō enim ſacerdotes præſtāt Deo, docentes populum eius, ſed Deus ſacerdotibus cōmittendo eis populum ſuum. Nos aūt mercedem doctrinæ acquirere nō poteramus, niſi nobis procuratio populi cōmiſſa fuiſſet, Vt aūt ſacerdotes erga populum Dei ſoliciti ſint, ait ipſe Chryſoſtomus, Sicut colonus quāuis de ſuo munera obtulerit Domino, non ſic eum placat, qūo ſi de vinea eius reditus obtulerit, ſic ſacerdos nō tantū propter ſuā iuſtitiā placet Domino, qūo ſi populum Dei in ſanctitate docuerit, quoniam ipſius iuſtitia vna eſt, populi aūt multiplex. Si ergo pro neligentia timere debet, qui procurationem terrenarum rerū ſuſcipit de manu alicuius domini potentis, quāto magis ſacerdotes qui de manu Domini ſuſceperunt procurationem animarum ſanctarū?
Prou.24. Valde igitur timendum eſt ne dicatur illud Prouer. Per agrum hominis pigri, ideſt, ſacerdotis negligentis tranſiui, & per vineam viri ſtulti, & ecce totum repleuerant urticæ, ideſt, peccata luxuriæ, & ſpinæ ideſt, peccata auaritiæ, ideoque ait Aug. cōtra quinque hæreſes, Vbi eſtis o boni agricolæ, quid agitis? quare uacatis? uideris quibus malis plena ſit vinea Eccleſiæ, huic ſpinæ, huic tribuli huic fœnum inſurgit. Spinas incendite, tribulos eradicate, propagines extendite Beatus Bonauentura ſuper Lucā ponit modos quibus boni prælati ſolicitant uineam Domini, dicens, Notandum eſt quod per vineā Eccleſia, & per colonos prælati Eccleſiæ deſignantur, quia debent in ea per modum vineæ laborare. Primo
Vinea q̄bus indiget. plantando per fidei prædicationem. unde Paulus Apoſtolus, Ego plantaui, Apollo rigauit. Secundo, fodiendo
Ezech. 8. per vitiorum extirpationem, quod fit in confeſſione p̄ diligentem inueſtigationem, vnde Ezechieli dicitur, Fode parietem &c. Poſt inuenit ſimilitudinem animalium ideſt, peccata. Tertio, firmando per defectuum manifeſtationem, vnde ait Apoſtolus Lucas, Arborem fici quidam

dam habebat in uinea sua, quam etiam sterilem dimisit donec foderet, & stercora in eam mitteret. Quarto, putando per superfluorum resecationem, quia in Canti. Cant.2. di. Tempus putationis aduenit. Et Ioannes, Omnem pal Ioan.15. mitem non ferentem fructum, tollet eum. Quinto, pa- Esa.22. xillando per boni exempli ostensionem, quoniam Esa. Esaiæ. 5. dicit, Figam illum paxillum in loco fideli. Sexto, sepiendo per instantem orationem, quoniam propheta dixit, Vinea facta est dilecto meo ĩ cornu filio olei, & sepeuit eam. Septimo custodiendo per uigilantem circũspectio Ibidem. nem, quoniam idem prophe. di. Aedificauit turrim in medio eius. Et sic Paulum tenebat quotidiana solicitudo omnium Ecclesiarum. Octauo, vindemiando per fructus reportationem, vnde Sapiens ait, In benedictione Eccle.33 Dei & ipse speraui, & quasi qui vindemiat repleui torcular. Et sanctus Dauid ait, Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos. Hæc omnia debent prælati facere in vinea ecclesiæ, & unusquisque in anima sua, quia ideo sequitur in Euangelio, Cum autẽ tempus fructum appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas vt acciperent fructus eius. Hic aduerte quod, Vinea est ut ait Hugo, fructus noster est triplex, scilicet cordis, o- anima cu ris, & operis. Et adhuc primus est multiplex, scilicet cor ius fruct° dis cõtritio, diuinæ legis meditatio, beneficiorum Dei uarius. recordatio, mortis memoria, proximi compassio. Fructus oris sunt confessio prædicatio, gratiarum, actio, consilium bonum. Fructus operis pœnitentia, eleemosyna, abstinentia, obsequiorum diligentia, difficilium tolerantia; & omne opus bonum, & virtus quælibet est fructus animæ, quæ plantatur in corpore dum creatur. Tamen in baptismo circundat ei Deus sedem charitatis suæ, & fodit in ea torcular spei atque in ea ædificat turrim fidei, & locat eam patrinis, qui, ut ait sanctus Thomas, tenentur infantem postea instruere maxime si eius parentes sunt infideles. Tempus fructus, in vinea animæ, est quando uiget liberum arbitrium, per quod anima debet fructificare in potẽtiis &

in sensibus corporis. Tempus autem quo vinea Ecclesię debet fructificare, est vita præsens, qua nō desistit Deus mittere prædicatores seruos suos & nouos prælatos, & bonas fructificandi occasiones, & aliquādo martyria & pestes, & angelos, quia diuersimode visitat Ecclesiam suam Deus. Lucas autem de seruis ad uineam missis ait sic, Misit seruum ut de fructu uineæ darent illi, qui cæsum dimiserunt eum inanem. Et addidit alterum seruū mittere. Illi autem hunc quoque cędentes, & afficiētes contumelia, dimiserunt inanem. Addidit tertium mittere, qui & illum uulnerantes eiecerunt. Super hoc sic ait beatus Bonauentura, Populus vel subditus peruersus, prælatum uel doctorem cædit per duram respōsionem, tamen Sapiens ait, Non est bonum damnum inferre iusto, nec percutere principem qui recta iudicat. Secundo inanem dimittit per obstinationem, iuxta illud Hiere. Venerunt ad hauriendum, & non inuenerūt aquam, reportauerunt uasa sua uacua, confusi sunt & afflicti. Tertio contumeliis afficiunt per detractionem, dicentes, Contumelia & tormento interrogemus eum quia improperat nobis peccata legis. Quarto, vulnerant per diffamationem, & falsi criminis impositionem. vnde conqueritur, Percusserunt me, & vulnerauerunt me, & tulerunt pallium meum, idest, bonam famam. Quinto, à se eiiciunt per despectum, ideoq; dicunt, Nos autem reputauimus eum quasi leprosum. Tanta est clementia patris fa. quod super hæc omnia mala seruis suis illata dixit, Quid faciam? Mittam filium meum dilectum, forsitan, cum hunc viderint, uerebuntur filium meū. Hæc verba fratres mei tam aliena sunt à nobis duris, quod uix ea crederemus, nisi filius Dei narrasset nobis, non enim sunt humana, sed prorsus diuina, & ab illo prolata qui est infinitæ misericordiæ pater, & suam immensam misericordiam interrogans, dixit, Quid faciam? Nō suam iustitiam, sed suam infinitam misericordiam paternalem præcise interrogauit, per quam ipsemet pater misericordiarum respondit, addens posteriorem misericordiam

Luc. 20. — Mal⁹ subditus nocet prælato. — Prou. 17. — Hiere. 14. — Sapien. 2. — Cantic 5. — Esaiæ. 53. — Lucæ. 20

cordiam cæteras misericordias superantem, dum ait: Mittã filiũ meũ &c. O pater infinitæ misericordiæ, qua re dicis forsitan cũ omnia scias, nisi ut ostendas pessimã libertatem nostram quæ adhuc recalcitrat, & nostrã malitiam quæ tuam infinitam bonitatem sæpe contemnit dum sacramentaliter tot mittis ad nos filium tuũ, quẽ ab anima nostra compellimus, & conculcamus? Sed adhuc in ipso filio non minus misericordi, erit nobis spes: quia ut uideo non mittit nunc Deus filium suum in mũdum, vt iudicet mũdum, sed vt saluetur mundus per ipsum quem nos reuereri debemus, quia, ut ait Chrysosto. Hoc dixit pater insinuans, ꝙ oportebat filium suũ reuereri. Origenes autem hoc dubium, forsitam uerebũtur filium meum, refert ad utranque patrem rei, q̃a multi verebantur Christum, & multi non uerebantur, & ideo utraque pars dubii fuit impleta, quia solũ agricolæ, idest, pręcipui scribæ & principes Christum cognouerunt, & præter uoluntatem populi interfecerunt vnde sequitur in Euang. Agricolæ videntes, idest, cognoscentes filium, dixerunt intra se, idest, per conscientiam suam conuicti: qua & alibi dicunt, Vsquequo enim animas tollis? Si tu es Christus dic nobis palam. Nunc autẽ aiunt, Hic est hæres, uenite occidamus eum hæres scilicet uniuersorum. Isti qui tulerunt clauem scientiæ, non ex ignorantia peccarunt sicut vulgus, ideo eiecerunt eũ extra uineam, quam diximus esse populum, præter cuius uoluntatem occisus est Christus, unde principes persuaserunt turbis ut Barrabam dimitterent, Iesum uero perderent, ne ipsi amitterent hæreditatem & reditus tẽpli, & suam iustitiam & factionem, & sanctitatis opinionem. Quid ergo faciet cum uenerit Dominus uineæ agricolis illis? cum inquam uenerit, dominica potestate ex resurrectione adepta, cum uenerit filius suscitatus paterna potestate potitus, quid faciet ab inferis rediens? aiunt illi, Malos male perdet. Destruet eos ac perdet illam vineam, scilicet terram promissionis, vbi tot prophetæ & Dominus prophetarum occisus est. Et hęc

Forsan uerebuntur.

perditio tanta est, vt cæteræ respectu eius bonæ dici possent ista uero mala, unde malos male perdet, & uineam, idest, populū locabit aliis agricolis, id est, apostolis, quā ampliauit & mutauit dicens eis. Euntes in mundum vniuersum prædicate &c. hi temporibus suis dederunt fructum. Triplex fuit tempus, scilicet martyrū, quorum sanguine vinea irrigatur. Et confessorum deinde, quorum doctrina putata est vinea ab hæresibus. Et tempus virginum, quarum exemplo vinea floruit. Tunc sane fuit tēpus fructuum, quia variis profectibus crescebat populus Dei. Si autem vis tu similiter fructum afferre, oportet vt verearis filium Dei, sicut Rebecca quæ uiso Isaac, præ verecundia operiens se, descendit de camelo Nònne superbi verebuntur filium Dei, si eū aspiciunt in cruce spinis circundatum capite? Nònne auari verebuntur eum, ab omnibus nudatum, & libenter etiā calice aquæ frigidæ spoliatum? Nònne luxuriosi verebuntur eū flagellis castigatū, & virginibus Ioāne & Maria circundatum? Nonne inuidi verebuntur latus eius inimicis apertum? Nònne gulosi verebuntur myrrhatū vinum? Nònne irati verebuntur, quia cum malediceretur, non maledicebat, & cū pateretur, non comminabatur? Nonne pigri verebuntur consummatorem Iesum, qui nolens descendere de cruce fixus manebat, donec di. Consummatum est? Qui nunc eum ueretur, eo in patria fruetur per gloriam, quam mihi & uobis prestet Iesus. Amen.

Tempus triplex.

Moraliter.

CVm Deus omnia in suorū cōmodum vertat, nūc se hominem insinuat, ut homines eū inuocare nō desistāt. quorū etiā se patrē appellat, vt securius dicant, Pater noster, qui es in cœlis. Hic qui ad imaginem suam fecit homines, vt conarentur esse dii & filii excelsi oēs, vult etiā iuuare nos ad hoc, vt simus filii eius, ideo sequitur, plantauit vineam, id est uitem veram Christū in te homo, quando te Christianum fecit: ideo dicere potest. Filioli mei quos iterum parturio, donec forme-

tur Christus in uobis. Huic vineæ apponit septem, idest, timorem suum. Sicut sine sepi non pôtest vinea custodiri, sic sine timore nemo potest iustificari. Vnde Sapiens ait: Timenti Deum non occurrēt mala, &c. Torcular est conscientiæ remorsus quia vermis eorum non extinguetur, Turris est confidentia regni cœlestis, qua Christianus quisque se putat cœlum obtinere posse expectans beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei quē attingere cupit etiam si sit inter porcos, nam ille reuersus ad se dixit: Surgam, & ibo ad patrem meum. Ecclesiastici, 33.

Hanc ergo vineam tradit agricolis, idest, prouidētiis tui, ut te excolas, te amputes, te caues, atque lachrymis irrigare velis. Peregre profectus est a præterita quadragesima vsque nunc quando est tempus acceptabile, vt fructum faciatis. Mittit tres nuncios ieiunium, & hunc interficitis. Alius nuncius est contritio, & hunc cæditis, quia frustra conteris te propter illud quod nō vis dimittere, sed annectare peccata peccatis. Alius est confessio, hunc argumentis Lutheri lapidas. Cæteri nuncii sunt pauperes qui plus petunt hoc tempore, dum autē sunt in magna necessitate, quem non pauisti occidisti. Pater autem nouissime, id est in pascha mittet ad te filium suum, quia scit te communitaturum, & ait: Verebuntur filium meum. Quis non verebitur? Probet autem seipsum homo alioquin iudicium sibi manducat & bibit, non diiud. corpus Domini. Tunc sane oportet ut verearis filium Dei, qui & ieiunat & præsiti obiit. Qui & contritus est propter scelera nostra. Qui & si peccatum non fecit, peccata nostra confessus est ut sua, di. Deus Deus meus ut quid dereliquisti me, longe a salute mea uerba delictorum meorum. Eia fratres facite dignos fructus pœnitentiæ, &c.

Pro tertio Sabbato quadragesimæ, de uentre spirituali Mariæ. Euangelium require supra.

Sermo trigesimus sextus.

T H E M A

Beatus uenter qui te portauit. Luc. 1.

Inuocatio ad Mariam benedictam.

ALia persona quæ uerba thematis ęquiualenter protulit, est beata Elizabeth, quæ quidem dixit Spiritu sancto repleta: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus uentris tui. Super hoc ait Bonauen. Benedi-
Luc. 1. ctionem sibi optat, & iam benedictionem annunciat futuram ex benedictione quā Deus Abrahæ promiserat, dicens: Benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, erisque benedictus. Hanc benedictionem prędixit Isaac in signum agri, dum aiebat, Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni, cui benedicit Dominus. Hāc benedictio-
Gene. 27 nem confirmauit Iacob, di. Benedicat tibi Deus benedictionibus cœli desuper, & cætera. Hanc desiderabat & hanc imprecabatur Moyses, di. Benedictus fructus uen-
Gene. 49. tris tui, & fructus terræ tuæ. Vnde oportet cū beato Da-
Deut. 2. uid canere, Benedixisti Domine terram tuam. Omnes has benedictiones uidetur mulier de turba perstringere dum ait, Beatus uenter qui te portauit, ad hoc reducuntur omnes aliæ benedictiones: vnde legis ignaram minime credo, mulierem illam postquam sic reduxit ad punctum omnia, quæ ad benedictionem conferebant. Nam & quamuis Luc. eam de turba dicat, est & turba non imperita, de qua scriptura refert: Sanctificata est ergo sacerdotum plurima multitudo, & hilaritate per-
2. Pa. 30. fusa est omnis turba Iuda, tam sacerdotum & Leuitarum; quam uniuersæ frequentiæ. Ex turba hilaritate uerbi perfusa hæc mulier erat, quæ cæteris altius intellexit doctrinam Christi. Nam cum Christi uerbum sua uiscera penetrasset, eamque hilarem & lætabundam
Iob. 32. redderet, experta est illud Iob. Plenus enim sū sermoni-

bus,

bus, & coarctat me ſpiritus uteri mei. En uenter meus quaſi muſtū abſque ſpiraculo quod lagunculas nouas diſrumpit. Loquar & reſpirabo paululum. Sermonibus Chriſti plena erat hæc mulier qui urgebant ad mortē ſpiritum eius, ideoq; verbum Chriſti muſto comparatur ꝙ fortiter inebriat, ac feruet in ſtomacho. Tamen dum hoc muſtum uerbi ſpirauit, di. Beatus uenter qui te portauit, quietius ſe habuit. Hæc ergo mulier ex his quæ paſſa mirabiliter eſt, verbo Dei ardente in corde ſuo decidit quæ potuit ſentire Maria, dum verbo incarnato prægnans erat, & hoc tantum extimauit, & tātum in corde ſuo euexit, ac tam mirabiliter ponderauit, ut velut in extaſi poſita clamaret, di. Beatus uenter qui te portauit, ſcilicet qui tali ſenſit. Si ego mulier de turba talia ſentio in uerbo tuo, quid ſentiret illa ſingulariſſima uirgo, dum te prægnans erat? Si ergo hęc mulier de turba matrē Dei laudat, nos etiā pro gratia obtinēda ei offeramus, Aue Maria gratia plena Dominus tecū, &c.

Argumentum dicendorum.

HVmilis magiſter Ieſus non dedignatur mulieri reſpondere, ac eam docere etiam non requiſitus, nā ipſa in carnea tātum generatione detinebatur, dum dixit: Beatus uenter qui te portauit, & ubera quę ſuxiſti. Chriſtus tamen cupiens eam ex carne ad ſpiritum ducere ne in carne remaneret, ſtatim reſpondens ait. Quinimo beati qui audiunt uerbum Dei &c. Ecce quomodo Chriſtos vult ex carne ad ſpiritum deducere, quia caro niſi ſpiritui adiungatur, non prodeſt quicquā, imò nocet plurimum, ſi eſt ſolitaria caro. De ſpirituali ergo portatione agendū eſt in hoc ſermone bipartito, prius de uentre ſpirituali Mariæ multiplici, poſtea uero de uerbi portatione ſpirituali intus in anima ſua, ꝓ cuius cuſtodia, lege cōuiuium Euchariſtiæ, vbi doceo ꝙ nos debemus eam cuſtodire, vt cuſtodiebatur māna, qđ eſt verbum Dei. Dominus Ieſus noluit pati ut parū laudaretur mater ſua. Mulier de turba parū laudauit Mariā, quia ramum laudis eius attigit, nō autē cacumen, Chri- *Diuiſio.*

ſtus

ſtus aũt radicitus ac funditus matrẽ laudat mulieri reſpondens. Vnde aduerte ꝙ hæc mulier (vt notat Bonauent.) figuram tenuit Synagogæ, quæ nimis gloriabãt in generatione carnali. dicẽtes ſe patrem habere Abraham, taxantur a Chriſto, qui ſpiritum volebat introducere. Vnde & Petro dixit extollendo fidem eius: Beatus es Simon Bariona, quia caro & ſanguis nõ reuelauit tibi, id eſt doctrina legis communis, quæ de mea carnali generatione loquitur frequenter, cum & ſim filius Dei viui qui tetigit cor tuum, ac illuminauit te, vt me altius laudares. Vt ergo videamus quã imſima eſt laus carnalis generationis, quæro a Iudæis vnde prouenit carnis aut ſanguinis nobilitas? Et nobilitas ſanguinis Abrahę cuius filios ſe eſſe gaudent, vnde prouenit, nonne quando electus eſt Abraham omnis caro corruperat uiam ſuam? Nonne Thare qui erat pater Abraham idolatra extitit? Vnde ergo traxit originẽ ſanguinis ſui filius increduli? Certè a ſpiritu Dei in eo commorante, quoniã ſi vere Iudæi gloriantur in ſanguine Abrahæ, nõ eſt ob aliud, niſi ꝙ Abrahæ facta eſt de Chriſto repromiſſio, non eſt ob aliud niſi propterea ꝙ ille audiuit verbum Dei naſciturum de carne ſua, quam ob id tantum venerabatur ut ſubter femur ſuum exigeret iuramentum à ſeruo ſuo fideli. Ecce igiẽ quomodo nobilitas aut felicitas carnis non prouenit a carne, ſed a verbo incarnando. Qui ergo abſolute per ſe carnem laudat, carnalis eſt parum ſcit, nimis degenerat, quia caro per ſe non prodeſt quicquã. Quid ergo mulier de turba dicit. Beatus venter qui te portauit? nunquid ſolo ventre portauit illum, & non ẽt felicius mẽte? Cur modo humano loqueris, cũ ſit ẽt ibi modus diuinus? Certe altius locutus eſt beatus Paulus de generatione Iſaac, quẽ propterea ꝙ antea promiſſus fuerat, vocat natum ſanctum ſpiritũ, quãuis vere & carnaliter natus eſſet ſecũdum carnẽ, tamen ad repromiſſionẽ factã de eo aſpiciens, vocauit eũ natum ſanctũ ſpiritum. Vtq; ſic eum vocaret, præmiſit: Vellẽ eſſe apud vos & mutare vocem meã. Et tãdẽ mu-

nobilitas carnis ꝓuenit a ſpiritu.

Galat. 4.

tauit vocē suā, dum de carnali generatione spiritualiter locutus est. Sic dominus Iesus dum dixit, Quinimo beati, qui &c. volebat vt mulier de turba mutaret uocem suam ex carne in spiritum, postquam ipse per spiritum sanctum conceptus est in ventre illo. Sed quia mulier non mutauit vocem suā, voluit Christus mutationē illā facere, dum dixit, Quinimo beati, &c. Hæc ratio generalissima est, quę non solum matrem Dei sed ēt ipsam Christi humanitatē cōplectitur, quæ audiuit verbū Dei factū in se carneū, illudq; in æternum custodiet. Sed vt ad Mariam deueniamus: aduerte ꝙ si aliquis de generatione carnali gloriari poterit, est illa, tamen illā totaliter a se reiecit dum dixit, quoniā virum non cognosco. Propterea ꝙ ex corpore tuo non vis habere carnalē generationem, decreuit Deus te matrē Verbi facere, quæ spirituali modo concipias & parias verum hoīem, ita vt ꝑꝑ modū partus & ꝑꝑ modū cōceptus tui dicaris beata nō tātū ꝗa portasti, sed ꝗ a sic portasti, ꝗa sic potuisti cōcipere. Mirabile quidem fratres mei, ꝙ beata uirgo eo modo fiat mater corporalis quo anima nostra fit mater spiritualis. Ad hāc intelligentiā voluit christus ducere mulierē de turba cū dixit, Quinimo, &c. Sed de maternitate spirituali nūc agere decreui, a quo corporalis maternitas preciū accepit. Beatę deniq. virgini data est carnalis propagatio Christi, ꝓpterea ꝙ ipsa carnē despexerat, vnde ait ei sanctus Dauid. Audi filia & vide, & inclina aurē tuā & obliuiscere populū tuū, & domū patris tui. Oblita est populū suū beata virgo, quia de ꝓpagatione nō curat. quāuis populus magnā felicitatē ponat in carnali generatione. Et oblita est domū patris sui Dauid, cui noluit hęredē relinquere, vnde primū refertur ad virginitatē, secūdū ad humilitatem ꝑꝑ quæ meruit maternitatē Dei, qui per eam memor fuit populi sui ac domus Dauid cui promiserat: De fructu ventris tui ponā super sedē tuā. Maria uirginitatē uouens, se indignā iudicauit ut impleretur in ea promissio illa, de fructu uentris tui ponam super sedem tuam, ueruntamen in

ea completa est. Voluit Maria gloriari in carne, & ideo carnis concepit authorem. Quando noluit in carne gloriari, quãdo ut esset sancta corpore & spiritu uirginitati vacare decreuit, audiuit uerbum Dei & custodiuit illud. Bis ergo audiuit uerbum Dei ad custodiendum illud. Primo ab ipso Deo immediate. Secundo ab angelo nunciante, & quoniam dignus est audire verbum ab ipso uerbo stante ad ostium cordis ac pulsante, quã ab angelo, ideo felicior fuit Maria Deum concipiẽdo mente quàm uentre. Propter peccatum ut notat Chrysosto. euenit ut homines audirent homines, nam ante peccatum immediate audiebant ipsum Deum, ut patet in terrestri paradiso, ubi Deus loquebatur homini, & ut patet in sanctis prophetis quibus locutus est Deus, vnde cum in Maria status innocentiæ reparari uideatur, immediate verbum audit, propter quam dixit Christus. Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Maria verò audiuit uerbum utroque modo scilicet immediate a Deo in spiritu suo loquente, & mediante angelo sibi nunciante illud, ut esset aliqua differentia, unde ipsa cũ gratia retulisset de vtroq; modo concipiendi fecit mentionem dicens. Magnificat anima mea Dominum, & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo, quia respexit humilitatem ancillæ suæ.

Dupliciter audit uerbum Maria.

Anima (ut inquit Gerson) ibi pro animalitate capitur, pro parte, scilicet inferiori animæ quæ corpus animat, ubi Maria uerbum concepit. Sed altius antea conceperat illud in spiritu suo qui propterea exultasse dicitur quasi extra se ductus. Concepit ergo beata virgo in spiritu & in corpore verbũ Dei, & utrobique per auditum, idest, ꝑ fidẽ, vnde dicitur. Beati qui audiũt verbum Dei, idest, qui credũt in verbum Dei, & custodiũt illud, scilicet per spem, consequenter autẽ paritur verbum per charitatem, unde ob hæc tria dicitur, Audientes uerbum retinent & fructum afferunt. Audientes quo ad fidem, uerbum retinent quo ad spem, fructum afferunt, quo ad charitatem. Beatus autem Bonauẽtu.

Verbũ per tria nasci tur.

sic

ſic ordinat actus iſtos dicens. Huius generationis ſpiri tualis conceptio, primo eſt in fide quaſi in unitate Ecclesiæ, quoniam Chriſtus ait, Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura, de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Ecce quo modo uenter, eſt unanimitas fidei uiuæ. Virgo autem Maria per fidem concepit, quoniã ei dicitur: Beata quæ credidiſti. Partus autem eſt in operatione, quoniã ſcriptum reperitur. Rigabo hortum plantationum, & inebriabo partus mei fructus. Sed illi credunt & non operantur, ſunt ſicut illi de quibus Eſa. ait. Venerunt filij uſque ad partum, & uirtus non eſt pariendi. Tertio autem, lactatio eſt in delectatione & contemplatione, ubi erat Maria quando dixit. Oſculetur me oſculo oris ſui. & ſequitur, Meliora ſunt ubera tua uino, &c. alibi etiã de Maria & filio eius dicitur, cerua chariſſima & gratiſſimus hynnulus, ubera eius inebrient te omni tempore, ſcilicet ante incarnationem & poſt. Si ergo in his tribus inſinuatur ſuſceptio gratiæ, exercitatio actiue, & conſolatio contemplatiue, & hoc totum clauditur in fide per dilectionem operante, quam ſoli qui habent erunt beati. Hæc Bonauen. Maria igitur his uerbum concepit æternum, prius in mente, poſterius autem in uentre. Quantum cœlum a terra exaltatur prior conceptio a poſteriori, quoniam altera dependet ab altera, ita ut ſine prima, ſecunda non fieret. Voluit ergo Dominus Ieſus ut mulier de turba laudaret Mariam potius de ſpirituali priori conceptione uentris animę, quam de altera. ſ. corporea, quoniam, ut aſſerunt ſapientes, ꝓpter quod unum quodque tale, & illud magis. Amabilis ac laudabilis eſt bonus medicus, ſed amabilior ac laudabilior eſt ſalus ipſa, quoniam propter ſalutẽ eſt amabilis medicus. Ecce quomodo propter quod unũquodque tale & illud magis. Prius ergo ac magis deberet mulier de turba extollere Mariam propter priorem conceptionem quàm propter alteram, quod fecit Chriſtus dum dixit. Quinimo beati qui audiunt uerbum Dei, & cuſtodiunt illud. Tertio uoluit Chriſtus matrem lau-

Ioan. 7.
Eccleſiaſtici. 24.
Eſa. 38.
Canti. 1.
Prou. 6.
Differẽtia utriuſque uteri Mariæ.

dari de priori conceptione, propterea quòd hæc sola nobis proponitur imitanda, nã altera sibi peculiaris est. Laudemus igitur in Maria qđ imitari debemus. Quarto, quia posterior conceptio, scilicet uentris, iam euacuata erat ac dederat fructum suum, sed conceptio mẽtis etiam in cœlo manet semperque durat: vnde propterea dicitur Mariæ Vmbilicus tuus crater tornatilis, nũquam indigens poculis. De conceptione autem secunda immediate sequitur, Venter tuus sicut aceruus tritici vallatus liliis. Ecce quomodo spiritussanctus prius
Canti. 7. laudet spiritualem conceptionem Mariæ, quam corporalem, quia nisi haberet illam non eligeretur ad istam. Item quinto quia nemo debet laudari nisi de illo quod studiose acquisiuit, Maria vero maxima industria & studio Deum mente concepit ventre autem nulla, quoniam ad hoc minime adhibuit solertiam, imò nec illud unquam cogitauit. Si autem dicas quòd hoc opus mirabilius est priori, ideoq; laudabilius, tunc aduerte ꝙ laus primo artifici debetur scilicet, spiritui sancto & nõ Mariæ, quæ nil aliud fuit nisi locus in quo aurum conflatur, quanuis reliquiæ nimis preciosæ ibi remãserint. Cum ergo beatus Dauid opus incarnationis laudare vellet, totam laudem opifici tribuens, incepit Psal. di. Magnus dominus & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri, & cætera. Hic Psal. ut in titulo eius dicitur, est pro secunda sabbati, pro conceptione, scilicet, secunda qua filius Dei requieuit in vtero uirginis agens sabbatũ delicatũ, ubi tota laus tribuitur opifici siue regi magno, qui ex paruo vtero fecit sibi ciuitatem. Tota ergo laus regi huic debetur quia & si (ut ait Sapiens) naturaliter loquendo, communiter dici soletꝙ gloria filiorum sint parentes eorũ, quia de cunctis hominũ filiis dicitur: Gloria eorũ a partu & ab utero, tamen in Christo est econ
Psal.47. tra. Non.n. beatificatur ab utero matris, sed ipse beatificauit illũ, di. Maria, Ecce.n. ex hoc.s. cõceptu, beatã me dicẽt oẽs generationes. Ergo mulier de turba voluit a ventre gestente Christum laudare, dũ dixit: Beatus uen

ter qui te portauit. Christus aũt voluit se ostendere glorificatorẽ omniũ portantiũ eũ:unde ob id respõdit, Quinimo beati qui audiunt uerbum Dei, & custodiunt illud. Maria ergo duplici uentre portauit Christũ, prius uentre mentali, posterius vẽtre corporali, & non est beata propter secundum, sed propter primũ. Ac si deceres Christus non est beatus q̃a homo sed q̃a Deus, uerũtamen homo beatus est, cũ aũt beatitudinẽ habeat a deitate, per amplius & perfectus laudari debet ob illã, & sic beata virgo prædicetur beata, quia uerbũ mente cõcepit, deinde quia illud vẽtre gestauit. Quod narramus de virgine, voluit Deus in oue depingere, quæ ut aiunt naturales, duplicem uentrem habet: dum autem est in pascuis implet primum uentrem, reducta uero dum se cum ruminat & nocte apud se quiescit, alium uentrem implet. Beatior tamen est propter primam impletionẽ q̃ propter secundam, nam nisi primo præcederet, secũda minime sequeretur. Iã ergo aduerte ꝙ hæc ouis est beata Maria, de qua Nathan propheta sic ait: Duo uiri erant in ciuitate una, &c. usque filius mortis est uir qui fecit hoc. Sigillatim enodanda sunt uerba hæc, nam hic diues est ille qui induebatur purpura & bysso: de quo ait Greg. Quem fratres charissimi quem diues iste, qui induebatur purpura, & bysso & epulabatur quotidie splendide, nisi Iudaicum populum significat, qui cultũ uitæ exterius habuit, q̃ acceptæ legis delitiis ad nitorẽ usus est gloriæ, non ad utilitatem? Pauper autem iste est ille de quo Zachari. dixit: Ecce rex tuus uenit tibi iustus & saluator, & ipse pauper ascendens super asinam. Fuit enim Iesus rex noster pauper in ingressu, pauperior in progressu pauperrimus in egressu. Tunc enim nudatus ope & opibus, vestibus & amicis nihil habebat omnino præter ouiculam unam paruulã, &c. Ouiculam dicit propter amoris teneritudinem, unam etiã q̃a in se & a se indiuisam & ab omnibus aliis ouibus, q̃ percusso pastore dispersę sunt longe separatã. Quã emerat uenditis oĩbus q̃ habebat, ac si inuenisset una præ-

Maria est ouis Nathan.
2. Re. 12.

Matt. 13.

 ciosam

Cant. 8. ciosam margaritã. Quoniam (vt dicitur in Canti.) Pro dilectione huius ouis omnem substantiam domus suæ quasi nil reputans, dedit vt eam charius haberet. Sequitur, Quam nutrierat & creuerat. De huius incremẽto ait Esa. In die illa nutriet homo, scilicet Christus Iesus, vaccam boum, illam inquam vaccam rufam sine macula ætatis integræ, quæ nunquã portauit iugum seruitutis antiquę, idest, carnem propriam sanctam & immaculatam, quæ fuit vacca vaccarũ omniũ præstantissima:

Esa. 7.

Num. 19. Et duas oues. i. propriam & ipsius Mariæ animã & præ ubertate lactis. i. dulcedinis patientiæ, q̃ fuit in illis beatissimis animabus duabus in die illa semper memoranda passionis comedet butyrum. Hæc spiritualis comestio, hoc prandium & conuiuium celebratur cum fugimus ex his deuotionem, agentes horũ memoriam cũ deuota ac debita pietate, in qua filius Dei nimis delectatur & gaudet. Sequitur, Et creuit apud illum cum filiis suis. Creuit utiq; in omni gratia apud dominum, nã apud homines magis abscondita erat. Creuit inquã cum filiis suis, de quibus dicitur, Constituit terminos populorũ iuxta numerũ filiorũ Israël. i. angelorũ Dei: vt dicit alia litera. Ecce cũ quibus & inter quales nutrita est & creuit beata uirgo: simul inquit de pane illius comedẽs &c. panis uitæ filius Dei est, calix aũt inebriãs, spiritussãctus est. Comedebat ergo dietim beata virgo panem uitæ & intellectus, & aqua saporis spiritussancti potabatur. Et in sinu patris familiarissime dormiebat: Erat. n. ei (vt sequitur) sicut filia in sinu suo abscõdita à

Iob. 14. conturbatione hominũ, & a turbine & a pluuia. Cũ aũt peregrinus quidam venisset ad diuitẽ, &c. Iste peregrinus fallax & falsus est ille antiquus tyrãnus, q. mille formis trãsformat se & habitũ suũ, de quo interrogat Iob di. Quis reuelabit faciem indumẽti eius? Huic peregrino facturus cõuiuiũ & festũ magnũ, parcẽs Iudaicus populus ouibus & bobus suis i. principibus sacerdotum & pharisæis, tulit ouẽ illius pauperis, & magnũ festũ fecit ciuibus infernalibus infelix blasphemando in uirginẽ, ac di-

ac dicens Christũ ex Ioseph semine natũ ꝓp quod vere filius mortis est, & cũ peregrino suo morti sempiternæ tradendus. Hæc ergo ouis duos ventres habuit, dũ esset in pascuis adimpleuit primũ. Pascuæ eius & pratum viride fuit domus puellarum ubi nutrita est beata virgo, ibi facta est verbi egna, ibi mente concepit Deũ, ibi animæ ventrem adimpleuit: postea vero velut à pascuis reducta, dum in domũcula sua reclusa manebat ruminãs incarnationis secreta ventre meruit portare, quem mẽte conceperat, vt quę dum in pascuis erat sibi plura quę fierat, ad nos etiam deportaret verbum bis masticatũ: nam quia uerbum caro factum est. blandius portatur ad nos qui assueti non sumus solido cibo. Vnde hãc maiorem adaptationem verbi ad nos considerans mulier de turba dixit, Beatus venter qui te portauit.

De ventre multiplici secũda pars. Venter spiritualis multiplex est, Primo memoria nostra, quia sicut vẽter continet escas, sic memoria continet sentẽtias, vnde ait sanctus Dauid, De absconditis tuis adimpletus est venter eorũ. Secũdus venter, est doctrina legalis de quo ait Christus ad patrẽ. De ventre matris meæ Deus meus es tu, Id est, ex quo suscepi doctrinã legalẽ: quæ fuit matris meæ Synagogæ. Tertius venter, est cor: quoniã spõsa dixit. Dilectus meus misit manũ suam per foramẽ, & ad tactũ eius intremuit venter meus, id est cor meũ. Manus est immissio influxus gratiæ. Quartus vẽter est cœtus infirmorũ Ecclesiæ, quoniã Christus dixit: Factum est cor meum tanquã cera liquescens in medio ventris mei. Et alibi dicitur, Venter tuus sicut crater tornatilis. Venter qui est molior pars corporis infirmos in ecclesia signat: quibus etiam manifesta est sapiẽtia Christi & voluntas eius, cuius manifestatio significatur per liquefactionem cordis Christi. Quintus venter est sensualitas, quoniam propheta dixit: Conglutinatus est in terra venter meus. Sextus est cõpassio, quia & alter dixit, Venter meus ad Moab, quasi cithara personabit, id est, affectus cõpassionis meæ concordabit miseriæ Moab. sicut

curdæ consonant in cithara. Septimus uenter est caro, unde scriptum est: Conturbatus est in ira oculus meus, aĩa mea & uenter meus. Octauus uẽter est secretus gratiæ sinus, unde super illud Iob, De cuius utero egressa est glacies, ait sanctus Gregorius: Quid enim in utero nisi gratiæ sinus accipitur? Nonus uenter est mens: ipsa quoniã uoce domini ad Ezechielem dicitur: Fili hominis uenter tuus comedet, & uiscera tua replebuntur uolumine isto. Ecce nouem uentres, qui utique ad Mariã possunt referri, nam sicut nouem mẽsibus utero gestauit Saluatorẽ, sic etiam nouem uteris portauit eum de quorum quolibet ait thema: Beatus uenter qui te portauit, & ubera quæ suxisti, &c. Ex istis nouem uteris, nouẽ quidẽ sermones conficere possem: quia in quolibet utero spiritualiter portatur Deus ad beatitudinem portantis, nec enim portatur quin portet. Iam ergo si uel de primo uentre Mariæ, hoc est de memoria eius loqui uelimus, non reperiemus eam sterilem sed fœcundissimam: de qua nolo exponere nisi illud Ecclesiast. 49. Memoria Iosiæ in compositione odoris facta, opus pigmẽtarii. In omni ore quasi mel indulcabitur eius memoria, & ut musica in cõuiuio uini. In his uerbis triplex gradus sanctæ memoriæ tangitur, sed nota quod Iosias interpretatur ignis Domini, & est Spiritussanctus: nam sicut uenter uirgineus Mariæ concepit de spiritu sancto, sic uenter spiritualis, immo & sicut ad conceptionem uentris uirginalis tota trinitas cõcurrit, sic etiam ad cõceptionem uentris spiritualis, unde statim sequitur ubi supra. Præter Dauid, & Ezechiam, & Iosiam, omnes peccatum commiserunt. Dauid est pater, Ezechias est filius Iosias autem spiritus sanctus, qui ignis diuinus dicitur, qui exarsit in Sion, i. in memoria uirginis speculatricis. Nec enim eius memoria tepida erat sed ignita uehemẽter, ut quicquid ei occurreret, esset uelut sacrificium, igne amoris oblatum: in holocaustum Deo, unde propterea sequitur. In compositione odoris facta, opus pigmẽtarii. Omnia quæ menti uirginis occurrebant ipsa or-

Memoria Mariæ triplex est.

dinabat in compositione odoris, nam propterea dixit, Cum eo eram cuncta componens,& delectabar per singulos dies ludēs coram eo omni tempore. Memor erat Dei,ac delectabatur in omnibus quæ Dei sunt,componens ea in ordine ad ipsum Deum propter omnia laudandum,unde supposito igne amoris omnia deseruiebant spirituali sacrificio uirginis, quæ uelut in sylua lignorum & in milibus agnorum pinguium erat in mūdi medio,ut omnia ei ad uotum prouenirent.Consideratio etiam memoriæ suæ dicitur opus pigmentarii, quia semper ascendebat per creaturas sicut uirgula sumi uniuersi pulueris pigmentarii. Memoria eius erat mortariorum templi sui, quo in sanctum puluerem redigebat quicquid sibi ueniebat in mentem.Propter hāc uniuersalitatem qua beata uirgo omnia concipiebat in Deum redigenda,ipsamet ait:Memoria mea in generatione seculorum.Generatio actiua seculorū,est Deus pater, à quo propterea omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur. Ad hunc reducebat secula per actum memoriæ fœcundæ beata virgo. Hic ergo gradus memoriæ uirginis primus est quo ad se, solum intendens referendo cuncta in primum principium igni amoris supposita,cuius impetu omnia referebat in Deum. Secundus gradus sanctæ memoriæ est,quo cætera mouemus ac monemus ut recordentur Dei, nec obliuiscantur eum.Et de hoc secundo gradu sequitur:In omni ore quasi mel indulcabitur eius memoria. Vix poterat beata uirgo abscondere dulcedinē memoriæ Dei,quin cætera inuitaret, ita eius uerbum dulce multiplicare uellet amicos Dei ut non taceret, nec a prædicatione memoriæ Dei cessaret.Nitebatur sane ut etiam insensibilia memoriam Dei agerent, vnde sæpe dicebat, Benedicite omnia opera domini domino,&c.Et ipsa quasi vicem aliorum supplēs liquefiebat in memoria Dei, Hic secundus gradus sanctæ memoriæ quo alia inuitabat dicitur quasi mel, quoniam mel nimis adhæret aliis eosque allicit.Nam sępe Maria fecerat quod egit supra mō

tana Iudææ, ubi omnes inuitauit ad memoriā Dei, dū
ipsa gestiens ait: Magnificat anima mea Dominum &c.
Certe nemo fuit in illa domo, qnem non vngeret mel
Mariæ, tūc sane mel & lac sub lingua eius, qua & infan
tem & mutum senem ad memoriam Dei allexit. Vnde
possumus de ipsis dicere illud Psal. Memoriam abun-
dantiæ suauitatis suæ eructabunt, & iustitia tua exulta
bunt suauis dominus vniuersis, & misericordia eius su-
Psal. 80. per omnia opera eius. Hic Psal. sic incipit in persona vir
ginis: Exaltabo te Deus meus rex, & benedicam nomi-
ni tuo in seculum &c. & sic finitur, Laudationem Domi
ni loquetur os meum, & benedicat omnis caro nomini
sancto eius in seculum &c. ecce quam feruens est me-
moria Dei in Maria, quæ omnes vult in ea occupari, ad
eamque omnes inuitat ut dicere valeamus: De petra
mellis saturauit eos. Petra mellis est Maria, quæ in me-
moria sua sicut in foramine petræ Deum velut fauum
conceperat, educēs eum ex creaturis, tamquam ex flori
Psal. 16. bus agri pleni, cui benedixit Dominus. Si referente Sa-
lomone, fauus mellis sunt composita verba, quāto me
Ecclesiastici. 24. lius cōpositæ & assiduæ cogitationes quas de ipso deo
habuit semper Maria? Si eius sanctæ cogitationes qui-
bus memor Dei erat non ita se haberent, minime ipsa
diceret. Spiritus enim meus super mel dulcis, & hæredi-
tas mea super mel & fauum. Hæreditas eius erat memo
ria sua, qua Deus hæreditabatur ac radices mittebat.
Nec enim erat Deus in eius memoria sicut in nostra, ex
qua paruo tollitur vento: sed radicatus ita ut in spiritū
virginis radices amoris sempiterni mitteret, vnde aie-
bat, Spiritus meus super mel dulcis &c. Hoc dicit bea-
ta virgo ad differentiam memoriæ Dei quā alii sancti
habuerunt, quę quia aliquid expiandū reperiebat in eis
nō ex toto dulcis erat, sed aliquando reperiebatur in cō
tritione amara, nam sancta memoria Dei sicut & mel
Apoc. 10 purgatiua est. vnde Io. ait. Accepi librū de manu angeli
& deuoraui illum, & erat in ore meo tanq̄ mel dulce &
cum deuorassem eū, amaricatus est vēter meus. De ma-

nu angeli dicit se librum accepisse, quia hæc memoria Dei magis est infusa quam acquisito, & facit uentrem amaricari,quoniam contritionis est causatrix. Maria vero in quo nihil expurgandum reperit,ait. Spiritus meus super mel dulcis &c. In ore beati Ioann. erat memoria Dei,tanquam mel, quia de nullo alio dulcius loquebatur,dum autem intra seipsum diffundebatur in silentio hæc memoria reperiebat inter sinus conscientiæ aliquid amaricandum,nisi velimus dicere,quod amaricatio ista erat illa, de qua Psaltes dixerat. Heu mihi quia incolatus meus prolõgatus est. Nam alta memoria Dei sursum agit cor, ita ut cupiat dissolui & esse cnm Deo suo, & propterea de tertio eius gradu sequitur ubi supra. Et ut musica in conuiuio vini. Vinum hoc non est vineæ mundanæ sed cœlestis, quoniam alius propheta de memoria Dei quam habuit virgo loquens, ait. Memoriale eius sicut vinum Lybani. In monte Lybano, in monte cœlesti vbi Christus bibit vinum nouum cum citharœdis citharizantium in citharis suis, musica diuina celebratur lætissima & iocunda, quæ personabat in auribus virginis, nam quæ multum memor erat plurimum audiebat. Memoria multum intensa rem ipsam affert, quoniam imaginatio facit casum Memoria ergo dei plurimum intensa,deum ipsum concipit & capit,& cœlitus possidet.ut sciebat ille qui filio suo dixit. Omnibus diebus vitæ tuæ in mente habeto deum, & caue ne aliquando peccato consentias. Hoc est primum consilium Thobiæ senioris, qui ob nimiam memoriam semper in mente habuit deũ, quę ipsum quodammodo pręsentẽ affert:quoniam Helias dixit. Viuit dominus in cuius conspectu sto. Et hoc idem discipulus eius Helisæus dixit instructus a magistro. 4. Reg. 3. Et etiam ipse Dauid ait. Prouidebam Dominum in conspectu meo semper, propter hoc lætatum est cor meum &c. Ecce quomodo hæc memoria exultationem patriæ afferebat Mariæ, nã eam rapiebat sępe supra se, ac si esset aut interesset musicæ cõuiuii gloriosi, tunc enim erat ebrius eius

Osee. 14.

Thob. 4.

3. Reg. 17

Psal. 15.

ſpiritus & exultabat in Deo extra ſe actus in gloriam; quam mihi & uobis præſtet Ieſus, Amen.

Pro memoria Dei lege. M.tertii Alphabeti noſtri, & ad capendum malam memoriam noſtram, quæ eſt uenter corruptione plenus; dic ꝙ tot uiperas in memoria portamus, quot malas cogitationes aſſumimus: unde Iſidorus ait. Sicut uipera à filijs in utero poſitis lacerata perimitur, ita nos cogitationes noſtræ intra nos enutritæ occidunt, & concepto interius uipereo ueneno cõſumunt, animamq; noſtram crudeli uulnere perimũt. Hæc ille. cui facit quod dicitur Ezechieli prophetæ. Fili hominis perfode tibi parietem, & cum perfodiſſem parietem &c. uide ibi gloſſam.

Dominicæ tertiæ Quadrageſimæ Euang.

IN illo tempore: Erat Ieſus eiiciens dæmonium, & illud erat mutum. &c.

Sermo trigeſimus ſeptimus.

T H E M A

Erat Ieſus eiiciens dæmonium & illud erat mutum & cum eieciſſet dæmonium, locutus eſt mutus, & admiratæ ſunt turbæ. Luc. 2.

Inuocatio ad Mariam aduocatam noſtram.

Cõditiones aduocati, quas habet Maria.

QVanuis oẽs egeant intercedente, qui ſolicitũ ſe adhibeat negocio cliẽtis, hoc amplius indiget mutus: ut aũt optimus inueniatur, tria oportet habere, ut ex integro ſecuritas ſit uictoriæ. Primũ ꝙ inimico noſtro ſit inimicus, ne ei unquam faueat contra nos. Secundum ꝙ iudicis ſit amicus, ut confidenter appareat uultui eius pro nobis. Tertium ꝙ ẽt diligat nos, ut ſalubre conſiliũ præſtet. Hæc tria maxime hẽt dei genitrix

trix quã (quo ad primũ) tantũ dæmon pertimescit, ut sta tim uisa ea obmutescat, si ausus fuerit se ei præsentẽ fa cere: quæ ait dæmoni ꝑ prophetam. Adhærere faciã lin guã tuam palato tuo, & eris mutus. Accusator fratrum suorũ minime inuadere audet clientes Mariæ, dum ipsa stat pro electis suis: ut patet in Aman qui fit mutus coram Hester. Quis stabit aduersus electos DEI? DE secundo autem cum optimum sit in bona lite iudicẽ habere propitiũ, & ẽt in mala: ut saltem suspendat sententiam quam pronunciare debuerat contra nos, vbi nulli pręiudicium uenit. Hẽt hæc negotiatrix Deum eo fauentem sibi, & præuentũ benedictionibus dulcedinis, ꝙ ualeat dici: Exenia & dona excæcant oculos iudicũ, & tanquã mutus in ore auertit correctiones eorum. Tantũ Maria inseruit & præsentat iudici Deo, quod saltem pro peccatoribus obtinet snĩæ dilationem, auertens a nobis Dei correctiones, tã imminentes ne tam cito irruant super nos. De tertio aũt adeo diligit & docet clientes suos sibi commissos, quod dicatur: Sapientia. s. Mariæ, aperuit os mutorum, & linguas infantium fecit disertas. Mutus dicitur peccator in cuius ore latus speciosa non est, & infans dicitur sanctissimus quisq; & quia vtrosque Maria protegit ac tutatur: ideo dicitur quod aperuit os mutorum ut eam exorent, & linguas infantium fecit disertas apud Deum: unde omnes iusti & peccatores in prædicationis negotio ad eam pro gratia nos conferamus, dicentes, Aue.

Argumentum dicendorum.

QVemadmodũ aduersarius noster diabolus tãquã leo rugiens circuit terram quęrens quos deuoret sic de domino Iesu defensore uitæ meæ dicitur, qđ circuibat castella & loca distãtia, & trãsibat sanando oẽs oppressos a diabolo, inter quos est ei oblatus miser homo cæcus surdus, mutus ac dæmonium habens, quẽ ipse manibus sanctis impositis, vnico uerbo ex integro sanat, taliter ꝙ mutus loquatur gratias agẽs, surdus audiat monitionẽ Christi, uideat cæcus lumẽ cœli dæmõ

nun-

nunq̄ rediturus fugiat: de quibus miratæ sunt turbæ, Alii aūt signū de cœlo quærebant ab eo altiora tentantes: sicut quādo sistere solē Iosue fecit, uel quando tēpore Ezechiæ retrocessit sol decē gradibus, quæ signa nūc minime dedit Christus ea tempori suæ passionis reseruans: quando ex inferno & in excelsum supra. & in terra deorsum visa sunt signa. Multa. n. corpora sanctorū qui dormierāt, surrexerunt, & obscuratus est sol factusque est tenebrosus vsq; ad horam nonam, & terra tremuit & petræ scissæ sunt. Sic ergo illa mortis hora quādo cæteri muti esse solent, multa ex cruce loquutus, & tūc nō surdus auditor, omnibus petita concessit. Nec oculus eius caligauit, quia vidit Iesus matrem stantem, & discipulū quē diligebat, & hoc totū factū est inter signa quando admiratæ sunt creaturarū turbæ, ex eo q̄d tunc ēt erat Iesus eiiciens dęmonium, principem huius foras, Imò & admiratæ sunt turbæ quæ descēderant ad spectaculum illud, quia percutientes pectora sua reuertebantur: ex quo ēt ex eis eiecit dæmonium, de quo thema ait: Erat Iesus, &c. Duæ erūt sermoni medietates, in prima videbis qualiter Iesus ex gentibus dæmoniū eiecit. In secunda, qualiter ex quolibet peccatore dæmonē religat, & vtrumq; iuxta historiam prætactā prosequar.

Iosue. 10. Esa. 38. Signa Christus seruauit ꝓ cruce.

Diuisio.

Prior pars

Secundum Hila. super Mat. & glo. ord. in hoc dæmoniaco gentilis populus designatur qui dęmoniacus dicitur, quia sicut eos dicit deos scriptura, ad quos sermo dei factus est, sic dæmoniacos, imo dæmones dicit eos qui eis obtemperant quia Christus ait duodecim. Vnus vestrum diabolus est. Si hoc quispiam dixisset, forte arbitrarer eum hyperbolice locuturum: sed ipsa veritas aberrare nequit. Deum ergo oēs dii gentium dæmonia, ēt ipsi cultores abominabiles facti sunt sicut ea quæ dilexerunt. Hoc dicitur de is qui abalienati sunt, ex eo q̄d intrauerunt Beelphegor, quod interpretatur idolū hiatus. Sicut omnis qui Deū adorat, Deum intrat, sic dæmonem adorans transfertur in illum totaliter & auertitur a Deo, immo & a seipso: quia idolo adhæret tanquā

In idololatras.

sum-

summo bono, abnegans se. Vt scripto ostenderet, qualiter recipitur dæmoni adhærens, ipsum idolum hiatus appellat; in quem peccator intrat voluntarie, sicut in domum suam. Vnde hæc est differentia inter dæmoniacum & idolatram, qđ primum dęmō intrat, & secūdus intrat in dæmonem qui dilatauit animā suam, & aperuit os suum absq; vllo termino: vnde bene inquit propheta, intrauerunt Beelphegor ab alienati sunt in cōfusione, abominabiles facti sunt, sicut ea quę dixerunt. Parum malum euenit Dathan & Abyron, quādo deglutiuit eos terra, si huic malo conferatur ubi intrat hiatum diaboli idolatria in eundē fere transformatus ab alienatus a Deo. In confusione, qua cum ipso dæmone cōfunditur dum in eadem damnatione est: iuxta id Sapiētis; Per manus autem quod sit idolum, maledictum est & ipse qui fecit illud, quia ille quidem operatus est, illud aūt cum esset fragile deus cognominatus est : similiter aūt odio sunt Deo impius & impietas eius, etenim qđ factum est cū in illo qui fecit tormenta patientur. Hoc valere potest contra figmenta vetularum, aliaque id genus. Sed aduerte quod gentilis populus dicebatur alienatus a Deo in confusione, pro eo quod mutans veritatem Dei in mendacium, minora se quærebat & sibi cōtumeliam fecit dum inferiori se subiecit vnde refert Aug. in lib. de vera reli. quod Socrates occisos fuit q a noluit adorare idola, quoniam erat tantum hominis opus, & dixit se malle adorare canem, qui erat opus naturæ, cum causa sit nobilior suo effectu. De Platone autem dicit, Plato sacrificat naturæ naturam execrans. Licet ergo dæmones naturaliter sublimes sint, culpabiliter sunt cæteris creaturis inferiores, ēt brutis, vnde dicitur diabolus nō habere esse, iuxta illud Iob, Habitent in tabernaculo illius, socii eius qui non est. Socii membra, consortesq; dæmonis qui sunt ex parte eius derelinquentes deū, qui se genuit & fœderati sunt inimicissimo eius. Væ væ væ habētib. dæmōes familiares amicos qui vere sūt inimici hominū, vnde inimicus hō dicitur dæmon.

dęmon. Derelinquit angelos familiares, dæmonesq; quirunt, ac si fideliores forent nobis, quàm patribus nostris, quos seduxit serpens. Si nulla pestis deterior q̃ familiaris inimicus, quid de hoc proloquar Deo, & nobis, & patribus nostris, & omni generi nostro inimicissimo tam familiari & importuno? Adhærentes diabolo dicuntur in Euange nequiores se, & ii, ut dixit Iob, sũt socii eius. Sed cur sit nequiores nunc uideamus. In propatulo se offert, qđ non est discipulus super magistrum nec seruus super dominum suum, a quo superatus est. Sed nequior dicitur ex eo præcipue quod dæmõ nõ peccat nouo peccato in adinuentionibus suis, ut saltem (ut aiunt Theologi) non imputantur ei mala sua, noua imputatione ab illa in qua primo dãnatus est unde essentialis pœna nõ accrescit ei, quia ẽ in termino. Quid ergo mirum quod nequitiæ semper dæmõ instet cũ sciat taxatam esse iam pœnam quam luere debet. Et si accidentaliter crescat, maior est exultatio, quam sumit in rebus pessimis, quam accidentalis pęna adiecta. Attendat ergo qui ex parte eius est, quod daturus est rationem etiam de minimo verbo ocioso, dæmon tamen iam iudicatus est, unde si in Euangelio aduertis, quando de vniuersali iudicio fit mentio cum dæmonibus nulla fit altercatio. Item tertio peccator deterior ẽ diabolo, quia ut ait Bonauent. In pœnam peccati datus est dęmonibus habitus quidam pessimus, quo necessitetur ad peccandum a quo resilire nequeunt sed taliter actus ille in quo damnatus est viuus & efficax manet in eo, qđ superbia illa & odiũ dei ascendat semper & sit stimulus sibi vt quiescere non valeat. unde in euangelio dicitur, qđ egressus ab homine ambulat per loca arida, & reuersus minime habet requiẽ, sed facit nouissima hominis peiora prioribus. Vnde ille ardor pessimus illa radix omnium malorum cupiditas, illa sitis inextinguibilis semper ad summum est in dæmone, nec ulla vnquã mittigari ualet quiete, & ideo dicitur idolũ hiatus, quoniã spem habet quòd Iordanis influat in os eius,

Qualiter peccator est diabolo deterior ob quatuor.

tamen

támen etiam si influeret,nō esset sibi nisi vt gutta aquę in exremo digiti alata cruciato in æternis flammis. Videat ergo peccator quā deteriot sit, qui & si exigua passione impellitur aliquando satiatus euomere uult mala quæ gessit, nec semper placet sibi nequitia sua si resipiscit, tamen adhuc iterum redis. Nequior illo etiam est peccator,quia plures & fortiores sunt nobiscum quàm cum illo si velimus eripi ab eo,sed sicut malitia supplet passionem, sic etiam eos amare fecit captiuitatem hāc. Si ergo uis gentilis populi idolatriam perpēdere, attende quòd si pro paruo furto interficitur homo. quanta ergo deteriora meretur supplicia, qui honorem Deo surripit,& dat illum inimicissimo suo, cum soli Deo sit honor & gloria ? qualiter hoc poterit mutare gloriam suam non solùm in uituli similitudinem comedentis fęnum,sed in similitudinem & veritatem antiqui serpentis?Si ex breui confabulatione diaboli & Euæ tot mala euenerunt,quod putas euenisse ex tot oraculis diabolicis quibus gentilis populus regebatur? Nullibi explicatur hoc nisi in illo dicto glossę:Cum mens a creatore se auertit,omnibus implicatur sceleribus. Et in lib. Sap. dicitur, Initium fornicationis,est exquisitio idolorum, & adinuentio eorum,corruptio uitæ est.Hactenus ꝓlixius locutus sum qualiter dæmoniacus iste. s. populus gentiū possessus sit a dæmone miserabiliter quod fuit maius malum suum, nunc cætera quæ ex hac radice ꝓdeunt breuiter percurram. De hoc homine communiter dicitur & ex euangeliis elicitur, quod erat cæcus, & mutus, & etiam surdus,quia naturaliter mutus semper surdaster est. Cæcus autem populus ille fuit, quia circa tria errauit quæ cæci ignorare solent. s. quantitatem, qualitatem,& figuram ubi attende quod nimia distantia etiam uidentes facit cæcos esse,nec bene iudicare de tribus illis secundum Basilium, qui in quantitate ponit exemplum de sole, qui quoniam nimis distat a nobis apparet uix sicut rota curri. In qualitate ponit exemplum de velis nauium , quæ cū sint alba,apparent mul-

tum

Sap. 13.
Sap. 14.

Cæcus erat gentilis populus circa beatitudinem.

tum distantibus esse nigra. In figuris ponit exemplum, turriũ, quæ cum quadratæ sint, propter nimiam distantiam apparent esse rotundæ, & ratio est quia in lõga distantia anguli quadrati non immutant sensum. Si ergo gentiles tripliciter errabant circa beatitudinem Primò quoad quantitatẽ, quia ignorabant quanta esset multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam illis abscondisti.

Secùndo quo ad qualitatem, quia nesciunt quod nec auris audiuit, nec oculus vidit, nec in cor hominis ascendit, quãta diligentibus te pręparasti. Tertiò quoad figuram, erant non considerantes quàm stabilis sit & ęterna, est enim in quadro posita vt ait Ioannes. Illi autem existimabant eam esse rotundam, volubilem, s. & caducam.

Apoc. 21.

Ea quæ diximus dictis gentilium facile probari queunt sed ne amplius immoremur, de surditate no. a qđ vt vetus canit adagium, non est surdus peior quàm qui audire contemnit. Populus gentium si audire voluisset, Deum nosset vnum & verum & non plures, nam ut ait Aug. de ciui. Dei li. 18 c. 38. Ante omnes philosophos Grecos vel barbaros sancti præcesserunt prophetæ, qui tam uerbo quam scripto Dei notitiam docuerunt, & iõ. Deum esse statim a principio mũdi per Adam & filios eius prædicatum extitit, cui dicto quidam assenserunt, quidam dissenserunt: sicut modo fit in aliis articulis. Poterant etiam creaturas audire dicentes ipse fecit nos, & non ipsi nos. Si etiam quod natum est Dei manifestum est illis, & nõ eum tanquam Deum glorificauit, hoc nõ fuit nisi quia populus illa audire contẽpsit, & obcęcatũ est insipiens cor eorũ cui loquendum erat, quia quãdo ibi non percipitur uox Dei non auditur: sensus. n. noster nõ iudicat Deũ, sed cor, qđ per fidẽ inclinare iubemur.

gẽtilis populus surdus etiã erat.

Dicitur ẽt mutus ille populus, & hoc pręcipue fuit ob carentiam diuini amoris: nam ut ait Paulus, Si linguis hoium loquar & angelorum, charitatem aũt nõ habeã factus sum uelut ęs sonans, aut cymbalũ tinniens. Si de Deo lingua ignea nõ loquimur, muti sumus, quia ipse pecca-

Et mutus

peccatores non audit nec intelligit, etiã si ipsi nulla sit ignota lingua, unde ait. Aufer a me tumultum carminum tuorum. Tumultum uocũ dicimus illum quẽ intelligere non ualemus. Nam muti tumultũ lingua reddunt, inarticulatũ tamen. Sic omnis quæ ad gentes pertinet doctrina, nisi articuletur & reguletur per fidẽ au feratur a nobis. Loqui ergo non poterat recte populus ille, quia prius audire noluit, unde cum sponsa sibi indicari postulasset, ubi erat sponsus ut adolescentulas doceret, responsum est ei, Murenulas aureas faciamus, tibi vermiculatas argento, quæ ut ait glo. ord. sunt quęcunque bonæ institutiones & prædicationes, quibus in hoc seculo anima docetur, unde prius audire debuit quam uidere. Erat ergo Dominus Iesus & est nunc ex gentilitate eiiciens dæmonium, quia & difficilis fuit eiectio illa & hactenus durat, in diebus quidem nostris noua gens inuenta est, quę dicitur noua Hispania, quã gẽtiles colebant, a qua nunc etiam per miracula & prędicationes suorum eiicit dęmonem Iesus: In principio tamen multi gentiliũ tyrannorum dicebant, quod in Belzebub principe dęmoniorũ matyres idola confregissent, Et quod artibus magicis tot miracula facerẽt. Et ita malitia hæc mentes eorũ inuaserat, quod etiã si comminuta & in puluerẽ redacta uiderent idola, nil aliud arbitrarentur nisi ꝙ in Beelzebub fieret quanuis hoc nõ esset nisi quia fortior illo supuenerat. De admiratione autẽ turbę dicitur, quod turba fratrum disceptabat aduersus Petrum & qui erant ex circuncisione decentes: Quare intrasti ad uiros pręputiũ habẽtes & manducasti cũ illis? quibus ait: Si eandẽ gratiã dedit illis sicut & nobis qui credidimus in dominũ Iesum Christũ, Ego quis erã qui possim prohibere Deũ? His auditis tacuerũt & glorificauerunt Deũ dicentes, Ergo & gentibus pęnitentiã dedit Deus ad uitã. Et in decimo capitulo dicitur. Obstupuerũt rex circũcisione fideles qui uenerãt cũ Petro q̃a & in nationes gratia spiritussancti effusa est, Audiebant.n. illos loquentes linguis, & magnificantes Deum

Amos. 5.

Canti. 1.

Ecce igitur qualiter locutus est mutus & admiratæ sunt turbæ.

Moraliter secunda pars.

Amos.2. Sepe Iesus eiecit dęmoniũ Quoniam nos in eadem damnatione sumus qui cũ patribus nostris peccauimus, iniquitatem fecimus ait phropheta. Deceperũt eos idola sua post quæ abierunt patres eorum. Oportet ergo moraliter eadem quæ diximus quanuis aliter repetere quia & nũc est Christus Iesus eiiciens dæmoniũ a peccatore, in quo eiectiones eius renouantur & damna reparãtur: ubi aduerte quod secundum mensuram primi delicti est plagarum modus, nam primo Adam optauit similitudinem Dei quã & Alexander & fere omnes Imperatores optauerunt, Secundo, curiose uident lignum quod deberent oculis clausis pertransire. Tertio, serpenti confabulantur. Ob primum homo possidetur à dæmone: ob secundum: fit homo cæcus: ob tertium, mutus. Christus autem omnium reparator uenit ideo ei talis homo infertur, non semel sed sæpius, unde nota quod propter benignitatẽ Saluatoris frequentia eiectionis notatur cum dicitur: Erat Iesus eiiciens dæmonium, qui tot dæmonem eiiciet à mundo minori quot a maiori, nam totum est quod à cœlo eum deiecit ex medio lapidum ignitorum, unde Apo.12. in Apocalypsi dicitur. Proiectus est accusator fratrum Gene.14. suorum, &c. Secundo eum ex Paradiso terrestri proiecit quando maledicens illum ait: Quia hoc fecisti, maledictus erit inter omnia animantia, & cætera. Tertio, Luc.4. eiecit illum a corporibus oppressorum, unde Lucas ait, Exibant dæmonia à multis clamantia, & cætera. Quar- Esa.14. tò, proiecit illum ex monte quo Christo omnia regna mundi ostenderat, dicens, Vade Sathana, scilicet in ignẽ æternum, secundum Hieronymum. Vnde dæmoni dicitur: Ad inferna detraheris in profundum laci. Et Petrus ait. 2. Pet. 2. Si Deus peccantibus, angelis non pepercit, sed ruentibus in infernum detractis in tartarum tradidit cruciandos, &c. Hac frequentia eiections erga hominem etiam utitur Deus, a quo primo eiecit eum

in

in baptismo: vnde Dauid ait: Tu confregisti capita draconũ in aquis. Pharaonem & exercitum eius proiecit in mare rubrum, quando in sanguinis sui virtute deiecit eũ ab anima. Sed quia multi baptizati a mortuo, id est, ab originali peccato mundati, iterum tangunt mortuũ actualia superaddendo peccata, sanctificationem suam polluentes in baptismo receptam, iterum ab eisdẽ contritis & ueniam petentibus, eiecit dæmonium in prçterita quadragesima: de qua eiectione dicitur: Hoc genus dæmoniorum non eiicitur nisi in oratione & ieiunio, id est, in humili supplicatione pro uenia & debita satisfactione pro offensa: sed quia iterũ post offensam & secundam eiectionem per pęnitentiam iam relapsi sunt, & rursus diabolum receperunt reuersi ad uomitum. Ecce Christus paratus eiicere si recidiuare noluerint, unde ait: Nunc iudicium est mundi, nunc princeps mundi huius eiicietur foras. Nũc in quadragesima ista iudiciũ est mundi minoris. Tẽpus est, unusquisq; seipsum iudicet, & sumat personam actoris & rei & iudicis. Actoris accusando, & de illata iniuria satisfactionem petendo. Psal. Arguam te & statuam contra faciem tuam: Personam rei dicendo peccatũ suũ sicut Dauid: Ego sum qui peccaui, ego qui iniquè egi. Personam iudicis contra se proferens sententiam & se condemnans sicut Dauid qui aiebat Nathan prophetę, Viuit Dominus, filius mortis est qui fecit illud. Et ipse erat qui fecerat, vnde tu es inquit homo qui fecit hoc. Sic pœnitens contra se dicat, Vere filius mortis æternæ sum, quia illã peccando merui. Nũc ergo eiicitur per Christũ princeps foras a peccatoribus, & a templo animæ eiicit cum flagello uendentes & ementes, q. sunt dęmones animam preciosam ementes pro momentanea uoluptate. nã peccatores dederunt diabolo preciosa quęq; pro cibo. Cũ flagello ergo contritionis eiiciantur, quę est uirga qua ꝑcussus pauet Assur. Figura benignitatis Christi quia tot spretus redit ad animam ut ex illa dęmonẽ eiiciat, ponitur in libro Iudicium ubi dicitur, ꝙ fratres Iepte ipsum

Mat.

Ioan. 14.

Iudiciũ penitentię.

Esa. 30.

Iudic.11. de hereditatē patris expulissent. Et inter extraneos magnus effectus esset cū uenissent filii Ammō, ut eos impugnarent, necessitate compulsi uenerunt ad Iepte rogantes ut pro eis contra filios Ammon pugnaret, & sic ab eis repelleret inimicos, & à finibus eorum quibus acquieuit Iepte, licet ab illis fuisset expulsus, hoc pacto ut de cętero eum haberent pro duce & principe cū ab eis inimicum expulisset. Iepte interpretatur aperiens, & est Christus qui oculos, aures & omnes sēsus nostros aperit, si nos non contradicimus, ut patet in hoc cæco surdo, & muto, nam dum dęmon animā ingreditur, eā undique obstruere nititur, sicut inimicus castrū suum vt eam in pace possideat, & sicut nos dormire volentes fenestras clausas habere solemus ne lux intret quam dęmon timet & odit, ne arguantur opera eius, Christus autem cuncta reserat. Hunc Iepte fratres sui Christiani ab hæreditate animę suę eiecerant peccando, & ecce filii Ammō i. dæmones eā occupare nitūtur, sed nos uel necessitate compulsi ad Christum reccurramus, quia non est qui pugnet pro nobis, nisi ipse Deus noster. Decętero tamen eum pro duce & principe habere respondeamus, si nos ab inimicis liberos fecerit. Hic nota quòd ut ait Scotus in.4.d.22. q.1. Qui digne pœnitet, saltem uoto se obligat de cætero ad non peccandum, & non solum hoc peraget Christus, sed filiā suam unigentiam pro uictoria in sacrificio oblaturus est crucis. De hac bona patientia Saluatoris, & summa benignitate qua expulsus uenit ut dæmonem a nobis expellat mirantur discipuli dicentes. Volebant te lapidare peccatis suis & iterum uadis illuc? quibus ait Dominus Nonne duodecim horę sunt diei? Eamus iterum in Iudęam. q. d. altero anno uisitauimus eos qui cōfessi sunt peccata sua in alia quadragesima, qui postea eiecerunt nos reuersi ad uomitum. Eamus iterum in Iudęam q.a iterum confitentur in ista quadragesima & pœnitent. Vnde eamus iterum in Iudęam, hoc est ad iteratā confessionē, quia Iudęa dicitur confitens. O misericordiā

Iepte est Christus.

Domini

Domini qui ad te lapidantes uenis, quoniam post alterã quadragesimam quot peccata comisimus, tot in te lapides proiecimus, & iterum uenis huc. Venit Iesus de mutatione nostra in melius confidens, ut suscitet animum qui iam fœtet, lapidemq; tollat à nobis, & illum contra inimicum proiiciat.

Nunc ergo posteriores utilitas referam, quæ ex dæmonis eiectione sequũtur, videlicet ꝙ cęcus uideat, mutus loquatur, surdus audiat, turbæ mirentur. Cæcum te peccatum effecit ne statum pessimum in quo es uideas. Vnde propheta, Ambulabunt cæci quia domino peccauerunt. In tantũ excæcatur etiã Sampson à Dalida amica, quæ est caro blanditiis captiuãs nos vt cæci fiant animæ nostræ, ne considerent culpam ut doleant, pœnam inferni culpæ debitam ut timeant, scandalum hominũ ut erubescant. Sed misericordia Christi eiecto dæmone, uisum animæ restituit, ut recte se uideat, & secundum sapientiam suam Christus de peccato damnat peccatum, unde ait per prophetam. Ponam tenebras eorũ corã ipsis in lucem. Tenebras peccatorũ ponit Deus in lucẽ, quando expulsis tenebris ignorantiæ & malitiæ, in lucẽ gratiæ uidet & cognoscit esse peccata quę prius nõ cognoscebat, de quibus nullam mentionẽ facere cõsueuerat nec cõscientiã. Vnde potest de peccatore dici. Ceciderunt ab oculis eius tãquã squamę, & uisum recepit. Per squamas signantur peccatorũ maculæ, quibus amotis per ueram contritionẽ, statim peccator recipit gratiæ lumen amplioris, unde Iob ait, Auditu auris audiui te nunc aũt oculus meus uidet te, idcirco ipse me reprehendo & ago pęnitentiã in fauilla & cinere. Dũ. n. peccator in aure animæ parum gratiæ recipit amplius sentit in se, ideo subiungit, Oculus meus nunc videt te. q. d. nunc de te ampliorem cognitionem teneo, sicut uisa plenius cognoscuntur quam solũ audita quia uisus superior est auditu. Et quia quanto quisq minus uidet tãto sibi minus displicet, & quanto maioris gratiæ lumẽ percipit tanto amplius reprehensibilẽ se esse cognoscit.

Sopho. 1. Peccatũ cæcat. Christus lucet.

Esa. 42.

Acti. 9.

Iob. 42.

ſed quia nulla eſt cognitio reprehenſionis niſi ſequa-
tur etiam lamēta pœnitudinis addit, Idciro ipſe me, &c.
Cinis & fauilla reſultant ex igne malæ concupiſcentiæ,
quo vult vri peccator: cinis memoria peccati eſt in qua
dolore pęnitentiæ nos torquere debemus & non cōpla
cere. Fauilla quæ ex igne reſultat, malum extremum eſt
quod proximo intulimus quo etiam pœnitendum eſt,
& timendum ne ipſe ſimiliter agat. Vel in fauilla & ci-
nere notantur peccata venialia & mortalia, quæ am-
plius per acceptam gratiam videntur. Sicut oriente ſo-
le videntur in eius radio quædam atomi & minutiſſimi
pulueres qui antea videri non valebant, ſic quando ſol
in conſcientia lucet Chriſtus, & hinc eſt quod frequen
tius meliores confitentur, quia eis pluries oritur ſol, oī
ſcilicet die, aliis autem non niſi ſemel in anno: vnde iu-
peccatū facit ſur dū Chriſtus aperit aurē. Iudith. 7.
ſti deſiderant cuſtodiri vt pupillam oculi ubi nec tenuiſ
ſimus puluis cuſtodiri poteſt. De auribus autem aduer-
te quod ſicut amaſius aures adulteræ iubet claudi ne a-
lios audiant, ſic dæmon ſolum ſe à peccatore audiri de-
ſiderat, ne Dei conſilium ad ipſum perueniat: unde Ho-
lofernes iuſſit incidi aquæductum Bethuliæ ne fons q̃
a parte auſtrali in eum fluebat ciuitatem potaret, ſi dæ
mō vult vt doctrina ſpiritualis animę extinguat ſitim e-
ius, ſed alia peſſima aqua ad refocillandum potius q̃ ad
bibendum: unde ſeruus qui captiuitatem euadere nole-
bat perforata aure, quę nil retinet, manebat in domo in
ęternum. Talis auris amputatur a Petro, vt eiecto pecca
to naſcatur illa de qua dicitur: In auditu auris obediuit
mihi. Et illa, Dominus aperuit mihi aurem, ego aūt non
contradico, retrorſum non abii. Nil ergo iocundius au-
diunt aures illius qui ad ſimilitudinē Dei factus eſt qua
verbum Dei, vt cuſtodiant illud ad modum bonæ terrę
peccatū mutū facit, Chriſtus loquentem
pluuiam cuſtodientis & rorem qui geminare eam facit
ſic erit verbum meum ait Deus.
Aliud bonum quod eiectionem dæmonis ſequitur, eſt
quod loquitur recte in Dei laude, & inſtructione proxi
mi & confeſſione peccati ad quod ſoluitur vinculū, imo
& uin-

& vincula linguę eius ut loquatur recte. Pluribus nodis dæmon vnam linguam ligat q̃ᵐ aliam, quoniam hic nõ habet nisi nodum verecundiæ, quem facile soluit Christus, si nudus contempletur in cruce pnĩæ ne nos palliata deferamus peccata veluti reliquias inuolutas. Alius etiam habet nodum secundum, qui est complacentia peccati quod vult relinquere, sed ẽt hunc facile enodat Christus fruitione gloriæ quam promittit, cuius cogitatio ẽt nunc diem festum agit in mente. Alius cum his habet nodum spei longioris vitæ, quem citò Iesus soluet si iuuenis contempletur in cruce, vt nos alliciat ad spernendum vitam quando nimis applaudit. Alius nodus est timor perseuerandi in bono incepto, sed de Iesu dicitur. Et tu adiutor fortis contra fortem armatũ pro fragilitate nostra, quę timet ruinã. Alius nodus linguę qui pessimis hominibus vetare solet confessionem, est veniæ desperatio quæ frangere te non debet: quoniam ipse saluator nunq̃. terminum veniæ posuit, nec numerum, nec pondus, & ideo misericordia eius dicitur super oĩa opera eius: quia oĩa numero pondere & mesura cõstituit, præter misericordiam quæ limitibus non arctatur, Loquatur ergo recte mutissimus quisq; angulo palliationis dimisso, quo sordes latere solent. Loquatur recte iustitiam faciens peccatorum suorum propter Deũ, quem recti diligunt. Item recte hoc est aperte distincte singula exprimendo peccata, ac si Deo præsenti narrasset, iuxta id Psal. Deus vitam meam annunciaui tibi, i. palam nunciaui & plane non balbutiendo, sed recte, non sub quodam inuolucro & circuitu verborum.

Nodus uarius.

Misericordia Dei.

Sequens vtilitas quæ prouenit ex demonis eiectione est bonorum promotio ad meliora & laudem Dei, quia admiratæ sunt turbæ: vbi aduerte q̃ sicut quando malum perpetras pusillos scandalizas sic quando pœnitentiam agis, ad simile excitantur, propter primum autem iussit Deus, quod cadauer hominis non permaneret in ligno, sed quod eadem die sepeliretur, ne suo fœtore alios inficeret, i. sua irritatione. Sicut ergo malum ex sua

Psal. 55.
Bonum exemplũ.

Deut. 21.

natura ad simile trahit, & in peccatore iusti scandalum patiuntur, sic in bono & optimo viro glorificant Deum
Zach.4. & ideo dicitur candelabrum aureum lucernis plenum, quibus per lumen boni operis alios ad simile ducat: vnde in præsenti Euang. dicebant de Christo: Nonne hic est filius Dauid? Et interpretatur manu fortis.i.opere, nam multi sunt imaginatione, vel cogitatione, vel ore forte, verus autem pœnitens cũ Christo est manu operationis fortis opere & sermone: de quo turba iustorũ & angelorum mirantur ad laudem Dei Congratulantur ergo nobis bona operantibus iusti, sicut in casu doluerant super nos: quia de Zecharia muto doluerant, etiam mira loquenti congratulabantur. Vtinam & nos qui hactenus muti persistimus deinceps nato Ioanne, id est gratia recepta talia sicut & ille loquamur dicentes. Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati seruiamus illi, in sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris. q.d. ad hoc liberati sumus, vt sine timore totaliter & indesinẽter ei seruiamus, de manu dęmonũ & peccato erepti. Hic ostendit qualis debet esse satisfactio de peccatis cum dicit in sanctitate & iustitia, &c. quoniam oportet quod sit sancta, iusta, recta intẽtione facta, continua perseuerans. Primum innuit cum ait, in sanctitate. Sunt enim qui ieiunant & quod iniunctũ est eis de pœna exteriori faciunt, sed a peccatis non abstinent Horum satisfactio de peccatis præteritis si sit, iusta non est, sancta, immo maculata est eorum oblatio: & ideo aliqui tenent satisfactoria non esse, quanuis dicat Scotus eam satisfactoriam non tamen meritoriam, sed Durandus dicit ꝙ si pnĩa iniuncta stat in orationibus, eas in gratia necessario persoluas alioquin reus eris. Sũt enim qui a peccatis præteritis abstinere proponunt, sed renuunt ieiunium & alia opera satisfactionis. Horum voluntas & si sit sancta, quia de cætero non peccare disponit, tamen nõ est iusta: quia pœnitentiam condignã nolunt peragere, qui attendere debent qualiter languidus ille qui iuxta piscinam iacebat 38. annos habuit in

Figura iusti cõuersi ad Deũ. Cõditiones Pęnitentiæ.

infirmitate sua, quæ sua dicitur ex eo quod propter peccata sua incurrerat eam, ut postmodum Christus ei reserauit in templo quando ei dixit: Amplius noli peccare, ne deterius tibi contingat. Si ergo iste tot annos habuit pro suis peccatis pœnales, nonne tu aliquot habiturus es dies? Scotus tenet quod totam pœnā poteris purgatorio reseruare, taliter quòd hic ualeas nullā a sacerdote acceptare pęnitentiam. Sanctus Thomas oppositum asserit. Sed ut dictum Zachariæ prosequar, sunt etiam qui a peccatis præteritis abstinent, ieiunant, dant largitiones sicut iniunctum est eis, sed in his aliquā hominū laudem quęrūt. Horum satisfactio si sit in sanctitate & iustitia, non eo modo quo dictum est, quia non est coram ipso Deo, sed coram hominibus quibus placere quærunt. Sunt denique aliqui istis meliores qui a peccatis præteritis abstinent, opera pœnitentiæ faciunt propter Deum, & sic liberati seruiunt Domino in sanctitate & iustitia coram ipso, sed hoc ad tempus & forte solū in ista qudragesima: post pascha autem opera quæ cœperunt bona negligunt. Isti deficiūt in quarto quod est omnibus diebus nostris quia nolunt persistere bonis inceptis. De his quatuor dicitur in Psal. Propter te mortificamur in die, æstimati sumos sicut oues occisionis. Propter te, ecce intentio recta, & hoc est in eo quod ait Zacharias. Coram ipso mortificamur, ecce iustitia: quia mortificatio carnis fit in uigiliis & ieiuniis. Tota die, ecce cōtinuatio & perseuerantia, omnibus uidelicet dieb. nostris. Aestimamur sicut oues quando nil de peccato est in pnīa nostra, q̃a utile est omne quod est in oue. s. pellis & caro, & eitam fimus: sic in pęnitentia nihil sit nisi opus uirtutis reiecto omni peccato vt sit sancta. His ergo præmunitus, non solum a te dæmoniū scias egressum, sed cum in latibulum suum & domum suam unde exiuit reuerti uoluerit, fiet ei sicut Sisare qui ingressus domum Iabel vbi se requiescere putauit, mortem inuenit. Simus ergo & nos fratres a nostris animabus eiicientes dæmonium quotidie, qui semper impugna-

pugna-

pugnamur ab eo ut sic pro continua concertatione vitam gloriæ æternæ mereamur, ad quam nos perducat Iesus Christus. Amen.

Dominicæ tertiæ quadragesimæ, Euangelium require supra.

Sermo trigesimus octauus.

THEMA

Admiratæ sunt turbæ. Luc. 2.

Inuocatio ad Mariam uirginem.

CHristus Iesus habuit quatuor Euangelistas, duos quidem domesticos Matthæum scilicet & Ioannē qui eum ab exordio sermonum nouerunt. Sed q̄a teste Apostolo Paulo ēt oportet habere testimoniū ab his qui foris sunt, habuit alios duos Marcum & Lucam qui ex auditu narrarunt cōuersationem eius. Vltra hoc Maria quoq; habuit velut in domo testimonium Elizabet, quę ipsa experientia nouit matrē dei, & testimoniū perhibēs dixit. Vnde hoc mihi &c. Nunc ēt a forinseca muliere velut ab his quæ sunt extra velū sanctuarii testimoniū accipit. Quæ mulier quanuis esset ipsa quoq; ex turba, tamen vocem extulit, qui de excelsa dei matre locutura erat, quam laudare non pōt homo communis nisi vocē extollat, sicut nec videre Iesum statuta pusillus, nisi aliunde ascendat. Tantum extollit vocem hæc mulier de turba, ꝙ figurata est in regina Saba quæ admirata est sapientiam Salomonis, in tantū vt non remanerent in ea vltra spiritus. Cū ergo sit plus quam Salomon hic altius ascendere placet, non illū laudās in seipso, sed in matre: q̄a propter vnūquodq; tale & illud magis Cogitauit & recte hæc mulier apud se, quod gloria matris est filius sapiens: & iō eius audiens sapientiā taliter

Muliet de turba miratur Mariā & Christū.

ter affecta est ꝙ cōtineri non ualuit intra se sed ait, beatus venter qui te portauit,& ubera quæ suxisti. Quasi dicat. Venerūt mihi omnia bona pariter cum illa matre tua beata Maria. Regina Saba imbuta est sapientia Salomonis, qui exposuerat ei omnia quæ habuerat in corde suo. Hæc autem mulier taliter se contulit Christo & ei attenta erat, quod coram dæmone & populo muto meruit a Christo laudari, de eo ꝙ audisset verbū Dei, & illud corde, ore, & opere custodisset, quia tales beati sūt, Vt aiunt Gregorius & Augustinus in Dei uerbis,& natat Elephas,& agnus peditat quod nūc exemplo liquet, nam pharisæis astantibus Christo (tanquam asinus ad lyram) uisum est quod non de cœlo sed de terra loqueretur:& ideo signum de cęlo quærebant ab eo tentantes cum an omnia posset, tamen ita hæc mulier plena fuit scientia Christi, ꝙ ex hac beatam fore Mariā virginem iudicat, cuius venter è cœlo attulit doctorem iustitiæ. Salomon parum beatificat matrem suam, imò ab ea beatificatus est quæ ei regnū acquisiuit. Christus autem altior vniuersis, non solum matris animam, sed corpus beatificat: vterum virginitatę, & vbera filiorum multiplicitate alendorum: nam melior fuit Saluator Christus matri suæ, quam decem filii: quia propter eū omnium Christianorum mater est: ergo vt nunc monstret se esse matrem, ad eam pro gratia recurrentes, dicamus, Aue Maria gratia plena Dominus tecum, benedicta tu &c.

Argumentum dicendorum.

QVanuis plura sint in hoc Euang. admiratione digna de quibus nō solum turba hominum sed angelorū mirari posset in doctrina dei, nūc pręsertim de tribus admirari oportet, videlicet de potētia dęmonis & insolētia nostra,& omnipotētia Christi. Prima admiratio ad intellectum pertinet. quia & si nō videt oculis, dat intellectum & est timoris: similis illi de qua Ecc.43.

dicitur,

dicitur, Qui nauigant mare narrent pericula eius, & au-dietes auribus nostris admirabimur. Magis timendū in mari & de quo amplius mirantur nautę territi. est pirata crudelis, quo uiso solertius ad fugam uel pugnam disponuntur. Pirata maris uitæ huius dæmon est, quem admirantes præ timore inspicere docemur in Euange. Secūda admiratio defectionis est, qua despicimus fragilitatem nostram quæ ad memoriam pertinet. Hæc admiratione corruit Hester, de qua dicitur Hester: Cunque eleuasset faciem. s. ferox rex, & ardē: ibus oculis furorem pectoris indicasset, regina corruit, & in pallorem colore mutato lassum super ancillulam reclinauit caput. Hester aīa humilis est quæ suam muliebrem fragilitatem considerans & dæmonis ferocitatem contremiscit. Tertia admiratio quæ ad voluntatem attinet, gaudiosa est quæ Iesu Christi Domini nostri omnimodam potentiā attendens taliter exultat quilibet nostrum, quod dicatur de eo. Mirabitur & dilatabitur cor tuū quando conuersa fuerit ad te multitudo maris (hoc est copia meritorum Christi) fortitudo gentium (s. iustorū & angelorum) venerit tibi in auxilium. Hanc triplicem admirationē adinuenire est in turba filiorū Israel, dum erāt in acie cōtra Philistæos a quibus egressus Goliad terruit eos, & dū se fragiles uident ad singulare certamen, deficiūt, tamen ut tertio amplius mirētur adfuit Dauid, q abstulit opprobriū Israel. Seū melius nota quod prima admiratio fuit in regina Saba erga sapiētia Salomonis. Secunda in Hester circa terribilem aspectum Assueri. Tertia uero sanctæ Elisabeth erga Mariam sicut mulier de turba. De hac ergo triplici admiratione, triplex erit pars sermoni. Nūc de primo Christus qui nouit potestatem iræ diaboli, aīt in Euang.

Amiratio tripliciter accidit, scilicet ignorātia metus & amore.

Esa. 60

Prima admiratio ē n initio euangelii secunda ī medio: tertia in fine.

Diuisio.

Pars 1.

Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quæ possidet. Tria hic Dominus affert, uidelicet fortitudinem, armaturam, solicitudinem qua in pace custodit suos dæmon. Et hanc similitudinem Dominus posuit cōtra calumniantes quod in principe

dæmo-

dæmoniorum eiiceret ipse dæmonia, unde alibi ei dixerant. In qua potestate hoc facis? Christus dæmonis potestatē negare nō vult in comparatione quam dixit armati, sed ostendit quod nemini eam dæmon tribuit contra se ut in pace sint omnia quæ possidet. Sed quæ pax sit ista fratres cui dæmō fortitudinem, armaturam & solicitudinem suam impendit. Forte ignoratis cum dicat Dominus quod non est pax impiis. Pax hæc talis quippe est qualis armatura & fortitudo, & solicitudo diaboli. Quod dæmon fortior nobis sit nemo ignorat: quia ait, gloss. super illud, Vt possideas gentes multo fortiores. Spirituales nequitiæ magis possunt ad nocendum, quam nos ad resistendum, quia subtiliores. Cum naturalia dæmonis ut ait Diony, integra remansissent, nec ut nos qui habitamus domos luteas, mole corporis grauentur ipsi, manifesta est fortitudo eorum: de qua dicitur, Non est super terram potestas quæ comparetur ei, qui factus est ut nullum timeret, omne sublime uidet, ipse est rex super uniuersos filios superbiæ. Audax dæmon omne sublime uidet, cum angelis naturaliter ęquatur, & dum cæteros subiicit dicitur rex eorum: sed vltra hoc factus est non per naturam sed per culpam, ut nullum timeat cum uere sciamus superuenturum ex alto Christum contra eum, & ideo dixit Iob quod non est potestas super terram ei comparanda, innuens in hoc quod Christus qui de cœlo uenit super omnes est. Ob hanc ergo audaciam quam nullū timet dicitur de dęmone: Superbus est ualde, superbia eius & arrogantia eius & indignatio eius plus quam fortitudo eius, idcirco ululabit Moab: ad Moab. Indignatio sicut homini est in cā ut ad altiora se nitatur uindictam quęrēs: sic in dæmone, qui ex eo quod uictus de cælo eiectus est, dicitur de eo, Væ terræ & mari quia descendit diabolus ad uos habens iram magnam, sciens ꝙ modicū tempus hēt. Forte ob hanc indignationē vocat Christus dęmonē armatū, quanuis sit incorporeus q.a inimicos armabit ira manus. Ex his & ex præsēti Euā. seq.tur quod

Fortitudo Dæmonis.

Iob. 4.

Esa. 16.

Apoc. 12.

quòd senior est dæmũ indies, nam si eiectus ambulat p loca arida, nõ est nisi ut meliores decipiat, & quãdo ani-me potest, assumit septem nequiores se ut citius ren pugnet. Ecce ergo qualiter fortitudo eius lacessita & indignatione plena, quotidie crescit maxime aduersus nos qui quotidie recidiuamus. Vnde supra dictum est quod ululat Moab ad Moab, quia dæmon dæmoné in-uocat contra peccatorem flens se uictum ab eo. Fortitudo inimicorum nostrorum stat etiam in dolo, quoniam multos per delusionem uincunt, quos vi superare non possunt, & ideo serpens callidior dicitur, qui ut ait Plinius, quando Elephantem superare non potest, in cauda sua pedes eius inuolutos trahit, & sic eum in terrã proiicit, qui surgere nõ potens, occiditur. Elephas est homo qui du stat fortissimus est, si in gratia persistit dum tamen in peccatum ruit debilissimus inuenitur, qui serpentis cauda inuoluitur ut cadat, dum ei suadet ꝙ iuuenis est, & deinde facere poterit pœnitentiam & longanimem prædicat misericordiam Dei, ut peccatoris uitã abbreuiet in gratia, sine qua stare non valemus & tam miserabiliter cadimus, quod ex nobis sufficientia non est surgendi nisi Deus mittat manum suam de alto. Propter hunc ergo dolum aiunt dæmones, Sit fortitudo nostra lex iniustitiæ. Maxima quidem iniustitia sit peccatori deluso, sed caueat quia dæmon ab initio consuetudinem habet fallendi, quia de eo dicitur: Fefellit eum & reduxit secum, ut comederet panẽ in domo eius. Hoc prętendit dæmon ut nos secum in eandem dãnationem reducat, sicut & patres nostros ut panem mẽdacii qui animam non satiat, comedamus ex lapidibus insipidis peccatorum factum. Armatus etiam dæmõ dicitur, quia quasi uir armatus occurrit ubique nobis, de cuius armis pulchre beatus Antonius de Padua in hac dominica sub figura Goliad. Scias tamen quod arma diab. praui homines sunt. Exierunt enim ex nobis, qui non erant ex nobis perditi Christiani, inimici crucis Christi & facti ex parte dæmonis, ei auxilium præbent,

Dęmon decipit.

Sap. 2.

3. Re. 13.

& se

& se ei arma faciunt: vnde sicut prędicatores gladio uerbi Dei pugnant pro Deo, sic hæretici gladio uerbi diaboli impio ferunt auxilium, & similibus armis pro eo militare videntur consiliatrices turpitudinis & consiliatores, qui vtūtur lingua uiperæ, id est, diaboli. de qua dicitur, Lingua tertia. s que tertiat inter utrumque mulieres viratas id est, fortes deiecit, & priuauit eas laboribus suis. Tot igitur armis dæmō armatus incedit, quot sūt homines praui quibus utitur ad alios per malum consilium & exemplum decipiendos. In hoc Euang. non solū dicitur dæmon habere arma sed uasa & spolia. Arma dæmonis est omnis qui publice peccat. quia nocet uidentibus quāuis, solum occasionaliter, sed talibus armis cito ruit pusillus. Dum ergo dæmon per hos publicanos alios defraudatos acquirit, dicuntur arma eius, & ideo in eis multum confidit. qui sunt armigeri sui semper domini voluntatem sequentes. Vasa dæmonis dicuntur secrete peccantes in quibus reponit dæmon lectuaria sua, & fiunt vasa interitus & contumeliæ. Spolia autem eius sunt, qui per fragilitatem peccant, filius enim Emor, ui oppressit Dinam. Qui sunt arma dæmonis uidentur peccare per malitiam, qui sunt vasa, per ignorantiam, qui autem sunt spolia. per impotentiam. Est igitur dæmon fortis naturali potentia, & armatura, & fraude & solicitudine non pigra, quia ambulat per loca arida & inaquosa & est fortis multitudine auxiliatorum, quia spretus assumit septem spiritus nequiores se, Item est fortis exercito prœliādi, quia uir dicitur bellator ab adolescentia sua. Omnibus his potētia eius roboratur ut in pace sint oīa quę possidet. Si ut ait Aug. finis prœliandi est pax, quia omne bellum prætendit pacem: bene sequitur ꝙ ex malo bello pax mala sequetur & ex bono bona. Si fortitudo diabobi tā pessima est, sic erit & pax eius ad quam nollet ut esset iustitia quæ malos punit, nec prædicator ut malos mores euelleret, nec animarum zelus, nec prælatus solers, nec quòd esset qui aperiet os & gannirēt. Hæc mala pax

arma diaboli.

Pax diaboli qualis.

signata

ſignata eſt inter Philiſteos & Iſrael, quādo illi nolebāt quòd eſſet faber ferrarius nec arma ulla in Iſrael, nec qui ſtimulum corrigere valeret. In quo notatur quòd nollet dæmon in te prælium ſpiritus & carnis, ſed quòd reiecto conſcientiæ ſtimulo incorrecto diceres. Pax erit mihi, ambulabo in prauitate cordis mei. Peſſima pax ubi latrantus illi quibus ratio deprecatur ad optima ſilent: de hac pace dicitur. Non permanebit ſpiritus meus in homine, quia caro eſt. Vbi inſinuare uult deus quòd ſpiritus noſter & aīa tota verſa uidetur in carnē & ideo ſpiritus eius ſanctus qui ſpiritui noſtro coniungitur, non permanet in te dum caro pura uideris nullo reſiſtens malo. Caro es homo, & oſſibus virtutum quibus prælium facere cum dæmone poteras, cares, vnde pace compoſita fœdere ſempiterno in dæmonis poſſeſſione permanes.

Gene.8.

Secunda pars.

Vt de fragilitate noſtra loquamur, aduerte quòd quo amplius dæmon fortis prædicitur, noſtra potentia inualidatur: & ſic ex altero ſequitur alterum. Ille qui in tali pace nos poſſidet, quòd ſurgere a peccato non ualemus ex nobis, ille inquam aduerſarius noſter maximum ius habet in nobis, nam quando fortis armatus caſtrum impugnat, maximum quod habere poteſt in illo eſt, qđ ſint in eo aliqui ex parte eius. Non ſolū expugnati a dæmone in pace poſſidentur ab eo, ſed ēt in iuſtis uiris multū habet adeò fragiles ſumus, ſed ut hoc liqueat, nota quòd dæmon eſt vt Sampſon, qui in capillis maximam habet fortitudinem, & capilli ſuperbæ cogitationes ſunt, quas immittit, ex quibus ſuſpenſus eſt ambitioſus Abſalon. Dum ergo tibi dignitatis & officii cogitatus affert, caue, ibi eſt maxima fortitudo eius & fragilitas noſtra, quæ umbra læditur & ſola imaginatio facit caſum. Proiice tales capillos abs te, quia uocat Dominus ad caluitium: humiliare cum Magdalena ad Chriſti pedes poteſt ergo dęmon tibi afferre ſuperbas cogitationes, in quibus eſt maxima fortitudo ſua, minor tamen infra in collo tuo ubi collocatur,

Fragilitas humanain qua multum habet dæmon.

Iudic. 16.

Coruꝰ feſtucas ducit ꝓ nido cōſtruendo.

ficat maledictionem generalem quam proiecit Deus ſuper iſta inferiora propter peccatum hominis dicens, Maledicta terra in opere tuo,id eſt,in peccato tuo: Huius maledictionis dux & princeps homo eſt qui leproſus dicitur propterea quod lepra eſt morbus contagioſus,& ſicut leproſus leproſum generat, ſic ex infecto duce,ex infecto patre Adam omnes leproſi naſcuntur Excreuit lepra hominis per actualia peccata & uoluntaria donec de humano genere dicatur: Omne caput languidum, & omne cor mœrens, a planta pedis uſque ad uerticem capitis non eſt in eo ſanitas. Miratur doctor Richardus cur ſic generaliter dicatur, Omne caput languidum, & omne cor mœrens, cum & capita ſint aliquorum ſana, plurimorumque læta ſint corda, tamen homo non uno capite contentus eſt, tot habes capita, quot habes negocia ſecularia. Tot habes corda,quot intentiones,quia propterea dicitur,Væ duplici corde.Totum ergo genus humanum & quilibet ſtatus, & quilibet homo per membra ſingula & ſenſus lepra reſperſus eſt,unde propterea non ſunt minores nec pauciores leproſi ſub Chriſto Saluatore noſtro, quam ſub Helizæo propheta. Vbi tot ſunt leproſi minime poterit obſeruari lex quæ leproſos agebat extra caſtra, imò hanc legẽ poterunt in contrarium retorqueri, quia comparcendum ſit multitudini & ſanus teneatur ſe tueri, uidetur expedire quòd abeat extra conſortiũ leproſum ne contaminetur. Nos omnes leproſi quidem ſumus, ac peccati lepra infecti, ſolus Domini Dei filius qui peccatũ nõ fecit mundiſſimus eſt,qui propterea exire poterit à nobis, quoniã & lex iubet ne quis leproſum tangat, alioquin reputabitur immundus & inſuper ipſe redemptor noſter(vt ait Apoſtolus Paulus)eſt a peccatoribus ſegregatus excelſior cœlis,vnde longe a nobis erit ideoq. ſicut extra Nazareth tunc tẽporis agebatur ſic extra nos vt de nobis pariter ſicut de illis dicatur. Ieſus aũt tranſiens per medium illorum ibat, ſcilicet recedens ab eis Abſit à nobis tãtum malum fratres mei, ut quis careat

Num. 5.

Iesu ſalutari ſuo, quia maius malum eſt carentia eius quàm ipſa met lepra, cum ipſe ſit totius lepræ medicina, ne igitur diuus medicus a noſtra recedat ciuitate, cauenda ſunt decem mala, propter quę dominus exire ſolet ac deſerere ciuitatem. Hæc decem reperi in quadam gloſſa, quam beatus Bonauentura fecit ſuper Luc. vbi ait: Ciuitas à qua Dominus eiicitur, eſt conuerſatio ſecularis, de qua dicitur, Qui mortui fuerint in ciuitate comedent eos canes. In ciuitate moritur, qui ſequitur ciuitatis turbam ad faciendum malum quo animã ſuam occidit. Canes autẽ ſunt dæmones famem patientes ut deuorent peccatores, ſicut infernus uiuentes in ſcelere ciuitatis. Primo eiicitur dominus ab hac ciuitate ratione peſtilentiæ, id eſt, ratione frequẽtationis peccati & mortis iam dictæ qua, dæmon ferit uno die etiã omnes ciues inter quos uix eſt qui faciat bonũ, uix eſt qui non peccet. Secundo eiicitur ab hac ciuitate propterea quòd in ea non eſt ordo ad unitatem, quia, ut dicitur in Actis Apoſtolorũ repleta eſt ciuitas tota confuſione. Tertio, eiicitur ratione ęmulationis: vnde ait dominus, Vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate. Quarto, rõne carnalitatis, quia ut ait Eſa. Facta eſt meretrix ciuitas fidelis. Quinto ratione cupiditatis ciuium, qui a minimo uſque ad maximum omnes auaritiæ ſtudent. Sexto, ratione ſuperbiæ ciuiũ, quia ideo dicit Eſa. Attrita eſt ciuitas uanitatis. Septimo, eiicitur ſi caret cuſtodia, & exponitur tentatori, unde Hiere. ait, Aperta eſt ciuitas, & ingreſſi ſunt omnes principes regis Babylonis. Octauo eiicitur, propterea quòd non dant ei locum ciues rebelles, vnde ait Eſa. Væ Ariel ciuitas quam expugnauit Dauid. Nono, propter malitiã mutuæ oppreſſionis, quoniam ideo dicitur, Væ ciuitati ſanguinum. Decimo, ſi ciuitas eſt ignorans, caret ſtudio, quia propterea Ieſus uidens ciuitatem fleuit ſuper illam, dicens, Si cognouiſſes & tu Rex noſter Ieſus habet oppoſitas decem conditiones, ideoque ſibi diſſimiles relinquit, nam contra peſtem ipſe mandat ſalu-

3. Re. 14.

Decẽ ob quæ Rex exit ciuitate.

Acto. 19.
Pſal. 45.
Eſaiæ. 1.
Eſa. 24.
Hier. 39.
Eſa. 29.
Naum. 3.
Lucę. 19.

tes Iacob. Contra defectum ordinis, quę, ab eo sunt ordinata sunt. Contra æmulationem charitas Christi vrget nos. Contra carnalitatem, ipse dicitur uinum germinans uirgines. Contra quintum quod est cupiditas, ipse est diues in omnes qui inuocant illum qui de in satiabili corde dicit, Cũ hoc non edebam. Cõtra sextum, mitis est & humilis corde. Cõtra septimum, est ipse thesaurus noster, quem portamus in vasis fictilibus, ideoq; custodiendum cautius, nam nec in sepulchro esse uoluit sine custodia. Contra octauum, lętus est, ideoq; cupit lętanter ei obuiam suos exire. Contra nonum pacis amator, imo ipse est pax nostra quę fecit utraq; vnũ. Contra decimum, est Christus sapiẽtia Dei, quæ in plateis suę ciuitatis uult suos docere si parant cathedram sibi. Hæc decem quę Dominus Iesus habet Naaman ille Syrus possidet, ideoq; solus curatur, nam primo habet salutem contra pestem, quia per eum dedit Dominus salutem Syriæ tanquam per bonum medicum. Per nos & propter nos infert aliis pestem Deus, ut patet in Dauid propter quem suo populo maxima pestis aduenit, sed per Naaman dedit Dominus salutem Syriæ. Felix qui taliter uiuit, vt per eum & propter eum omnibus Deus conferat salutem: Secundo, Naaman habet ordinatissimum ordinem inter suos, ideoq. princeps militię Syrię dicitur: quoniam acies suas habet ordinatas adinuicem & baptizatus ordinatam habuit charitatẽ, direxit enim & ordinauit Deo militiam totius uniuersi dicens: Vero scio quòd non sit Deus alius in uniuersa terra, nisi tantum Dominus Deus Israel. O anima mea si tu ad hanc metam cuncta dirigeres, si hunc ordinem seruares, nã Iesse ait: Fratres tuos visitabis, & cum quibus ordinati sunt disce.

Decẽ ob quæ curatur Naaman.

Tertio, Naaman habet charitatem ad suos ita diffusam ac feruidam, ut serui eius non uocarent eũ Dominũ sed patrẽ. ubi notatur amor, quoniam Deus dixit: Si ego sum dominus, ubi est timor meus, si sum pater, ubi est amator meus. Hunc ergo per amorẽ patrẽ uocãt sui

 dicentes:

dicentes: Pater & si rem grandem dixisset tibi propheta, certe facere debueras. Ecce quo amore sibi deuinxerat suos, qui tantum ei salutem optabāt. Quarto habet castitatem coniugalem, non enim utebatur concubina sed vxore, quæ de viri salute solicita inquirit q̄ salutifera sunt ei: concubina uero frequentius mortē causaliter machinatur. Qui eā habet declinat in ruinā mortis & occidit animā suā, nec ab ea vt Naaman ab vxore accipiet consilia sanitatis. Quintò habet nimiā largitatē, quia non venit vacuus ad Helizæū, sed attulit secū decem talenta argenti, & sex milia aureos & decem mutatoria vestimentorū quibus onerauit Giezi, tamē ad malū suum accepit pretium collatæ salutis: ille autem non ad malum sed ad bonum dedit. Sexto, habet humilitatem, quia ideo descendit in Iordanem, quin & iā sanus effectus cum vidisset Giezi puerum Helizæi currentem ad se desiliis de curru in occursum eius. O mira & prompta humilitas quæ ad minorē iā celeriter descendit. Septimò, habet custodiā sui, & custodiebat Syriam. Qui se custodit, suos etiā protegit, qui se periculo exponit, suos etiā deserit, quod est tā grande peccatū ut Apostolus dicat. Qui suorū, maximè domesticorū curā nō hēt, hic infideli deterior est. Naaman ergo adhuc infidelis suos custodiuit & se, postquā vero fidelis efficitur, promisit non ultra diis libare, ideoq; portauit secum partē terræ sanctę, qua genua flectens Deum solum adorat. Octauo, habet beneuolentiam regni, q̄ sibi obnoxium fecerat, ideoq; erat uir magnus apud dominū suum, & honoratus propter uirtutes equidem quas fecerat & incrementa regni. Habet nonò pacē iam in senectute sua qui uir fortis fuerat, sed iam uir deuotus nil petit nisi orationibus Helizæi fulciri. Vltimo habet sapientiam non solum humanam, sed diuinā, quæ est puella Israelitica nam hęc illum & uxorem eius docuerat, & scientiam salutis dedit, eis dicens: Vtinam iret dominus meus ad prophetam qui est in Samaria profecto curasset eum a lepra quam habet. Propter ista decem curatur dux iste,

4.Reg.5.

quibus

quibus carebat ciuitas Nazareth, ideoq; minime curata est, sed deterius se habet, quamuis iactet se quòd medicus salutis nutritus sit ibi. Vos fratres ista quærite, & curabimini a decem speciebus lepræ quas ponit Mauritius, est enim lepra hypocrisis, murmuris, elationis, cupiditatis, proditionis, inuidiæ, gulæ, luxuriæ, iræ & accidię, Lepra hypocrisis figuratur in Exodo, vbi Moyses ponens manum extra sinum, inuenit eam leprosam instar niuis, quæ in sinu sana erat. Manus est operatio, sinus autem secretū ubi debet esse operatio nostra, quæ ad inanem gloriam si extrahitur, fit leprosa instar niuis, ac si iustorum facta habeat. Secunda lepra murmuris, est in Maria sorore Aaron, quę etiam de fratre & sancto peruerse loquitur, ideoque separatur, quoniam detractor deberet uelut leprosus ab aliis separari. Tertia lepra scilicet elationis, est in rege Ozia, quia ambitiose uoluit fungi officio non suo, & statim oritur in fronte eius lepra. Quarta, scilicet cupiditatis, est lepra Giezi, qui a Naaman accepit quod nolebat dominus eius, tamen sibi & domui suæ adhæsit lepra Syri, quia & ipse & domus successorum tenentur ad restitutionem, ideo enim dicitur, quòd conturbat domū suam qui sectatur auaritiam. Quinta lepra, scilicet proditionis est lepra Naaman, quoniam in nobilibus uiget, qui ut fiant ditiores ac potentiores, aliquando fiunt proditores. Sexta lepra, scilicet inuidiæ est in Ioab, qui occidit Abner & Amasam motus inuidia contra eos, atque in dolo eos interfecit, ideoq; non defecit de domo Ioab leprosus aut tenens fusum Septima lepra est gulę quæ uiget in quatuor leprosis Samariæ, qui abierūt ad castra Syriæ, ut ibi bene comederent. Octaua s. luxurię, est in leproso qui descendebat de mōte ut adoraret dominum quia isti citius quam alii conuertuntur. Nona est. s. iræ, signatur in leproso Simone, qui domino irascitur propterea quòd Magdalenæ benignitatem exhibuit. Decima lepra est accidiæ, quæ potest signari in Lazaro qui iacebat ad ianuam diuitis, quòd pro-

Decem species lepræ

Exo. 13.

Num. 12.

2. Par. 16.

4. Reg. 5.

2. Reg. 3.

Luc. 7.

prium est ignauiæ atque pigritiæ. Ecce igitur quõ & tẽpore Christi sunt multi leprosi quos gratia eius curare poterit pluribus modis, nunc autem isto acceptabili tẽpore curat eos mittens ad Helizæum.i.ad sacerdotem cui ostende per confessionem, & dicet tibi ꝙ laueris in Iordane contritionis, & satisfacias per restitutionẽ, quæ non est facienda Giezi sed pauperibus, aut eis quos defraudasti, & tunc restitueris ad statum pristinum, hic ꝑ gratiam & in futuro per gloriam, quam mihi & uobis præstet Iesus. Amen.

Tertiæ feriæ tertiæ dominicæ quadragesimæ, Euangelium.

IN illo tempore: Respiciens Iesus in discipulos suos, dixit Simoni Petro, &c.

Sermo quadragesimus.

THEMA.

Si peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eum inter te & ipsum solum. Matth. 18.

Inuocatio ubi dæmon per Mariam corrigendus uenit.

PRæceptum de correptione fraterna tã generale est, ꝙ ad ipsum dæmonẽ poterit extendit, nam ẽt de eo uobis dico, Si peccauerit in te &c. Sed forte dicetis: Diabolus non est frater meus, iõ correctio fraterna nõ poterit esse inter nos, & illum. Vtinam dæmon nõ inueniatur frater uester, tamẽ timeo ꝙ erit inter nos qui cũ beato Iob dicere ualeat, Frater sui draconum, & socius strutionum. Illius ergo frater quisq; est cuius opera imitatur, unde Psal. ait, Frater non redimet.i.socius culpæ, redimet hõ.s.Christus. Iste ergo frater noster malus, nõ cessat

Dæmõ ẽ frater peccatorum.

sat

ſat peccare in nos & in totum genus noſtrum : quoniã Sapientia Dei dixit , Inuidia diaboli, mors introiuit in orbẽ terrarum. Et cum Eua quilibet noſtrũ dicere põt, Serpens decepit me.Igitur ſecundũ Chriſti mandatũ ea mus & corrigamus eum,demus ei correctionẽ fraternã Sed quis audebit apparere coram eo , qui ſtabit ad ui- dendum eum? Cum non ſit ptãs ſuper terram quę com paretur ei,quis poterit eum corrigere? Chriſtus in præ ſenti Euang.di.ꝙ ſi corripiendus noluerit audire te,ad- hibeas tecum unum aut duos teſtes:hi aũt tales eſſe de bent ut ꝑꝑ eorum timorem corrigatur.Certe nullos a- ptiores teſtes cõtra dæmonem poterimus adducere,ni- ſi beatam uirginem & ſpiritum ſanctum.Nã ab illa pri- ma correctione fraterna,q̃ Deus fecit in paradiſo terre- ſtri,dæmon concepit timorem virginis:de qua dictũ eſt ei,Inimicitias ponam inter te & mulierem,ipſa cõteret caput tuũ.Caput dæmonis ſuperbia eſt, de qua dicitur Initium omnis peccati ſuperbia.Hæc nõ põt flecti,non põt corrigi,nõ põt humiliari,tamen conteret eã mulier fortis,ne audeat nobis tantum nocere,maxime ſi cõtra ſpiritum malignum adducimus cum Maria ſpũm Dei & gratiam ſpiritus ſancti,qua corrigitur uelit nolit dæ- mon,ſicut ignis corrigitur aqua:nõ iõ ſcriptum eſt,ſpi- ritu oris ſui interficiet impiũ. Spiritus ſanctus dicĩ ſpi- ritus oris Mariæ, quoniã per eius os dari ſolet, ut patet in uiſitatione Eliſabeth, quę dũ audiuit ſalutationẽ Ma riæ,repleta eſt ſpiritu ſancto.Itẽ dicitur ſpiritus oris ma riæ quia eius oratione obtinetur gratia ſpiritus ſancti : nam propterea uirgini quotidie canit Eccleſiæ : Diffuſa eſt gratia.ſ.Spiritusſancti in labiis tuis. Vt igitur hãc ſpi ritus ſancti gratiam ad nos uſque diffundat Maria,ei ge nibus flexis(ut nos adiuuet) ſalutationem angelicã of- feramus dicentes, Aue Maria.

Maria dę monem corrigit.

Argumentum dicendorum.

FRater dicitur quis triplici rõne uel propter ſocieta- tem bonnã,& ſic Dauid extollens quamlibet bonã unionẽ,di.Ecce q̃ bonũ & q̃ iocũdum habitare fra

Tripliciter quis dicitur frater.

Psal. 132 tres in unum. Et Salomon dixit: Vir amicabilis ad socie
Leui. 25. tatē, magis amicus erit q̃ frater. Secūdo quis dicitur fra
ter pp unius legis cultum sicut ibi: Si attenuatus frate
tuus uendiderit possessionem suam, & uoluerit propi
quus eius pōt redimere Hic frater dicebatur quilibe
Hebræus, nam pp vnius Dei culturam fratres erāt oēs
Hebræi, & pari rōne sunt fratres omnes Christiani. Ter
tio quis dicitur frater pp prædestinationem si est pari-
ter prędestinatus, sic & dicitur in Apoc. Expectate modi
cum tempus donec impleatur numerus fratrum vestro
rum. Sic ēt Christus dicitur primogenitus inter fratres.
Secundum hanc triplicem fraternitatem tribus inferā
verba thematis, primo, uiro spirituali sic, Si frater tuus
homo carnalis, homo sensualis peccauerit in te ac in le-
gem peccati duxerit, corripe eum per pn̄iam. Secundo,
si frater tuus Christianus quisque peccauerit, in te.i.co
ram te, corripe eum. Tertio aūt, o fili Dei, si frater tuus
Adam peccauerit in te, corripe eum. Prima correctio est
plus q̃ fraterna, secunda, dicitur correctio fraterna: ter-
tia est diuina. De his tribus agam in sermone.

Prima pars de correctione spirituali inter spiritū & corpus.

Diuisio. Correctio fraterna debet fieri a iusto.

Dominus Iesus (ut refert Luc.) antequā de correctio
ne fraterna loqueretur, dixit suis: Attendite uobis. Et sta
tim subiunxit, Si peccauerit in te frater tuus &c. Prius
dixit, attēdite uobis, quia prius debet homo sibiipsi cor
rectionē inferre & seipsum coercere, quam alios. quod
& clarius alio loco Luc. expressit, dicens: Eiice primum
trabem de oculo tuo, & tunc perspicies ut educas festu
cā de oculo fratris tui. Hic uidetur innuere Luc. quod
grauatus uitiis propriis nō poterit aliena discernere ui-
Galat. 6. tia: quod & Paulus astruit dicens, Fratres si præoccupa-
tus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spirituales e
stis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans
seipsum ne & tu tenteris. Spiritualis est qui vitiis ca-
ret, & adhuc iste non debet ex abrupto alium corrige-
re, sed timide ac humiliter, ideo enim dixit, Conside-
rans teipsum ne & tu tenteris. Qui ergo alium cor-

rigere

rigere uult debet & præterita & futura uitia propria remouere, quoniam Gregorius in mora. ait, Mundus a uitiis debet esse qui aliena corrigere curat, quatenus quãto perspicatius aliis fugienda uideat, tanto hoc ipse per scientiam & uitam uerius declinet, quia nequaquã pure in membro maculam considerat oculus quem puluis grauat, & superiectas sordes tergere non ualent manus quæ lutum tenent. Vt uitiis præpeditus sciret se indignũ alios corrigere, lex iussit ut leprosus haberet os veste contectum donec sanaretur, ut daretur intelligi quod nos debemus prius carpere quam alios, immo uigilantius duriusque, quoniam exemplum dedit nobis Esa. dicens, Super speculam Domini ego sum stans iugiter per diem, & super custodiam meam, ego sum stans totis noctibus. Specula Domini est correctio fraterna, quia iussa est a Domino, & propter eum pure debet fieri. Custodia nostra est propria correctio, quæ solicitior debet esse, ideo prima per diem fit, secunda uerò totis noctibus: nam de claris ac manifestis debes fratrem corrigere propter DEVM, attamen totis noctibus teipsum corrige occulta castigans, quia in eis quæ obscure fiunt, te solum habes correctorem, si autem ista secreta tua non emendaueris, potius debes gemere aliena uitia quàm corrigere, quoniam Salomon sic erat gemens qñ dixit: Posuerunt me custodem in uineis, uineam meam non custodiui. Vnusquisq. positus est corrector & custos actionum alterius. quas dũ uult custodire & uidet se plenum uitiis, gemebundus dicit. Posuerunt me custodem, in uineis, uineam meam non custodiui, quasi dicat non sum aptus ut custodiam uitam alienam, postquam non custodio meam. Igitur si primo teneris ad correctionem tui, de teipso audi thema per quod tibi dicitur. Si peccauerit in te frater &c. In te homo habes fratrem, non solum in domo tua & in cella tua, sed in teipso, nam in te sunt duo homines. s. spiritualis & animalis. De primo dicitur. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. De secundo

Esa. 21.

Prius teneris ad tuã correctionẽ quam ad alienam.

autem memoratur, Formauit igitur Deus hominē de limo terræ. Propter hos duos homines qui sunt in eodem, ait Ezech. Hoc dicit Dominus Deus. Homo homo de domo Israel &c. super hoc ait Hierony. Vtrunque hominem uocat, scilicet terrenum & cœlestem, sensualem & rationalem. Isti duo homines qui sunt in te dicuntur fratres, propterea quod sunt conciues etiā

Leui.23.

ab utero. & cōciues in scriptura sacra uocantur fratres iuxta id, Quando uendes quippiam ciui tuo, uel emes ab eo, nec contristes fratrem tuum. Corpus ergo & anima (ut clarius loquar) conciues sunt, semperque morantur simul & faciunt unitatem: ideoque fratres dicūtur ac figurantur in Iacob & Esau. Quando igitur caro concupiscit aduersus spiritum, peccat in eum. Quando autem spritus facta carnis mortificat corripit propinquiorem fratrem. Primum peccatum quod Esau egit

Gene.25.

contra Iacob fuit bellum quod gessit in ventre materno aduersus eum: nam super illud Gene. & collidebantur in utero eius parruuli, dicit glo. quod in utero matris Esau impellebat Iacob, & sic præualuit, & potuit prius egredi quam alter, Ventet est primus motus quo incipiunt opera nostra formari: & prima intentio qua prius cōcipitur & coagulatur omne quod debet extra prodire. De hoc uentre ait Sapiens: Initium sapientiæ timor domini, & cum fidelibus in uulua concreatus est & cum electis fœminis graditur. In initio operum nostrorum debemus habere in utero, scilicet intentionis nostræ, timorem Domini, qui si ad fuerit inter opera naturalia, faciet ea electa & meritoria: ideoq; dictū est Et cum electis fœminis graditur. Tamen iste frater noster Esau impellit nos a timore Domini, ideoque iure uocatur Esau, qui interpretatur tinea eius, scilicet timoris Domini: quia eum corrodit atque destruit. Nonne sensualis sensus impellit opus uestrum uersus carnem, & amouit illud a timore Domini? Nonne aliquādo est anceps spiritus uester & nutans, uolensque hominibus placere timorem domini? dereliquit? Sane quidē, nam

Venter ē prima intentio.

Eccles.1.

fra-

frater Esau:s.sensus carnis, est totus mundanis deditur: & Iacob, id est fratrem suum spiritum nostrum impellit a loco suo,ut ea quæ carnis sunt sapiat non quæ Iesu Christi. Secundum peccatum Esau contra fratrē suum Iacob, fuit ipsa prima processio, qua præoccupauit exitum vteri maternalis, nam Iacob deberet prius exire: ideo enim plantam Esau manu tenuit ut eum reuocaret,donec ipse Iacob prior progrederetur, tamen Esau anticipat ortum suum. Quod spiritualiter fit in nobis quando prima fronte ponimus opera nostra in esse nō propter Deum, nec ad eius honorem, sed mundanam laudem, quod & fecerunt Moyses & Aaron fratres quā do eis dixit Deus.Quia non credidistis mihi ut sanctificaretis me coram filius Israel,non introducetis hos populos in terra quam dabo eis. Ecce quantum malum affert uanagloria fratres, per quam nosipsos prius uolumus magnificare. De aliis peccatis Esau nolo amplius loqui,quoniam sicut per primum hominem omnia peccata initialiter uenerunt, sic per Esau:id est, per sensum carnis ad nos omnia mala ueniunt, usque dum dicatur,Frater fratrem uenatur in mortem. Esau uenator dixit. Veniet luctus patris mei, & interficiam Iacob fratrem meum, Hoc audiens Rebecca,dixit Iacob. Frater tuus minatur tibi ut occidat te. Peccatum quod in sensualitate incipitur,cum per Iacob,scilicet spiritu cōsentiente consummatum fuerit,generat mortem: ideo ne tantum malum fiat necesse est ut effrenis Esau corrigatur.ait.n.thema. Si peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eū inter te & ipsum solum, scilicet per internam contritionem,qua caro ipsa conteritur,& cor contritum corripitur:sed quia hoc non sufficit,adhibe tecū duos testes, scilicet confessionem, & satisfactionem, & sic dices ecclesiæ negocium tuum per pœnitentiam sacramentalem:de qua ēt sequitur in Euang Quęcunque alligaueritis super terram,erunt ligata & in cœlis &c. & sequitur.Iterū dico uobis,quia si duo &c. super hoc ait Beda.In medio,inquit,sum eorum ut uel recipiam humilem

Num.20

Esau est sensus carnis.

Mich.7.

Gene.27

milem pœnitentem, uel proiiciam ſuperbum & contumacem. Et quicquid illi iudicando ad hominum ſalutem agunt in terra, meo deſuper iudicio roboratur in cœlo. Spiritualiter uerò illud dicere poſſumus, quia vbi ſpiritus, anima & corpus conſenſerint, nec bellum inter ſe diſcordantium habuerint voluntatum, carne aduerſus ſpiritum, & econuerſo ſpiritu aduerſus carnem concupiſcente, de omni re quam petierint a patre impetrare poſſint. Nec dubitandum iuſtam & acceptam Deo petitionem, ubi vult caro quæ ſpiritus. Ecce igitur quomodo correcta caro ſpiritui adhæret ne oratio eius fiat in peccatum, ſed orantes ambo fratres pariter obtineant a patre Deo petitiones ſuas.

Secunda pars. Correctio pręſupponit amorem

Nunc de fratre, i. de Chriſtiano (ſi peccat) corrigẽdo, ait thema. Si peccauerit &c. Hoc mandatum non contradicit alteri. ſ. de odio remittendo ac de parcendo fratri, cui ante correctionem parcendum eſt ex corde noſtro, ideoque inquit Beda. Notandum uerò prius eſt, ꝙ ſi in nos frater peccauerit, & qualibet cauſa animum noſtrum læſerit, dimittẽdi nobis conceditur poteſtas, imò ingeritur neceſſitas, quoniã aliter nobis noſtra ſciamus debita non relaxari, niſi & nos debitorib. noſtris dimiſerimus, Ecce igitur qũo fratrẽ non debes corrigere niſi eadem uirga quam teipſum correxiſti. ſ. erumpẽte de radice Ieſſe, qđ eſt incendium charitatis, quia prius debes proximo amorem ꝙ̃ correctionẽ, & ex iſto amore ut notat Greg. debet oriri correctio, nam propterea dixit Chriſtus, Si peccauerit in te frater tuus. Fratrẽ & tuum uocauit corrigendũ a te, ut te prius ad amorem excitaret, ꝙ̃ ad correctionem: ideo hęc dicitur correctio fraterna. i. charitatiua. Qui autem ſine amore alium corrigere præſumpſerit, non factor huius ſed tranſgreſſor mandati eſt, non chirurgus ſed læſor, quia nõ medicus ſed mordax eſt. Amor igitur præcedat correctionem, quia pater Abraham prius ſtatuit amicitias cum Abimelech Rege. & poſtea increpauit eũ de illata iniuria ſibi per ſeruos Regis. Et conuenienter prius corripuit regem

Corrige prius pręlatum. Gene. 21

gem q̃ seruos Regis, quoniã a maioribus debet incipe re fraterna correctio. Sũt.n.multi qui subditos corripere nõ cessant, cũ prius deberent reuerenter prælatos arguere: nã Ionatas increpando malitiam Saul patris sui cõtra Dauid in principio aliquantulum eum tẽperauit Nunc econtrario potius inuenies qui prælatos vrgeãt contra insontes, & subditos increpant impatienter, & nõ prælatos in iustos: cũ prius prælato ẽt in facie resistẽdum sit quando reprehensibilis est ne peccatum procedat: unde Greg. in suo pastorali ait. Sicut laudabile decretum est reuerentiam & honorem debitum exhibere maioribus, ita rectitudinis & dei timoris est, si quid in eis correctione indiget nulla dissimulatione postponere, ne totũ corpus (quod absit) incipiat morbus inuadere, si languor nõ fuerit curatus in capite. Multa ergo debent præcedere correctionem, primum, propria correctio: secũdũ, amor corripiendi: tertium euidentia delicti: nam ideo dicitur, in te id est, coram te secũdum August. quartum, sedatio iræ, quia ideo dixit, Vade, scilicet altera die: nam communis uox est. Superueniet mãsuetudo & corripiemur. Si in primo erras, dicetur tibi, Medice cura teipsum. Si in secundo erras, potius eris corruptor q̃ corrector: si uero in tertio erraueris, diceris impositor: si autẽ in quarto erraueris, intẽpestiuus eris. Quatuor igitur debes obseruare, primum, ꝙ antea te corrigas, secundo, quòd prius te concilies ei quẽ corripere debes. Tertiò, quod habeas euidentiam peccati sui ne dubie procedas. Quartò, ꝙ expectes tempus, quo prodesse correctio possit, quæ nõ ad uindictã nec ad punitionem nec ad confusionem, sed solum ad emendationem ordinatur, nam correctio quæ dicitur fraterna solum respicit bonum correcti, solum quærit lucrũ animæ eius, ideoq; sequitur in Euang. Si te audierit, lucratus erit fratrem tuum. Hoc uerbum correspondet parabolæ supra immediate positæ in qua ostẽdit. Christus quanta solicitudine quærebat peccatorem errantẽ ac per consequens unicuiq; mandauit de proximo suo, quòd

Margin notes: 1. Re. 19. — Quę debent pręcedere correctionem. — Psa. 89.

quòd si eum in aliquo errore deprehenderit, corrigat eum ut redeat ad proprium pastorem. Sed iubemur, tã
Prou. 9. Luc. 3. nolẽs corripi est draco. quam ouem errantem corrigere fratrẽ, & adhibita correctione inuenitur lupus aut leo: nã propterea dicitur, Qui arguit impium, sibi maculam generat. Imò plures sunt hodie ut Herodes, q. cum a beato Ioanne uiro iusto corriperetur, misit eum in carcerem Herodes interpretatur draco uel glorians in pellibus, & tenet figurã
Exod. 7. hyprocritarum qui gloriantur in exterioribus, tamen quando corripiuntur, fiunt dracones: sæpe nanque solet euenire vt cum te accingis in uirga correptionis mala Aegypti arguere instar Moysi, non desunt qui proferant etiam uirgas suas contra te, & si tua est eis coluber uirga eorum erit tibi draco: nam uirga Moysi uersa est in colubrum, sed Magis pharaonis proiecerunt etiam virgas suas quæ non in colubros sed in dracones uersæ sunt, ubi innuitur quòd homines incorrigibiles abnegata humanitate in dęmonum naturam uidentur transisse, qui per dracones figurari solent. Vt autem Christus ostenderet quòd in Ecclesia sua erat potestas etiam super hos dracones, iussit in Euangelio præsenti adhiberi testes ad obturantes aures suas, & tandem quòd Ecclesię publicæ denunciaretur pertinax, quia in Ecclesia est talis iurisdictio quòd quæ per eã ligata uel soluta fuerint, pari forma ligentur uel soluantur in cœlo,
Eccle. 1. vbi Angeli praui quia incorrigibiles erant, permanere non potuerunt. In hos velut ethnicus & publicanus venit computandus uir incorrigibilis ab Ecclesia proiectus. Tamen quia peruersi (quanuis difficile) corriguntur aliquando uita comite, ideo subiunxit Christus monens nos ut oremus pro incorrigibili dicens. Iterum dico uobis quia si duo ex uobis, &c. usque ibi, sum ego in medio eorum, ut, scilicet cum eis orem patrem meũ hanc rem. Hic aduerte ꝙ oratio nostra non potest con
Eccle. 7. uertere uirum incorrigibilem, quoniã scriptum est, Cõsidera opera Dei quòd nemo potest corrigere quẽ ipse despexerit. Tamen si dominus Iesus quem aduocatum

tum habemus apud patrē oret nobiſcum, poterit optime corrigi ēt Saulus, quem Apoſtoli nō potuerūt corripere,& corripuit eum Dominus Ieſus, atque per Ananiam deduxit ad ouile Eccleſiæ: utinam faceret ſic Luthero hæretico ut de Saulo fieret Paulus.

Ad incarnationem tertia pars.

Nunc in tertia ſermonis parte uidendum eſt qūo Dominus Ieſus qui dixit nobis, Si peccauerit in te, &c. audiuit patrem ſuum dicentem ſibi: Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipſe ſolum. Frater Ieſu eſt homo, quia caro noſtra & frater noſter eſt, nā & antequam filius Dei fieret homo, poterat dici frater noſter reſpectu prædeſtinationis: nam omnes prędeſtinati dicuntur frater, inter quos filius Dei eſt primogenitus tam quo ad diuinitatem: quàm quo ad humanitatem. In diuinis, eſt primogenitus dei patris, in humanis autē eſt diuinus primogenitus uirginis matris: & quoniā primogenito qui eſt prior in donis, maior in imperio conuenit fratres ſuos dirigere, propterea pater luminū, pater noſter qui eſt in cœlis, paterfamilias pater miſericordiarum, & Deus totius cōſolationis, ait ſuo Ieſu: Si peccauerit in te frater tuus, &c ut aduertas qualiter homo ſignanter peccauit in filium Dei, pernotare opereprætium erit conſuetudinem antiquorum militum, qui ſignato & certo die afferebant ſcuta ſua ad locum certaminis, quibus ibi ſuſpenſis, trāſibat inter ſcuta nominibus militum inſignita miles ſtrenuus, & enſe ſuo tangebat ſcutum illius militis, quem ad ſingulare certamen irritare uolebat, tunc alter velut citatus & accerſitus ab illo ſtatim exibat paratus defendere ſcutum & nomen ſuum. Tria ſunt ſcuta principalia nobilium. Primū, eſt potentia qua ſe protegunt reges. Secundum, eſt ſcientia qua ſe protegunt doctores. Tertiū, eſt bonitas quod ēt plebeios ualet protegere. In primo ſcuto ponitur nomen Dei patris, cui iure aſſcribitur omnipotētia. In ſecundo ſcuto, ponitur nonem Dei filii, cui ſignanter aſſcribitur ſapiētia. In tertio, ponitur nomē ſpiritus ſancti,

Scuta trinitatis ſunt attributa.

cti, cui merito ascribitur bonitas Angelus dum peccauit, tetigit primam scutum. s. attributum patris omnipotentis, uolens super astra Dei exaltari & altissimo. i. potentissimo assimilari, tamen homo tetigit scutum filii Dei. s. scientiam quam concupiuit dum auditis. Eritis sicut dii bonũ & malum: ideo quia scutum id est, attributum filii tetigit homo dicitur filio Dei. Si, i. quia peccauit in te attributaliter cõtra te frater tuus, qui deberet tibi inseruire, uade per incarnationem, corripe eũ inter te & ipsum solum. Non corrigas eum tanquam inimicum, sed tanquam fratrem. Vade. inquit pater æternus filio suo, ut sis uiator, uade ad hominem fratrẽ tuum, qui per peccatum recessit a te, abiit in regionem dissimilitudinis. uade tu ad eum. & corripe eũ, ut reducatur ad tuam similitudinem. Nec vtcunque corripe eũ sed quo magis charitate poteris. s. inter te & ipsum solum. O fratres mei quis dicere ualeat qualiter filius dei assumpsit hominem solum sine personalitate propria nimis solum, & eum suo vniuit supposito personali, nõ quidem sine magna correctione. Illud dicitur melius correptum ꝙ originali primo est magis conforme, tam correctus & consentaneus est homo in Deo, ut ipse homo assumptus ad primũ originale uerbi dicatur deus, & sic utique Deus, quoniam scriptum est, Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Plurimum quippe homo eleuatur cum impletur istud, Corripe eum inter te & ipsum solum. Nullus homo tantum ascendere potuit quin esset aliquis inter Deum & ipsum. s. mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, sed ipse mediator non eget mediatore, ideo enim dictum est. Corripe eum inter te & ipsum solum. Sed quispiam dicet quomodo potuit corrigi qui peccatum nec non fecit, inuentus est dolus in ore eius, nam ideo damnatur Pilatus, quia de rectissimo domino dixit. Corripiam eũ & dimittam. Quomodo erga ipsa prima regula uenit corrigenda? huic sane quæstioni respondeo cum beato Iob, Beatus homo qui corripitur a Deo, increpationẽ

ergo Domine ne reprobes, quia ipse vulneret, & mede tur: percutit, & manus eius sanabunt. Ista correctio (ut innuit Iob) non excludit sed includit beatitudinem vnde aduerte quod quãdo lectura est nimis deprauata si in propria papyro corrigatur nõ poterit ferre ipsa pa pyrus, nec sententia poterit legi propterea quod oportet eam hinc inde uitiare addendo, & demendo, ideo melius est educere in album sententiam totius lecturæ ad iudicium correctoris. Lectura humani generis quæ velut liber grandis scripta erat stylo hominis Adæ, uix poterat legi etiam a sciente literas, scilicet ab angelo qui scit perfectionẽ nostram. Si in humano genere deberet fieri correctio, vt quælibet pars per se corriperetur, prius fieret corruptio, quam correptio, quia omnis homo mendax non potest ad unguem aptari ueritati primę, ideo in albo deitatis uelut sententialiter & in summa posita est ueritas & integritas naturæ humanę, quando homo factus est Deus, qui homo dicitur correctus quia reductus est ad primum originale & ei ex toto aptatur. Secundo dicitur correctus, quia ei uerbum immisit omnem disciplinam qua nos debeamus corrigi, unde recte dicit uerbo assumptus homo, Disciplina tua correxit me in finem, ut scilicet per eam omnes ualeant corrigi ad finem uitæ æternæ, atq; ad finem Deũ reduci. Correxit quippe Deus hominem Christum, quando posuit super eum iniquitates omnium nostrũ quando ei pœnam nostram immisit, quoniam propterea dixit Iob: Beatus homo, scilicet assumptus qui, corripitur a Deo pro delictis hominum, quoniam filius sic nimis correctus, dicit patri. In me transierunt iræ tuæ, & sagittæ tuæ conturbauerunt me. De hac ergo correctione subintulit. Iob. Increpationem ergo domini, scilicet immissam homini Christo ne reprobes, nam per eã humiliter a Christo susceptã nos approbamur a Deo, idcirco.n. sequitur. Quia uulnerat. s. Christum, & medetur. s. nobis. Vulnerat caput & medetur membris eius. Percutit eũ in passione, & sanabit in resurrectione. Ista.

Iob. 5

Christus corripitũ propter nos.

Psal. 17.

correctio fratres mei non tantum fuit inter verbum & hominem assumptum, cui ostendit filius Dei ꝙ ipse p nobis passurus erat omnem correctionem debitam culpis nostris, sed etiã fuit correctio manifesta melior quidem quam amor absconditus. In lege ueteri amorẽ ab-
Prou. 27. sconditum habuit Deus, sed correctio qua filio proprio non pepercit, melior fuit, quoniam ibi amor absonditus jã manifestatur. Hanc manifestam correctionẽ voluit Christus nobis ingerere quãdo dixit. Si in uiridi ligno hæc fiunt, in arido quid fiet? Voluit quidem pater æternus filium corrigere ut seruus timeret, & se ad correctionem præpararet, imo & ut mundus totus corrigeretur; nam Christus ipse omniũ corrector est qui ad formã pristinã corrigere uult omnes peccatores in semetipso, ut eos reducat bene correctos ad patrẽ suũ, qui ad hunc finem correxit filiũ, s. ut nos lucraretur. In correctione quam pater fecit in filio, quia nulla fuit rebellio nec opus fuit testibus: tamen ad Christi correctionẽ facit ultimum uerbũ Euãgelij quo Petrus quæsiuit quot parcere deberet, & respõdet ei Iesus. Septuagies septies.

Septuagesies septies quid signat.

Beatus August. docet hũc numerum simpliciter, & nõ multipliciter accipiendum, idcirco totus per aduerbiũ fit. Ars enim arithmetica docet ut numerus aliquis si p solum fiat aduerbium, uel per solum nomẽ non multiplicetur, si uero ex nomine simul & aduerbio, ut uerbi gratia, septies septuaginta, uel econuerso septuagies septem possunt multiplicari, Quod ergo dicit septuagies septies septuaginta septem uicibus idem doctor intelligit. Sed iam ueniendum est ad mysterium. Neque.n. uacat ꝙ dominus hos duos numeros in relaxandis criminibus constituere uoluit, constat enim ex septenario & undenario, nam siue septies undeni, siue undecies septẽ dicamus, septuaginta septẽ perficimus. Et septenarius quidem numerus est sacratissimus ex donis septiformis spiritus. Vndenarius uero numerus figuram tenet omnis peccati, in undenario namq; transgressio est denarii. Et uos cum peccamus decalogum profecto præcep-

Vndenarius quid signet.

ptorum

ptorum Dei transgredimur. Hinc est quod in tabernáculo Dei undecim saga cilicina fuisse memorantur. Cilicium namque habitum pœnitentium, & pro peccatis merentium designat. In tabernáculo ergo domini Dei undecim saga cilicina iussa sunt fieri, quia sancta Ecclesia non solum ex iustis & immaculatis, uerum ēt ex peccatoribus & pœnitentibus & conuersis constat. Huius numeri sacramentum Petrus Apostolus agnoscens, Iuda perdito, noluit Apostolos in undenario numero permanere sed electo Matthia duodenariam summam curauit supplere. Septuagies septies ergo Dominus præcepit, ut ostendat remissionem quam ipse fecit in peccatis nostris. Vnde aduerte ꝙ beatus Lucas catalogum dominicæ generationis septuagintaseptē generationibus terminauit, incipiens a Ioseph & usque ad ipsum Deū conditorem perueniens. Quia.n. Dei filius ad soluenda mundi peccata ueniebat per septiformem gratiā, ideo iure eius incarnatio septuagintaseptē generationibus texitur, & hoc ascendēdo, quia eius incarnatio, nostra fuit exaltatio, unde ille descendit, inde nostra abiectio ascendit. Quod vero hic numerus ex septenario & undenario multiplicatus exurgit, signat, teste Beda, qđ omnis peccatorum remissio per gratiam spiritus sancti fit, cuius donis priuari merentur quicunq; fratribus in se peccantibus dimittere noluerint. Dominus Iesus per suum septenarium uenit corrigere undenarium nostrū in semetipso quæ teste Dauid, etenim correxit orbē terræ qui non commouebitur. Orbis terrę est corpus Iesus qui quamuis tentationibus non commouebatur, tamē correctus est orbis iste in cruce, ubi si respicis caput eius, uidebis correctam tuam superbiam, si manus perforatas, uidebis correctam tuam auaritiam. Si suam castigationem uirgineam respicis, uidebis correctam omnem luxuriam. Si fel respicis, uidebis correctam gulā. Si patientiam, uidebis taxatam iram. Si charitatem respicis, uidebis taxatam inuidiam, &c.

Exo. 25.

Luc. 9.

Quartæ feriæ tertiæ dominicæ quadragesimæ, de planta bona & mala, Euangelium.

IN illo tempore, Accesserunt ad Iesum ab Hierosolymis Scribæ & Pharisæi dicentes, &c.

Sermo quadragesimusprimus.

T H E M A.

Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cœlestis, eradicabitur. Matth. 15.

Inuocatio ad Mariam Virginem.

Iob. 8. Indigentiam gratiæ supplet Maria.

QVo magis plantatio indiget, est aqua, sine qua viuere nequaquam potest. Plantatio Dei est quælibet creatura maxime rationalis, quæ plus indiget aqua, id est, gratia spiritussancti, de qua sic beatus Iob loquitur. Nunquid uiuere potest scyrpus absque humore, aut crescet caractum sine aqua? Cum adhuc sit in flore nec carpatur manu ante omnes herbas arescit, sic uiæ hominũ qui obliuiscuntur Deum. Hic odendit Iob quam impossibile sit uiuere sine gratia spiritussancti, qua plus indiget homo, quam aliæ creaturæ, nã ideo dicitur quod ante omnes herbas arescit, si gratia caret. Etiam si aliũde non lædatur homo ex seipso deficiet, si desit ei aqua gratiæ, nam ut hoc innueret dixit Iob, quod etiã si scyrpus sit in flore, etiam si non lædatur manu, adhuc arescet, & morietur aqua ei deficiente, unde conformiter ad hoc sunt aliqui tenentes quod per solam cessationẽ ab operando corrumpuntur habitus boni, etiam si contraria non operemur. Est ergo nobis innata cupiditas & siccitas quædam consumens nos, quæ nisi aqua gratiæ temperetur, inualescit, ita ut dicatur per eundem Iob, Inardescit contra eum sitis, nec solum inardescit, sed ex siccitate hac si non temperetur, generatur ignis

ignis tantæ cupidinis,ut homo comparetur fornaci,vbi erant tres pueri damnati ad combustionem. Sed nunquid eis defuit solamen?non sane,quia orantibus eis dicitur: Angelus autem domini descendit cum Azaria & sociis eius in fornacem,& excussit flammā ignis de fornace,& fecit medium fornacis quasi uentum roris flantem,& nō tetigit eos omnino ignis. Anima nostra quæ trina est in potētiis, designatur per illos tres pueros:q.a sicut & illi anima nostra est in fornace corporis ubi sensualitatis ignis inardescit,tamen si ante combustionem idest ante consensum orauerimus, nō deerit angelus in medio cordis nostri rorem flantem facturus cum Azaria,qui interpretatur adiutorium,scilicet Spiritussancti animam refrigerans.Sed quem orabimus,quem pulsabimus labiis charitatis nostrę, certe dominam angelorum, cui per spiritum sanctum aduenientē angelo uirtus altissimi obumbrabit,tam abundanter & amęnæ,vt nos omnes sub umbra sua protegat,maxime si genibus flexis ei dicamus, Aue. Dan.3.

Noster sermo duas habebit partitiones. In prima disseram de plantatione bona,quam plantauit pater æternus non eradicanda: In altera de mala eradicanda *Diuisio.*

Ostenditur in hoc Euange. Apostolorum timiditas, nāque metus cadens in constantem uirum oppresserat eos.s.censura pharisæorum habentium uirgam duriorem uirga Moysi,Aegyptum castigante, quæ tam sæua fuit ut uerteretur in colubrum alios deuorantem. Nec enim solummodo Apostolos castigare nitebantur, sed ipsum Dominum Iesum, de quo scandalizabantur & intra se dicebant: Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra uiuentium, & nomen eius scilicet per Apostolos suos non memoretur amplius.Virga indignationis iam fit lignum,quod in panem Christi cupiunt mittere, idest,in eius doctrinam examinando eam atque damnando, quia dixerat. Quod intra per os non coinquinat hominem. Nec solum doctrinę panem (ac si esset panis mendacii) satagunt condemna- Prima pars. Exod.4. Hiere.11.

re, sed eorum audacia firmamentum panis cõtriuit, quã
do addidit, Et eradamus eum de terra uiuentium: O Do
Psalm. mine Iesu quomodo istę de te prophetare uidentur dic.
Christus quod terræ uiuentium immiseris radices tuas, & ita est
est plantatus. quoniam tibi non placuit terræ umbræ mortis, nec hu,
mus defunctorum, quia non te asseris Deum mortuorum sed uiuorum, nam & quanuis tibi dicatur, In Iacob inhabita in lucta mortalis naturæ, in labore ac militia hominis super terrã, statim additur, In Israel in terra uiuentiũ Deũ hęreditate, ut. s. sis uiator & comprehensor. Quid autẽ esset de uiuentibus istis, si tu e medio fieres quod accideret terræ uiuentium, si te uitam suam contigerit ab ea eradicari? Hæc uiuentium terra, hæc uiuorũ patria non timeat, quia tibi quoque dicitur consequenter, Et in electis meis mitte radices. Secreta dona tua mittis ad tuos ex quibus sicut nouellæ plantationes bona opera consurgunt, quibus animæ Christianorum nutriuntur & uiuunt labores manum tuarũ Domine man

Apoc.22. ducantes. Ob ista quæ diximus exprimitur Dominus Iesus in illa arbore, de qua Ioan. ait, Ex utraque parte fluminis lignũ uitæ afferens fructus duodecim, per mẽses singulos reddens fructum suum, & folia ligni ad sanitatem gentiũ, flumen est decursus mortalitatis nostrę quo uelut aqua decurrens, tendimus ad mortem. Dominus Iesus lignum uitæ in terra uiuentium, idest, in Ecclesia situm ac stabilitum est, quæ propter eum terra uiuentium dicitur, quę autem eo caret terra morientium est ueluti Synagoga, nam propterea de utraque Dauid sic ait, Posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim, terram fructiferam in salsuginem a malitia inhabitantium in ea. De sua uero Ecclesia sic immediate

Psal. 106. sequitur, Posuit desertum in stagna aquarum, & terram sine aqua in exitus aquarum. Quãdo dominus Iesus in Synagoga erat docens eam, terra uiua, terra fructifera erat, fructum dedit scilicet Apostolos & alios fideles, sed Christo & eis expulsis, salsugo mansit, ubi nil uiuum reperitur, Ecclesia uero gentium quæ deserta erat & sicca

ſine aqua gratię,iam facta eſt terra optima ob exitus aquarum baptiſmi & aliorum ſacramentorum,quæ propter Chriſtum in ea manentem, uocatur terra uiuētiū. Quanuis ergo arbor uitæ Chriſtus eſt in utraque parte fluminis in Eccleſia triumphanti & militāti, ſemper eſt in terra uiuentium. quia in iſtis ſolummodo partibus eſt uita,hinc uita gratiæ,iſthinc uita gloriæ,utraque ꝑ Chriſtum.ſ.gratia & ueritas gloriæ facta eſt. Perpendiſti utranque partē fluminis,ſi notaſti flumen eſſe decurſum mortalis naturæ, quo cuncti aduentare dicuntur huc uenientes in hunc mundum, felix tamen qui non tranſierit cum mundo, ne cum hoc mundo damnetur, ſed cum Chriſto ſaluetur appodians ſe arbori uitæ. Nā qui ſunt in aqua fluxibili ſatagunt ſe tenere arripientes aliquid fixum.Lignum uitæ Ieſus,qui lignum uitæ nō ſolum ſibi eſt, ſed omnibus qui apprehenderint eū conferet beatitudinem, quoniam de ſapientia incarnata dicitur, Et qui tenuerit eam beatus.Ecce igitur quomodo hæc planta diuina Chriſtus non ſolum uenit ſed omnibus confert uitam,his iuſtis qui ſunt ex parte hac, præſtat uitam gratiæ,exiſtentibus autem ex parte altera uitam gloriæ,uæ autem proiectis in flumen fluxibilitatis mūdanæ,quibus aquæ delitiarum uertuntur in ſanguinem, uelut olim Aegyptiis. De inundationibus huius fluminis ait propheta:Maledictum & mendacium,& homicidium,furtum & adulterium,inundauerunt, & ſanguis ſanguinem tetigit. Quando fluxus eſt continuus per uſum peccati uetari non poteſt, quin ſanguis ſanguinem tangat.Secundo,tangit ſauguis ſanguinē, propter connexionem peccati ad peccatum. Tertio propter colligentiam malorū,qui ſunt uelut uulpes Sampſonis ligatæ caudis.Quarto propter uindictam,quia culpæ annexa eſt pœna. Quinto, propter conſequentiam corporalis peccati ad ſpirituale, nam peccatum animæ tangit corpus & econtra. Sexto, propter peccatum originale cuius reliquiæ tangunt, ideſt, ſolicitant peccatū actuale. Ecce ergo qualiter decurſus mundi ſanguine

Chriſtus eſt plantatus in cęlo & in terra.

Pſal.77.
Oſee.4.

Cur ſanguis tengit ſanguinem.

peccatorum abundat,& sanguine mortis: quoniam uiri sanguinum in anima mortui sunt. Ob hoc enim peccatum designatur in sanguine, quoniam qui peccat occidit animam suam, dum tamen uita corporis durat, oportet ligno uitæ Christo adhærere, cuius uel folia dicuntur ad sanitatem gentium, nam non uitæ lignum tangens a sanguinis fluxu, a peccatorum usu curatur: ideoq; Dauid ex fluuio prædicto clamabat instanter ad Christum, di. Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meæ, & exultabit lingua mea iustitiam tuam. Vt exprimeret quam personam inuocabat, addidit, Deum salutis meæ Deus salutis meæ, Deus est pater, Deus est filius, Deus est Spiritussanctus, tamen signantur clamor ad filium Iesum Deum salutis meæ, qui uenit ut uitam habeam & abundantius habeam. Dum ergo a fluxibili corde tuo exierit inundatio peccatorum, inuoca Iesum: de corde enim (ut refertur in præsenti Euangel.) exeunt cogitationes malæ, homicidia adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ. Hæc sunt quæ ut sanguis coinquinant hominem, à quibus nos lauari oportet ut panem uitæ sumere ualeamus, quoniam Apostoli etiam pedes loti nō monent manus nostras sanguine plenas mundari, non per alium quam per eum qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Nam propterea quod a nostro corde procedunt cogitationes malæ, à corde suo continuo exiuit sanguis, ne nos acquiescamus carni & sanguini, hoc est, malis cogitationibus. Et propterea quod exeunt homicidia, ille toto effuso sanguine homicidium patitur. Et propterea quod exeunt adulteria & fornicationes, ille circunciditur. Et propterea quod exeunt furta, ille flagellatur. Et propterea quod exeunt falsa testimonia & blasphemiæ, ille allapa accepta ex ore quoque sanguinem fudit. Septem ergo dixit Christus quod exeunt a corde nostro (si aduertisti) & septies ipse sanguinem fundit, ut & nunc dicamus, Sanguis) scilicet Christi) sanguinem tetigit nostrum, quasi tangens locum le

[Margin notes: Psal. 50. — Sanguis Christi mundat nostrum. — Planta q̄ exeunt à corde in sanguinē radicātur]

præ

præ ad emundationem. Hic aduerte quod illa septem quæ Christus dixit a corde nostro scaturire, per sanguinem designantur: ideoq; nimis coinquinant hominem, ut Christus asseruit. Primo, cogitationes malæ designātur per sanguinem, de quo ait Paulus, Continuo non acquieui carni & sanguini. Et Petro dicitur, Caro & sanguis non releuauit tibi. Secundo, etiam homicidia per sanguinem describuntur, de quo dicitur, Effunderunt sanguinem belli in pace. Hoc sanguine sunt plenæ manus uirorum sanguinum, qui de terra iustitiam clamant, propter cuius clamorem desperat Cain. 3. Reg. 2.
Tertio pariter adulteria per sanguinem designantur ibi, Qui non ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt. Hic notatur triplex natiuitas. Prima, ex adulterio cum dicitur, qui non ex sanguinibus: secunda, ex fornicatione cū additur, neque ex uoluntate carnis mulieris fornicantis cum uiro uolente: tertia, spiritualis cum dicitur, sed ex Deo nati sunt. In huius ergo figura rex adulter de sanguinibus adulterii desiderans eripi, dixit: Libera me de sanguinibus, nam illum Psalmum fecit quādo Naathan propheta ex parte Dei sibi adulterium improperauit. Psalm. 50

Triplex natiuitas

Quartum á corde nostro progrediens fornicatio perhibetur, quę pari forma per sanguinem designatur, dum dicitur: Vestimentum mixtum sanguine erit in combustionem, & in cibum ignis. Corpus est animæ uestimentum, quod sanguine miscetur, quando per commixtionem sexus fornicantes conueniunt, ubi alter altero uestitur & celatur, tunc eorum corpus est in combustionē quā timebat ille qui dixit, Melius est nubere quam uri. Et est in cibum ignis scilicet concupiscentiæ, quæ fornicatione augetur. Quinto, furtum quoque dicitur sanguis maxime si quis a paupertate furetur, iuxta illud, Panis egentium uita pauperis, qui defraudat illum, homo sanguis est. Sæpe etiam euenit ut fur se occisionis periculo exponat actiue aut passiue. Sexto, falsa testimonia dicūtur sanguis, ubi aduerte qđ uita ciuilis est bona Esaiæ. 9. Eccle. 35

fama,

fama, quæ per falſum teſtimonium occiditur. Inſuper multi quærunt falſum teſtimonium contra proximum ut eum morti tradant. Vide igitur quibus iaculis effun-
Prou. 25. dit ſanguinem falſidicus, quoniam Sapiēs ait: Iaculum & gladius & ſagitta acuta homo, qui loquitur cōtra proximum ſuum falſum teſtimonium. De ultimo uidelicet blaſphemia pari forma dicendum eſt, quod æquatur & comparatur effuſo ſanguini etiam diuino, quo-
Malach. 3 niā DOMINUS dicit. Si affigit hō Deum, quia uos affigiſtis me quocunque uerbo blaſphemiæ ſe Deus, dicit affixum ac perforatum quoniam qui multum emungit iracundiæ in DEUM, expuit ſanguinem quando blaſphe-
Eſa. 33. mat. Fœlix (ut inquit Eſa.) qui obturat aures ſuas ne audiat ſanguinem, ſcilicet blaſphemiæ, quia ſi uir multum iurans horripilationem facit, quid ſentiendum eſt de uiro multum blaſphemantes? quia igitur hæc ſepem figurantur in ſanguine, optime dixit Chriſtus loquens de eis. Hæc ſunt quæ coinquinant hominem. Quia iſtæ ſeptem plantæ prodeunt ex ſanguine peccatorum noſtrorum. Tamen lauamur per Chriſtū qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo, ut rubicundi euadamus. Ille a ſanguine lauatur, qui a ſententia ſanguinolentæ mortis eripitur vt uiuat, & quia Chriſtus per ſeptuplicem ſanguinis effuſionem ſuam nos à ſeptem prædictis liberauit, & ab uniuerſali mortis æternæ ſentētia, qua peccatores tenentur, ideo dicitur lignū uitę ſuis, cuius tactus ſanguinem ſedat, & cuius tentio, beatam adducit uitam, & ſi plantetur in corde noſtro, non deſinit facere fructum, nec animam decorare. nam propterea dicitur, Sicut plātatio roſæ in Hierico, quod
Plantatio eſt Chriſtus uiua. interpretatur luna & eſt anima peccatoris, quoniam hæc luna (ut ait beatus Ioannes uerſa eſt in ſanguinem quem diximus, tamē hac roſa medicinali, ſcilicet Chriſto curatur, ac mundatur totus ſanguis eius, decoctio enim roſarum multum purgat. Vnde recte concluditur in præaſſumpta parabola, quod per ſingulos menſes arbor iſta reddit fructum. Vbi aduerte quod menſis

ſis uocabulum uenit a Græco,ſcilicet mene,quod ſonat defectum,& ratio eſt,quoniam Hebræi non habẽt mẽſes ſolares ſicut nos, ſed menſes lunares per lunæ reuolutionem computatos, luna uero lumine deficit. Iam ergo arbor uitæ Ieſus,affert unicuique menſi, ideſt,cuicunque defectui ex peccato prouenienti,fructum medicinæ. Sed quia longum eſſet nunc enumerare defectus ab ipſo peccato relictos, & remedia per Chriſtum adducta,qui ſingulis uulneribus ſingulam adhibet medicinam roſaceam,quia per duodecim roſæ proprietates ſiguratur facilius poteris applicare duodecim fructus ſpiritus Chriſti, quos enumerat Apoſtolus ad Galat. Si autem ex altera fluminis parte, ubi etiam hæc arbor ſita eſt, uelis fructus ſuos ibi ſancti collectos enumerare, lege Hugo. ſuper hunc paſſum Apoc. 22. Et lege Theophil.ſuper totum Euang.hodiernum.

Viſo quam optima plantatio eſt Ieſus, quam pater Deus in horto Spirituſſancti qui beata uirgo eſt plantauit, operæ pretium erit a corde noſtro eradicare quòd non plantauit pater, ut ibidem expulſo contrario plantetur Dominus Ieſus, qui extraneum gaudio ſuo non admittit. Et miſſus eſt ut euellat, & deſtruat, & ædificet, & plantet. De eo autem quod euellendum, ac eradicandum eſt, inquit Sapiens. Multigena autem impiorum multitudo non erit utilis, & adulterinæ plantationes non dabunt radices altas,nec ſtabile firmamentum collocabunt, & ſi in ramis in tempore germinauerint,infirmiter poſita a uento commouebuntur,& a nimietate uentorum eradicabuntur. Confringentur enim rami inconſummati, & fructus illorum inutiles, & acerbi ad manducandũ, & ad nihilum apti. Hæc ille, ubi nos uoluit admonere cauſas eradicationis malæ plãtæ, & eius pradicatores, & modum eradicandi, nam Chriſtus non dixerat, niſi quod omnis plantatio a patre non plantata uidebitur auulſa. Primo ergo ſapientia Dei hortatur nos ne miremur, ſi quiſpiam in horto Eccleſiæ etiam non plantatus a Deo polleat, uel fructificet,

Secunda pars.
Plantatio mala,quę ſit.
Sapien.4.

ficet, quoniam si fructus fuerit inutiles, eradicabitur: et
si honestus ac bonus uideatur, & pulcher in ramis & flo
Trinitas ribus. Non ergo qui habuerit incrementum plãtationis
intendit nec si per altam se eleuet contemplationem, aut uerbis
utilitati foliorum abundet, aut floribus desideriorum, aut fru-
uestræ. Esaiæ. 8. ctibus operum saluabitur, si cum omnibus illis debita
1. Cor 12. caruerit utilitate: nam quemadmodum filius Dei utili-
Ecclesi 2. tati nostræ intendit, dicens: Ego Dominus docens te uti
lia. Et Spiritussanctus de quo dicitur, Datur manifesta-
tio spiritus ad utilitatem. Sic etiam pater ad utilitatem
plantat, quoniam ipse ait: Cogitaui quid esset utile filiis
hominum. Si ergo planta uiua, & procera, ramosa, fron
dosa, florida, & fructum habens, propter solam carentiã
utilitatis eradicabitur, quid erit plantæ infructuosę aut
siccæ, quæ etiam foliis caret? uel quid erit pessimum fru
ctum habenti, si habenti quidem inutilem tantum ma
lũ euenit? Heu heu si noster botrus fuerit amarissimus
Hæc planta eradicabitur, primo, à propria debilitate: qa
Quomodo eradicatur plãta. infirmiter (inquit) posita. Secundo, à nimietate ventorũ
Tertio, à confractione, confringentur enim rami. In pri
mo, notatur propria defectio malorum nõ habentium
fraternitatem. In secundo, inuasio dæmonum ferox, ut
patet in Iob: cuius domus auulsa est. Tertio, persecutio
exterior, quę hominem & cor frangit. Ergo mala plan
ta, mala anima, primo spoliabitur ab his quæ videtur
habere: secundo confringetur, tertio, eradicabitur, pri-
mum, per pœnam damni, secũdum, per pœnam sensus,
tertium per desperationem. Est ergo triplex planta, pri-
ma est mala constitutio, secunda, mala persona in com-
munitate, tertia uero, mala anima in pulchro corpore,
& etiam quarta planta est peccatũ in anima, quinta, pra
uus habitus in membris, quæ debent eradicari. Nunc
aduerte causas, prima, quia non erat utilis, nec sibi per
bonos flores s. puritates internas. Nec proximo per bo-
8. causæ quare plãta eradicatur. num exemplum, nã ideo perhibetur acerbus ad mandu
candum, nec Deo per bonum opus erat utilis planta il-
la. Secunda ratio, quia erat adulterina, ubi nota, quod in
domo

domo tua plantatio adulterina dicitur ſpurius, qui habitus eſt in uxore tua, Anima; Chriſti ſponſa eſt, in qua dæmon ueluti filium habet opus paruum, ſed multæ fœminæ ſe dicunt uim paſſas, & ſic animæ adulteræ ſe putant compelli a dæmonibus ut male agant, pro quo aduerte quòd Deus iuſſit in lege adulteram iudicari, quæ (ſi eſſet in parte qua poſſet audiri) non clamaret contra inuaſorem corrumpentem. Nunc puellæ ſe ultro dant, ideo inuaſore non eſt opus. De anima uero dicitur. Iuxta me ſuſcepiſti adulterum, diſco operuiſti nuditatem tuam. Iuxta me (inquit) uolens innuere quòd ſi clamares, te quidem ab oppreſſione liberaret, ſicut illum qui dixit. Domine, uim patior, reſponde pro me. Ex hoc ſequitur, quod ad euitandũ peccati adulterium, maxime prodeſt oratio. Tertia rõ eradicationis, eſt mala multiplicatio, q̃a multigena eſt plãta mala, nam peccator plures uias hẽt malitiæ ſuæ necuni ſufficit malitia una: uni non ſufficit auaritia, niſi habeat luxuriam &c. Animalia nociua plures edunt fœtus quem utilia, ſicut lupa quæ aliquando parit ſeptem, aliquando autem. 8. ouis uero nũquam niſi unũ aut raro duos, & ſic mali habent plures uias eundi ad infernum, quam boni eundi ad cœlum. Exemplum eſt in ſagittario, qui non niſi una uia poteſt ſignũ præ oſtenſum infigere, ſcilicet uia directa, ut autem deuiet, infinitæ ſunt uitæ, quia per quacunque aliam partem deuiabit. Sed ergo dicitur, uæ ingredienti terram duabus uiis, dicam ego. Væ ad infernum eunti pluribus præcipitis. Væ igitur plantæ, cui omia mala inſeruntur. Quarta ratio, quia non dat radices altas. Poterat quippe dicere profundas, ut ſcilicet ad humorẽ mitteret radices ſuas. Sed ſubtiliter locutus eſt Sapiens & ſapienter, nam homo eſt arbor, ſed euerſa, habẽs radices ſuperius, unde os hominis, quod eſt ſupra, habet locum radicis, quæ à Plinio dicitur os arboris, unde radices hominis (poſtquam eſt arbor euerſa) deberent ſuperius ꝓtendi & exaltari, ſi quæ ſurſum ſunt quæreret, quæ ſurſum

Deu. 22.

ſum ſunt ſaperet. Mali autem, quia radices eorum fixæ ſunt inferius in hoc mundo, non poſſunt habere ſtabile firmamētum, nam ex eo quod radices cuiuſuis arboris (ſecundum quod dicit Philoſoph. in lib. de uegetabil. & plantis) formantur in terra ſibi non proportionata, nō poteſt diu uiuere nec fructificare. Vnde ait Dioſco. quòd quædam ſpecies balſami naſcitur apud Babyloniam quæ ibi fructificat propter ſibi aptam terræ proportionem, ſi autem alibi tranſplantaretur, nec flores nec fructuum faceret. Sic ergo quando quis ponit radicem intentionis ſuæ in mundo, ſtabilit, ac plantat ſe in terra non ſibi apta, quapropter non ualebit diu ſtare: ſecus autem ſi eam ponit in Deo ſalutari ſuo, apud quem non eſt tranſmutatio. Quinta rō euulſionis eſt dilatatio radicum & ramorum, nam teſte Philoſop. in li. de uegetabilib. & plantis, arbor quæ non habet profundas radices, uel ſi eas habet dilatatas prope ſuperficiem terræ & non profundantur, non poteſt diu permanere quin moriatur vel ſubuertatur. ſic homo, licet habeat plures cōſanguineos & nepotes, dato ēt quod ſit plurimum dilatatus in temporalibus, & poſſeſſio eius creuerit in terra, quia in ramis fauoris ſui nimium uentum ſuperbiæ colligit, & non eſt radicatus in humilitate, ideo non diu

Eſa. 64. ſtabit: nam ſimilis peccatores dicunt. Cecidimus quaſi folium uniuerſi, iniquitates noſtræ quaſi uētus abſtulerunt nos. Sexta rō, euulſionis plantæ eſt qui ramos hēt inconſummatos. Multiplex eſt conſummatio. ſ. ſufficiētiæ, vt ibi: Conſummatus in breui, expleuit tēpora multa. Perfectionis, ut ibi: Omnis cōſummationis uidi finē, impletionis ut ibi: Conſummabo ſuper domū Iſrael, & ſuper domū Iuda teſtm̄ nouum. Beatitudinis, vt ibi. Mēſuram bonam & confertā, coagitatā &c. Præceptorū vt ibi, Non ueni ſoluere legē, ſed adimplere. Meritorum, Qui diligit proximum ſuum, legem impleuit, promiſſorum erit Deus omnia in omnibus: præmiorum, hæc denique eſt uita æterna ut cognoſcant te &c. Nullā iſtarū conſummationem habent rami, id eſt, opera malorum

Margin: Conſummati uaria eſt. Roma. 3.

Margin: Acerbitas conſcientiæ mala eſt.

quoniam

quoniam de quolibet eorum di. Hic uir cœpit ædificare,& non potuit consummare,Septima ratio,euulsę plã tationis est, fructus acerbitas. Cum non habeat amaritudinem conuersatio nostri hortulani Iesu,nõ uult fructus acerbos, quia cum in cruce gustasset acetũ noluit bibere. nec uult vt amici sui habeant spiritum tristem, sed deuotum, quia eis dic. Nolite contristare spiritum sanctum. Acerbitas ita stupidos facit dentes, ut post comestionem acerbi,dentes comedentium stupescant nec velint aliud comedere. Quando Christus gustat acerbitatem conscientiæ nostræ, quæ nec nobis nec illi reddit bonum testimonium, renuit aliud comedere, totũ reliquum damnat, & propter solam malam conscientiam totam animam condemnat, totam plantam comburit. Octaua ratio euulsionis, est nulla aptitudo,unde finaliter dixit Sapiens ad nihilum apti. Nec planta,nec rami, nec folia, nec flores, nec fructus apti sunt ad aliquid,quoniam de ligno ac trunco huius plantæ quærit propheta. Ecce igni datum est in escam, utrãque partem eius consumpsit ignis,& medietas eius redacta est in fauillam, nunquid utile erit ad opus? Etiam cum esset integrum non erat aptum ad opus,quanto magis cum ignis illud deuorauerit? Partes peccatoris sunt corpus & anima, utramque comburit ignis concupiscẽtię. Corpus redditur in fauillam, quando consumit peccator substantiam suam uiuendo luxuriose. Si ergo quæris cur omnis plantatio,quam pater non plantauit,eradicanda uenit,perpende causas enarratas, & repete originale Sapientis,aptans singulas causas singulis particulis. Et cum sententia thematis generalis appareat,oportet ut perlustres hortulum conscientiæ tuæ, ut oculatissimus explorator perquirẽs an ibi sit aliqua syluestris planta aliquodve peccatum, aliquod odium siue rancor. Nescio equidem quale poterit manere cor, ex quo tot sanguines peccatorum quot enumeraui, exeunt scilicet cogitationes malæ, adulteria &c. Vtinam exemplo beati Iob saniem cordis tui testa pœnitentiæ raderes,

Ezec. 15

Cor scrutandum.

res, imò euelleres ab eo plantas, quæ fructum afferunt mortiferum. Euelleres inquam, quia non sufficit quòd securis ad radicem ponatur & scindatur. Capilli Sampsonis abscissi sunt, sed quia radices intus manserunt postea se & alios interfecit, quod eueniat tibi nisi usus Christi consilio eradices per contritionem, & extra hortum conscientiæ proiicias per confessionem & in igni iacias per satisfactionem, alioquin pullulabunt in hortulo tuo, sicut nouellæ plātationes malæ, nisi etiam studiose omnes radices occasionum perquiras atque destruas, dissipesque, ut plantes in te arborem uitę Dominum Iesum qui ait: Omnis plantatio quam &c. Et uoluit innuere Aposto. quòd ab hortulo scripturæ sacræ uolebat eradicare traditiones pharisæorum & mādata hominum, quæ ut Christus asserit in Euangelio, irrita faciunt præcepta Dei, quia ideo interrogat eos dicens. Quare & uos transgredimini mandatum Dei propter traditionem uestram? Hæ traditiones sunt plantę per pharisæos plantatæ, hortum scripturæ occupantes, & quia filio Dei datus est, vult illum emundare a plantis humanis, vt ibi solummodo sint plantæ diuinæ & per consequens diuini fructus. Prohibet enim Deus ne ager diuerso semine occupetur, nec enim decet ut hortus regius. Assueri adulterinas contineat plantationes cum scriptū sit, quod erat manu regia cōsitus Hūc hortū scripturæ platauit pater, cuius manus regia est filius hic poterit noua ueteribus inserere adimplens legē, uetera mutilare, noua eis aptare, ut possit dicere: Accipite uerbum insitum, quod potest saluare animas vestras. Verba hominum & eorum traditiones animas non possunt saluare, ideoque eradicanda ueniunt per eum, qui Euangelium inseruit in ueterem legem, ut esset rota in medio rotæ. Insertum & si uim accipiat a trunco, non affert fructum radicis, sed suum proprium. Sic Euangelium, si uim authenticam habeat a lege, vbi figuratur, non tamen præ se fert fructum legis opera, nec cerimonias eius,

Plātatio eradicanda est traditio humana.

sed

ſed ſpiritum: quia lex ſpiritualis (inquit Paulus) eſt: & maxime nunc per Euangelium, quod pręſtat nobis gratiam in præſenti, & gloriam in futuro, quã mihi & uobis præſtet Ieſus, Amen.

Lex non eradicatur.

Feriæ quintæ tertiæ dominicæ quadrageſimæ, Euangelium.

IN illo tempore. Surgens Ieſus de Synagoga, introiuit in domum Simeonis. &c.

Sermo quadrageſimus ſecundus.

THEMA.

Tenebatur magnis febribus. Luc. 4.

Inuocatio, qua oſtẽditur penuria gratiæ, quam Maria ſupplet.

QVanuis febris totum corpus occupet, præcipue tamen ſentitur in lingua: quoniam diues ille qui febribus infernatibus tenebatur, dixit: Pater Abrahã mitte Lazarum cum gutta aquę vt refrigeret linguã meã: quia crucior in hac flamma. Totus cruciabatur, & linguæ refrigerium efflagitabat. Quin in febre corporali magis ſentitur penuria linguæ, quam alterius membri quapropter medici iubent fieri primo lingua radenda, & humore fouenda inſtrumẽtum humidum, & adhuc tanta eſt neceſſitas fouendi & prouidendi linguam, ꝙ Sapiens dicat, Mors & vita in manibus linguæ. Lingua eccleſiæ prædicator eſt, de quo ipſe Deus ait: Adhæreat lingua mea faucibus meis, ſi non meminero tui. Quando Deus non mittit linguam ſuã. i. bonum prædicatorem Eccleſiæ ſuę, tunc uidetur eam obliuioni tradidiſſe. Attamen uolens eam a uitiis eripere, dicit: In trecentis uiris qui lingua & manu lambuerunt aquas, liberabo uos. Plures erant cum Gedeone qui putabant libe-

Prædicator eſt lingua. eccleſiæ. Pſalmus. Iudic. 7.

rare Iſrael de manu Madian, tamen ſoli manu & lingua lambentes aquam obtinuerunt uictoriã quia quãdo prædicator iungit manum & linguam, ſcilicet operationem & prædicationem, tunc ſane fructificat, tunc obtinet uictoriam Iſrael, & in iſtis & nõ in aliis liberat Deus populum ſuum Increuerunt nanque hodie uerbi Dei precones, tamen omnes præter illos quos diximus ſunt adulterantes uerbum Dei, habentes illud tantum in ore, cum prius illud manu deberent accipere, nam ſignum eſt magnę infirmitatis atque debilitatis maximę ſi febricitans non accipit vas aquæ manu propria, ſi bibit manu aliena, ſi ipſe non habet uirtutem accipiendi & quærendi aquam ſibi, ſed ꝙ per manum alterius debeat ſibi porrigi. Vt uerum dicam uobis fratres ex his ſum ego, quoniam manu alterius & non mea poſſum accipere potum gratiæ, ut uobis etiam febricitantibus illum exhibeam, Sed quæ manus decentius poterit nobis aquam gratiæ præſtare, quam manus Marię? Si digitus Lazari ſtillare poterat cruciato refrigerium, ita vt inter flammas mitigaret ardorem, quid poterit nobis præſtare manus uirginea? Ei ſane dicimus: Aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate. Omnia inquit, & populus & prædicator, quanuis mali ſimus, bonitate Mariæ adimplebimur; ſi ei humiliati offeramus: Aue Maria.

Boni prius manu prædicant.

Argumentum dicendorum vbi literaliter exponitur Euangelium.

DOminus Ieſus velut gratias referens electis dicturus eſt eis coram omnibus in iudicio uniuerſali; Infirmus erã, & uiſitaſtis me, ut autẽ ad hoc miſericordiæ opus nos alliciat, ſuo cunctos hortatur exemplo, maxime hodie præſenti Euang. ubi refertur, quòd poſtquam mira gloria & prodigiis refulſit Ieſus in templo Dei dignatus eſt in domum cuiuſdam infirmę deſcendere, quæ tenebatur magis febribus, propter quas

Matt. 25.

Ieſus uiſitat infirmos.

ad pie-

ad pietatem moti astantes, rogauerunt medicum uitæ vt sanaret eam, qui familiariter stans super febricitantē non fugiens immundū vaporē sanauit eam, ita perfectè vt hospitibus sanctis illico ministraret. Quin & hæc fœmina experta salutare Dei, totius loci uocauit infirmos di. Venite ad salutem quæ est in domo mea. Cùm autē (inquit Luc.) occidisset sol, omnes qui habebat infirmos, ducebant eos ad Iesum qui omnes sanabat, etiam dæmoniacos tam strenue ut mirarentur dæmonia, eūque faterentur filium Dei. Deniq. transacta nocte iter arripuit ad locum deserti, ut turbas irruentes declinaret, quæ perquirentes eum detinebāt Iesum ne esset lōge a peccatoribus salus. Ille autem monuit eos, ne detinerent salutem qua & alię ciuitates indigebant, quibus eum oportebat prædicare regnum Dei, sine quo dici poterat de qualibet earū, Tenebatur magnis febribus. In toto sermone mystice ac moraliter pariter exponam Euang.

Incipit homelia.

VT ex corporalibus ad spiritualia me transferā, aduertendū est quod quemadmodū per motus corporis perpenditur uis animę intus latens, sic p corporalia, quæ gessit in corpore dominus, spiritualia quę inuisibiliter facit, nobis ingerit, quæ grauiora sunt ac perinde salute indigent maiori, vnde Ambro. ait: Vehementior est animi quàm corporis febris. & ideo pro animi voluptate corporis salus plerunque contemnitur, nec a periculis abstinetur. Sicut inter corporeas febres altera est altera maior, sicut inter febres animi disparilitas inuenitur. Medici non tantum attendunt feruorem, atque extensionem febris, quantum eius intensionē, nam est aliqua febris quæ ossibus latet, & extra parum deprehenditur, quæ quando est continua nimis timetur & magna iudicatur, quamuis non uideātur magna. Sic est circa spiritum nostrum, nam spiritua-

maior est febris amoris quam caloris.

lis febris multiplex est quoniam Ambro. ait. Nec mi- noiem febrem amoris esse dixerim quam caloris. Itaque illa animum febris, hæc autem corpus inflammat. Febris enim nostra auaritia est febris nostra libido est, eo quod ignitæ sint cupiditates. Vnde & Apost. ait: Si non se continent, nubant. Melius est enim nubere quàm uri. Febris nostra luxuria est, febris nostra ambitio est, febris nostra iracundia est. Quæ licet corporis vitia sint, ignem tamen ossibus implicant, mentem, animum, sensumque pertentant: Præter has febres, quas enumerauit Ambrosius, est alia non simplex, sed multiplex, non parua sed magna, tamen latitat in ossibus meis & uix deprehenditur tamen a solicitis medicis animæ cognoscitur. Et nihilominus disertissimus quisque animæ suæ solicitus explorator sentiet in se quendam ardorem, etiam dum est in statu gratiæ, qui aliquando in concupiscentiam exardescit, ac si vellet comburere syluam corporis nostri. Nec enim poterit homo abscondere ignem malæ cupiditatis in sinu suo, quin aliquando per cõsensum uestimenta animæ ardeant & comburantur. Nam igniculus iste carnalis concupiscentiæ per omnes sensus erumpit, ideoque uocatur magna febris & uaria: de qua perhibent verba thematis. Tenebatur magnis frebribus. Hæc mulier, fratres, mei natura humana est infirma peccato quæ adhuc virget in nobis. Eua ipsa est cuius uestigium manet in homine. Nam & si hęc mulier febricitans erat socrus Petri, nihilominus figuram tenet primæ mulieris, quę fuit cunctorum uiuentium mater, quę & mater Ecclesię diceretur (si non peccasset) quam Petrus accipit vxorẽ (defuncto fratre suo) vt suscitaret ei semen. Et iure non fit mentio in Euang. de marito mulieris febricitantis, quoniam Eua cibo uetito interfecit uirum suum, qui non minori febre tenebatur. Est ergo socrus Simonis natuta humana, cuius filiam, scilicet animarum cœtum Petrus duxit, qui non accepit. Ecclesiam triumphantem, sed militantem.

Febris animæ uariæ est.

1. Cor. 7.

tem. Illa ex angelis & hominibus constat, ista vero tantum ex animabus humanis. Hæc ergo mulier febricitans figuram tenet Euæ & naturæ humanæ,& synagogæ, & carnis nostræ & quælibet istarum est socrus Simonis: nam Simon duxit Ecclesiam, quæ secundum carnem est filia Euæ,& filia naturæ humanæ,& filia synagogæ: imò si petrus est animarum sponsus, caro nostra est socrus eius, quæ adhuc tenetur magnis febribus, id est, magnis concupiscentiis tam ardentioribus, ut nec aqua baptismi possint hæ febres extingui: unde Aug. de nup. & concupiscentia ad Vale. lib. 1. cap. 25. ait: Si autem quæritur quomodo ista concupiscentia carnis maneat in regenerato in quo vniuersorum facta est peccatorum remissio. quandoquidem per ipsam seminatur, cum ipsa carnalis gignitur proles etiā baptizati, aut certe si in parēte baptizato pōt esse peccatū & nō esse cur in eius prole peccatū sit? Ad hoc r̄ndetur, dimitti cōcupiscētiā carnis in baptismo, nō ut non sit, sed vt in peccatū nō imputetur: q̄uis aūt reatu suo iā soluto: manet tamen donec sanetur omnis infirmitas nostra, proficiente renouatione interioris hominis de die in diem, cum exterior induerit incorruptionem, cuius vitiosis desideriis ad illicita perpetranda non obedire præcipimur, ne regnet peccatum in mortali corpore nostro.

Fomes peccati manet baptismo

Bernard. autem sermone in cœna Domini sic ait. Sed forte quærat aliquis & dicat. Si deletum est in baptismo quod contraximus à parentibus, cur adhuc manet cupiditatis fomes, & velut incentiuum quoddam peccati? Nec enim dubium quin a primis parētibus in nos traducta sit lex. Omnes siquidem in peccatrice volupta te generamur, propterea licet inuiti illicitos quosdam motus concupiscentiarum, & tanquam bestiales sentimus. Dixi vobis sæpius nec mente excidere debet, quoniam in casu primi hominis cecidimus omnes. Cecidimus autem super aceruum sapidum, & in lutum: vnde non solum iniquinati, sed etiam vulnerati & grauiter quassati sumus. Lauari siquidem cito possumus, ad sanā

dum vero opus est curatione multa. Ecce igitur fratres quomodo natura nostra & caro nostra tenetur magnis febribus concupiscentiarum, ita vt synagogam peccantium inueniamus in membris nostris, de quibus valemus di. Exarsit ignis in synagoga eorum, flamma combussit peccatores. Quando ignis concupiscentiæ exardescit, peccatores comburit non iustos, quia iusti sunt tantum patientes,& velut martyres proiecti in incendium absque consensu dicunt Deo? Igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. Peccatores autem seipsos dant flammis addentes præuaricationem, omnimodam occasionem augendi ipsam concupiscentiam vt non sit in aptitudine, sed in actu, non solum sit in actu primo, sed in actu secundo. Si quidem recte addidit Psalmogr. Et flamma combussit peccatores, ignis est cōcupiscentia, flamma est actus ad quem reducitur plus nocet flamma quam ignis.

Psal.105.

Eua ĩ nobis uiuit.

Eccle.25.

Hoc totum prouenit a socro Simonis, quę adhuc in nobis tenetur magnis febribus: hæc socrus Simonis est Eua de qua per Sapientem dicitur. A muliere initium factum est peccati, & per illam omnes morimur. Eua ad huc manet in carne nostra per concupiscentiam: de qua immediate subiunxit Sapiens. Non des aquæ tuæ exitum, nec modicum, nec mulieri, neq; veniam prodeundi. Si non ambulauerit ad manum tuam, confundet te in conspectu inimicorum. A carnibus tuis abscinde illam, ne semper te abutatur. Ecce quomodo concupiscentia quam Eua incepit, abutitur carnibus nostris, sicut carnibus bestiarũ, & sicut Eua est abusa viro suo. Hæc socrus confundet nos coram inimicis, coram dæmonibus, quibus assentit, qui adhuc sunt ex parte eius sicut in Paradiso terrestri, quãdo propter esum fructuũ quos ei dæmones dederunt, ægrotare cœpit febri maxima cuius ardoribus tenemur & nos. Vnde etiã de quolibet nostro dicamus uerba thematis, Tenebatur magnis febribus. Oportet igitur medicum uocare non particularem, sed vniuersalem, quia hoc est cõmune malum.

lum quo tota humana laborat natura: ideo medicus vocandus est, cuius peritia à fine vsq; ad finem attingat de isto autē generali medico sequitur in Euangelio Et rogauerunt eum pro illa. Primo generali malo & generaliter, & generalem medicum oportet inuenire quoniam omnis creatura ingemiscit: vnde omnes iam diu rogauerunt filium Dei ut veniret ad salutem populi sui & prestaret sanitatem. Hanc rogationem incepit magnus propheta & patriarcha, de quo dicitur: Clamauitque Moyses ad Dominum dicens: Deus obsecro sana eam. Obsecro Domine mi, ne imponas nobis hoc peccatum quod stulte cōmisimus, ne fiat hæc quasi mortua, & vt abortiuum quod proiicitur de vulua matris suæ. Ecce enim iam dimidium carnis eius deuoratum est. Hanc rogationem fecerunt Moyses, & Aaron sacerdotes pro Maria prophetissa sorore sua omnium mulierū ductrice, quæ pariter mulieris primæ figuram tenuit: Nam Eua est quasi mortua dum sententiam mortis incurrit, & nos abortiui sumus, qui de vulua Euæ proiicimur in febrem peccati, quę dimidium carnis nostrę deuorat, quia primum motum qui non est in nostra potestate insurgere facit. Sensualitas quæ est Eua primum motum habet, qui in baptizatis non est peccatum nisi accedat secundus per consensum: quem vt Deus auertat scribitur in præsenti Euangelio: Surgens autem Iesus de Synagoga introiuit in domum Simonis. Hic aduerte quod etiam cœlum dicitur Synagoga: quoniam Psalmographus ait Deus stetit in Synagoga deorū, in medio autem Deos diiudicat, id est angelos: separans lucem à tenebris. Ille igitur, qui stat in cœlo, dicitur surgere ad negotia humana, sed mirum est vt qui stat surgat, aduerte tamen quod Deus dicitur stare dum iudicat, secundum illud. Stat ad iudicandum Dominus, stat ad iudicandum populos. Dum autem miseretur ad maiora surgit, quoniam misericordia eius super omnia opera eius. Surgit ergo Deus postquam angelos iudicauit, & venit vt misereatur nostri, vnde recte dicitur,

Textus. Num. 12. Exod. 15. Textus. Psal. 87. Indicat stās Deus & miseretur eleuatus.

Surgens autem Iesus de Synagoga id est, à iudicio quo angelos iudicauit,introiuit in domum Simonis, vt misereretur totius domus.Simon interpretatur obediens domus huius est natura humana,quæ sub Dei obedientia constituta est. Hanc intrauit Deus, quãdo Decreuit miserere nostri:nec enim venit vt iudicet mundum:sed vt saluetur mundus per ipsum . Dum Deus miseretur, oportet quod ingrediatur domũ obedientiæ nostræ:nam dum iudicat , nos obedimus ei:sed dum miseretur, ipse obedit uoluntati nostræ, quæ est ut sanet nos febricitantes:unde sequitur in Euangelio : Stans super illam imperauit febri , & dimisit illam . Hic aduerte quod neminem sanat Deus,nisi stet super eum i.nisi timentem se. Super eum namque stat Dominus qui timet eum: quia propheta dicit : Vobis timentibus nomen meum orietur sol iustitię , & sanitas in pennis eius. Fœlix ille super quem Dominus stat qui sub vmbra illius viuit inter gentes,qui sub vmbra alarum eius sperat:quia non potest stare super nos,quin præstet nobis magnũ auxilium, quoniam statim quod Propheta dixit. Super te autem orietur Dominus subiunxit , & gloria eius in te videbitur. Væ autem superbis filium Dei conculcantibus, sub se namque habent Deum non super se, cum ipse sit corona nostra & protectio adhærentium sibi. Ille igitur habet Christum super se , qui Deum super omnia diligit. Super se habuit Deum illa mulier quæ dixit. Magnificat anima mea Dominum & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.Quia respexit humilitatẽ ancillæ suæ.ecce enim &c. Tria Dominus fecisse legitur,quando sanauit socrum Simonis. Primum stetit super illam, secundo autẽ imperauit febri, tertio tenuit manum eius, vt refert Matth. Hæc tria fecit filius Dei, quãdo carnem nostrã sibi vniuit, quia primo fecit eam vehiculum suum , & stetit super eam velut super equum suum,qui de sella regis erat,secundo,consequẽter imperauit febri , ne scilicet ulla intemperies, aut vestigium peccati posset inueniri apud eum,qui nõ habitat

Obedientiæ paret Deus.

Textus.

Mala. 4.

Stat Dominus super nos.

Matth. 8.

bitat in corpore ſubdito peccatis. Tertio, tetigit manum eius, eam in ſponſam ſibi aſſumens gratiſſimam. Dum ergo audis. Verbum caro factum eſt, illa tria debes intelligere ac perinde in iuſtificatione noſtra alia tria his conſentanea. Stat pater ſuper iuſtificandum, quando ei timorem ſuum ingerit, ſanat cum filius per ſui meriti applicationem, tenet manum eius ſpiritus ſanctus per gratiæ infuſionem, ad quam requiritur concurſus liberi arbitrii noſtri, quod negant hæretici, tamen DOM. Auguſtinus dicit. Qui creauit te ſine te, non ſaluabit te ſine te. Hæc tria poterunt ſoli Chriſto aptari, nam ille ſtat ſuper nos, & imperat febribus, & tenet quoque manum noſtram, quæ tria neceſſaria ſunt nobis, quia oportet ire viam trium dierum ad immolandum DEO noſtro, quoniam teſte Iob Dominus operatur tribus vicibus per ſingulos iuſtificandos, ut reuocet animas eorum a corruptione.

Tria ſunt in incarnatione, & in noſtra iuſtificatione

Ternariū pœnitentiæ.

Igitur tempore iſto ſtat Chriſtus ſuper nos, vt conteramur dolentes, quia peccauimus ei, nam nulli alio debet Chriſtianus conterere cor ſuum, niſi Chriſto, cuius ictus admodum ſanabiles ſunt, & dū ferit medetur ſicut bonus medicus, qui educit ſanguinē ad ſalutem. Secundo imperat febribus quādo confeſſiioni nos aptat, vbi peccata relinquunt nos, nam teſte Greg. quādo Chriſtus imperauit Lazaro dicens: Lazare veni foras a peccatore confeſſionem requirebat, per quam exit febris ad os, nam ſignum eſt aduentantis ſalutis, quando in labiis apparet calor, qui latebat intus. Tunc ſiquidem appropinquat ſanitas, & poterimus eſſe in pace conſcīæ ſecuri, dum Aegyptii ad litus oris egrediuntur mortui, quia mare contritionis, & mare rubrum ſanguinis Chriſti cecidit ſuper eos. Heretici abſcondentes quaſi homines peccatum ſuum iuſtificari ſe putant, cū ſcriptū ſit. Dic tu prior iniquitates tuas ut iuſtificeris. Tertium ſcilicet tenuit manum eius fit in ſatisfactione qua manū noſtram quærit Chriſtus, quia in hoc negotio tertio nō ſufficiunt os & cor, niſi manū addas opere

Exod. 3.

ſatiſ-

Iob.2. satisfaciendo, vnde ait Iob, Si iniquitatem quæ est in manu tua abstuleris a te, & non manserit in tabernaculo tuo iniustitia, tunc leuare poteris faciem tuam absque macula, stabilis eris, & non timebis. Iniquitas est in manu, quando satisfactio non est in opere, quando manus est collecta, quando est arida, quando non mandat satisfactionem debitam defraudato. Sicut Zacheus, & ille qui dicebat, In die tribulationis meæ Deũ exquisiui manibus meis, nocte contra eum & nõ sum deceptus. Tribulatio nostra est pœnitentia voluntaria, qua etiam cor tribulatur. Hæc tribulatio debet assumi in die gratiæ, tamen quia homo se debet peccatorem iudicare, additur, nocte contra eum scilicet stabam quasi luctans secrete cum Deo, & non sum deceptus propterea quod manibus meis deum exquirebam opere satisfaciendo, nam qui ad satisfactionem nõ perueniunt decipiunt semetipsos in pœnitentia sua; sicut illi qui præ angustia spiritus gemẽtes confitentur altã voce in inferno peccata sua, tamen quamuis conteratur & confiteantur, indulgentiam non consequuntur, quia satisfacere non possunt, propterea quod nulla habent super erogationis opera gratuita, quæ manui in operationi Christi possint iungere, nam parum potest manus nostra facere nisi adiungatur manui eius. Parum põt manus sinistra per se, nisi per dexteram sit adiuta, & sic opus nostrum per se sinistrum est, tamẽ dexterum fiet si Christi operibus adiungatur; vnde propterea sequitur in Euang. pręsenti. Et continuo surgẽs ministrabat illis. Ante incarnationem quippe natura humana iacebat, terræ adhærebat formicis inferior; quod gemens Psalmographus ait, Quoniam humiliata est in puluere aĩa nostra, conglutinatus est in terra vẽter noster, exurge Domine adiuua nos, & redime nos ꝑꝑ nomen tuũ. Ex ardore febris peccati caro ita siccatur & alienatur à gratia, vt in pulueres cogitationum diuisa sit, in qua humiliatur aĩa, dum puluere distractionis cæcatur. Vẽter noster est Eua terræ cõglutinata quoniã adhuc manẽt

Psal.76. (margin)

Text. Psa.43. (margin)

Cõfusio humanæ naturæ. (margin)

in nobis terrena tantum sapit, quia non scit bonum & malum hæc mulier, sed solummodo malum. Concupiscentia est Eua & est socrus Simonis, & est uenter noster qui terræ conglutinatur, dum ita terrę nos concipit nos ac si solum terreni essemus, nam pro glutinunt peccati ēt adhæsit pauimento non solum caro, sed aīa mea. Tamen dum filius Dei stetit super hāc mulierem per incarnationem, ita conglutinauit eam sibi glutino unionis hypostatice, quod non solum eam sed omnem domum Israel dicat sibi conglutinasse. Iam ergo mulier quæ terræ conglutinabatur, cœlo deoque conglutinatur, ideoq; dicitur surrexisse per omnimodam gratiā Sed quia nunquam est suæ humilitatis oblita, ministrabat illis. Christi humanitas fratres mei ministrat nobis & illa quę in terra deiectionis nostræ iacens multis indigebat seruitiis, iam eleuata & vnita Deo etiam angelis administrabat gloriam, prius tamen. 33. annis viuēs inter nos ministrauit contribulibus suis oīa necessaria, quoniā & si post baptismum adhuc remanet fomes & igniculus aut febris peccati ī carne nostra; iō alia sacramenta viuens Iesus instituit ad reprimendum hunc tyrannum carnis humanæ, propter quem totaliter contendum Dominus Iesus laborauit vsque ad mortem suam, de qua sequitur in præsenti euang. Cum autem sol occidisset, omnes qui habebant infirmos variis langoribus, ducebant illos ad eum, & manibus impositis curabat eos. Iste est sol de quo antea dixerat. Timentibus nomen meum orietur sol iustitiæ, qui & per suam mortem nos uult iustificare, imo plures moriens sanauit quam viuens, quia nulla est infirmitas quæ nō curetur in cruce, quoniam ibi pręsertim & decentius quam alibi, liuore eius sanati sumus. Nam non solum flores & fructus, sed folia crucis sunt ad sanitatem gentium. Ibi singulis manus imponit, quia omnibus dat remedia singularis subuentionis, & nō solum, qui passi sūt morsus sepentium sanantur in crucis aspectu contemplando crucifixum, sed etiam ipsi serpentes castigantur,

Exaltatiō humanæ naturæ.

Text.

Crux oēs curat.

quia

quia ideo sequitur in Euangelio prǽsenti. Exibant autem dæmonia à multis clamantia & dicentia, Quia tu es filius Dei. Et increpans non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum. Facta autem die egressus ibat in desertum locum, & turbæ requirebant &c. Dæmones quanuis veritatem prędicabant prohibuit Christus, quia solent falsa veris afferre mixta, in hoc docet ecclesiam ne hæreticos prædicare sinat, quia semper arant in boue & asino, & in eodem agro diuersum spargunt semen. Secundum ea quæ diximus ait Beda. Solis namque occubitus passionem mortemque illius significat, qui dixit. Quamdiu sum in mundo lux sum mundi. Et soli occidente plures dæmoniaci quam ante, & plures sanantur ægroti, quia temporaliter in carne viuens paucos Iudæorum docuit calcato regno mortis, omnibus per orbem gentibus fidei salutisque dona transmisit. Cuius ministris quasi vitæ lucisque præconibus. Psalmista canit, Iter facit ei qui ascendit super occasum. Super occasum quippe Dominus ascendit, quia vnde in passione occubuit inde maiorem suam gloriam resurgendo manifestauit, de qua sequitur in præsenti Euangelio. Facta autem die, egressus ibat in desertum locum. Dies ista fratres qua sol iustitiæ ad locum suum reuertitur, resurrectio Domini est, de qua per Psalmistam dicitur, Hæc dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea Christi absentiam fecit noctem passionis, eius præsentia fecit diē resurrectionis. Et sicut in nocte flendum, sic in die gaudendum ipsa ratio dictat, quoniam sicut ad vesperum mortis demoratur fletus, sic oportet ad matutinum resurrectionis demorari lætitiam. Sed vt perpendas in quod desertum Dominus abiit, post resurrectionem, aduerte, quod prout ad præsens attinet triplex est desertum scilicet ecclesia & gentilitas & cœlum empyreum. Ecclesia maxime in passione Domini desertum erat, quod vix a beata virgine colebatur, quoniam ei dicitur, Quæ est ista quæ ascendit per deser-

Hæretici non prædicent. *Ioan. 9.* *Psal. 67.* *Text.* *Triplex ē desertū.*

desertum sicut uirgula sumi? intus cremebatur Maria, & sumus orationis suæ ascendebat etiam ad patrem luminum: qui angelos mirantes introduxit. ut dicerent, Quæ est ista quæ ascendit scilicet quando Petrus & alii ciderunt in porta passionis. Ad hanc desertum reuersus est Dominus Dei resurrectionis, de quo prædixerat sanctus Dauid. Pinguescent speciosa deserti, & exultatione colles accingetur. Speciosa huius deserti sunt Apostoli, qui attenuati fuerant ita vt dicerent, Cecidimus quasi tolium uniuersi. Tempore autem resurrectionis fiunt pingues, ita ut fere nõ minus videantur ipsi suscitati quam Christus. Nec mirum quod pingues fiant fruentes præsentia saluatoris in quem desiderant angeli prospicere, De hoc igitur deserto, quod est ecclesia dicitur, Facta autem die scilicet resurrectionis egressus Iesus uidelicet a sepulchro ibat in desertum locum per dies quadraginta apparẽs eis, & loquens de regno Dei. Secundum desertum est gentilitas ab agnitione Dei, & cultura fidei deserta. Dominus tamen hoc desertum populo fideli adimplere decreuerat, quando adhuc uiuens eius uox lõge audita erat tanquam concutientis desertum, & commouit Dominus desertum Cades, quia multi ex gentilibus ante passionem uenerant ad Christum, in quorum uno inuenit plus fidei quam in Israel. Quin & in passione sua uenit per fidem ad Christum Centurio quando Deum glorificans dixit, Vere filius Dei erat iste. Vt ergo essent plures filii desertæ, magis q̃ eius qui habebat virum, decreuit Christus ire per suos ad populum gentilem qñ eis dixit. Ite in omnes gentes prædicate euangelium omni creaturæ, In deserto populo gẽtium uoluit plantari per suos euangelium, ut ibi pullularet, & faceret filios regni. De hoc ergo deserto dicitur. Facta autem die scilicet resurrectionis egressus Iesus. s. a Iudęa ibat in suis ad desertum locum s. gentium, ut ibi multum afferret fructum. Tertium desertum est cœlum empyreum, quo bonus ille pastor dimi-

Nota de resurrectione.

dimiserat nonagintanouem oues. Hoc cœlum deser-
erat ab illis angelis quorum non est inuentus locus am-
plius in cœlo, quia irrecuperabiliter ceciderūt, nec spes
redeundi est illis. Vt horum impleret ruinas minabat
gregem ad interiora deserti in monte Oreb, vbi Domi-
nus locutus est Moysi, quando ei apparuit in flamma
ignis, & eum fecit doctorem populi. Facta igitur die
ascensionis egressus Iesus a Ierusalem iba per aera in
desertum locum cœli, ad quem minabat bonus pastor
gregem suum, quem a limbo eduxerat, vbi tot annis de-
tentus fuerat, donec ille solueret damna ligni uetiti,
quod grex comederat pascens alienum. Sed iam uere
liberi sunt a filio Dei liberati, ut libere poscent ascende-
re ad ouilæ gloriæ, de quo sponsa quærebat dicens. In-
dica mihi ubi pascas, ubi cubes in meridiem. In vmbra
mortis grex manserat in limbo detentus, tamē iam bo-
nus pastor peractis tot laboribus minabat gregē ad in-
teriora deserti, ubi nō est qui exterreat. Vbi fluenta ple-
nissima, ubi florum pulchritudo, ubi prati amœnitas, v-
bi & aliæ oues huius pastoris expectantes erant illum,
qui nonagintanouem relictis abierat ad quęrendum il-
lam, quę perierat. Iam in humeris suis gaudens affert
centesimam ouem cum agnis nouellis: qui possint ad-
implere desertum, & occupare totam gloriam eius para-
tam ab origine mundi. De pastu deserti huius nunc a-
gendum esset, quomodo pascunt medullam terræ viuē-
tium, & comedunt vitam æternam, quia sicut mors de-
pascet eos, qui sunt in inferno, sic uitam perrennem de-
pascent hi, qui sunt in cœlo, & sicut mors quanuis depa-
scat omnes damnatos non consumet eos, sic beati non
consument consummatam uitam æternam quam ha-
bent. Sed quia Dominus Iesus est desideratus cunctis
gentibus: ideo sequitur in Euangelio: Turbæ require-
Textus. bant eum, & venerunt vsque ad ipsum, & detine-
Triplex ē turba bona. bant illum, ne discederet ab eis. Triplex est turba bona,
prima fidelium ecclesiæ, de qua dicitur: Misereor super
turbam, quia ecce triduo sustinent me, nec habent, q̄d
man-

manducent. Hæc turba triduo mortis sustinuit Christum expectans resurrectionem eius, quoniam audierat. Post tres dies resurgam. His tribus diebus non manducauerunt nisi panem lacrymarum expectantes panē angelorum Christum. Hæc turba semper requirebat Christum, & uenit usque ad ipsum quando etiam Thomas restitutus est ad fidem. Hæc turba Christum detinere uolebat, cui promisit loco sui spiritum sanctum, vt eum dimitterent ascendere. Secunda turba est gentiliū de qua dicitur. Omnis turba quærebat eum tangere, quia uirtus de illo exibat, & sanabat omnes, Non tantum pro Iudæis, sed pro gentilibus erat uirtus sanitatis in Christo Iesu, quæ ēt usq; ad Samaritanos peruenit, qui detinebant eum, quoniam Ioannes ait. Cum venisset ergo ad illum Samaritani, rogauerūt eum, vt ibi maneret. His vt eum dimitterent, promisit sacramentum corporis sui, quo nobiscum est vsque ad consummationem seculi Dominus, quia non est alia natio tam grandis quę habeat deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest nobis. Tertia turba est beatorum, de qua perhibet Ioannes, Vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gētibus stantes ante thonum in conspectu agni, amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum. Hęc turba præualuit, hæc detinuit Christum per tentionem æternam, ideoque concluditur in euangelio præsenti. Aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei, quia ideo missus sum. Et erat prædicans in Synagogis Galilææ. Christus regnum Dei terris euangelizarat, cœlis tamen & mansionibus cœlorum, & ciuitatibus refugij quæ sunt trans Iordanem huius uitę, & in terra ꝓmissionis debuit etiam euangelium regni propalare, quod innotuit principibus cœli (ut ait Paulus) per ecclesiam, quæ cum Christo ascendit. Nam ideo illa mulier euangelica quæ sapientia est incarnata congregauit vicinas & amicas, vt eis narraret, quomodo drachmam inuenerat, & pastor noster Iesus ait angelis quasi euangelizans

Textus.

Christus angelis prædicatio gloria.

zans eis. Congratulamini mihi quia inueni ouem meã quam perdideram. Missus ergo Iesus a sanctis patribus limbi, qui rogauerunt illum, ut ascenderet, unde recte concluditur, quod erat prædicans in Synagogis Galilææ, quæ interpretatur transmigratio, quam fecit Christus in ascensione, vt in choris angelorum euangelizaret regnum Dei, quod impleuerat. Nonne & angeli euangelizabantur per Christum, quando eo ascenso venerunt duo angeli in vestibus albis, & retulerunt apostolis, quæ audierant, & uiderant de futuro aduentu dicentes. Viri Galilæi quid admiramini aspicientes in cœlum? hic Iesus qui assumptus est a uobis in cœlum (nemo fallat uos) quia sic ueniet, quemadmodum uidistis eum euntem in cœlum, in Galilæa igitur est adhuc prędicans Dominus Iesus, quia uerbum Dei non potest tacere, quin & in summis excelsisque uerticibus det vocem suam. In terra prædicabat, dum in labiis humanitatis suæ gratia diffussa erat, in cœlo autem prædicat, vbi iam gloria diffunditur in labiis diuinitatis, ubi osculo oris sui beatos osculatur per unionem beatificam. Nil superest fratres mei nisi cum regina Saba præ stupore suspensi dicamus Iesu nostro, Beati sunt serui tui, qui hic stant coram te, & audiunt sapientiam gloriæ tuæ, quam mihi & vobis præstet ille qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat Deus per omnia secula seculorum.

Amen.

VI. Fe.

Sextæ feriæ tertiæ dominicæ quadragesimæ, Euangelium.

IN illo tempore. Venit Iesus in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sychar, &c.

Sermo quadragesimus tertius.

THEMA.

Venit mulier de Samaria haurire aquam. Ioan. 4.

A Muliere Samaritana filius Dei aquã petiuit, a Maria vero tanto maiora postulauit, quanto alteri præponebatur, quia secundum legem quilibet tenetur offerre iuxta possibilitatem suam, diues offerat onichinos, pauper autem pilos caprarum, ergo si ab adultera petit aquam, a beata vergine poposcit corporalem substantiam, & lac maternum, cæteraque obsequia materna, de quibus mirabatur ille qui uidens Mariã filio Dei talia præstantem dixit, Ecce uirgo concipiet, & pariet filium, & uocabitur nomẽ eius Emanuel. Quare vocatur Emanuel filius uirginis nisi q͂a & nobis Maria vult exhibere aquam uiuam? nã interpretatur, nobiscũ Deus. Et quare est nobiscum Deus, nisi quia mater Dei soror nostra est, & quod nascitur in hæreditate nostra nostrũ est, quæ Deo tanta dedit nobis quoque plura conferet, cui dicere possum. Honora Deum de tua substantia, & de primitijs fringum tuarum da pauperibus. Honor in scriptura sacra accipitur pro exhibitione tẽporalis subsidii, quia ideo iussit Deus patrẽ & matrem honorari, id est, tanquam dominis subsidia eis daris. Sic Maria dicens, ecce ancilla Domini ex substantia propria viscerũ suorum Deum honorauit ei ministrando a sumendi corporis substantiam mundissimam. Nobis autem pauperibus præstabit ex suo centuplo eleemosynam gratiæ, quam vt assequamur, ei præsentamus, Aue Maria gratia plena.

Argumentum dicendorum.

Samaria est mons.

VT patriam huius fœminæ sciatis, aduertite quod Samaria est mons iuxta Sichem, ad quem uenit Iacob de Syria. & ibi emit.100.agnis agrum a Filiis Emor, vbi fodit puteum. ibi Dina rapta filii Iacob inuadunt urbem, & postquam in mõte Samaria erecto altari deū fortissimum Israel inuocasset, profectus est inde. Denique vendito Ioseph, Iacob fugit in Aegyptum, & in extremis agẽs, legat filio agrum cum puteo suo. Deinceps labentibus annis Sichem fit metropolis Ieroboam, qui in samaria monte idola statuit, ne ciues adoratum uadant in Ierusalem. Ppropter hoc peccatum rex Babylonis captiuat Iudęos scilicet decem tribus, & relinquit in Sichem suos ethnicos, qui adhuc in illo monte colebant idola. In latere huius montis etat Sichar siue Sichẽ ciuitas, quę à mõte nominatur Samaria, de qua thema ait, Venit mulier, &c. In priori sermonis parte agā

Diuisio.

de aqua mala, quam mulier haurit, in posteriori autem de aqua bona, quam ei Christus dare uoluit, quia soli hæc duo tranctãtur in Euãgelio. Pater Deus pluit super iustos & iniustos, & sic filius eius publicanorū amicus non solum super Iudæos, sed super Samaritanos idolatras pluere vult, inter quos erat sitibunda mulier, quæ prius Christo occurrit, unde ait Euangelium: Venit Iesus, &c. usque sedebat sic, id est, fatigatus ex itinere concitato & diutino lassus, quia uiator factus erat ad quærẽdum alias oues. Hic nota quod iustus fatigatur ex itinere, & consolatur in termino, malus autem econtra in itinere exultat & gaudet, tamen in puncto scilicet ultimo vitæ ad inferna descendit. Christus autem econtra sic ait: Tristis est anima mea usque ad mortẽ, quia eius tristitia terminatur, & prauorum tunc inchoatur. Væ vobis diuitibus, qui habetis hic consolationem vestrā, non vultis fatigari propter Deū, cum ipse fatigatus sit propter vos. Lętamini pauperes afflicti, quia modicum nunc oportet contristari, Deum tamen habetis consortem,

Prior pars.

Malus in uia lętatur se iustus mœret.

tem, qui nobiscum est in tribulatione. Venite, uidete eum, qui fatigatus ex uia, proiecit se iuxta fontem, eius captens refrigerium, nec uos fatigemini animis vestris deficientes quoniam plurimum animat militem labor Regis sui, nam bonus miles. Vrias noluit vti vxore sua, dum arca Dei mansit in castris. O domine Iesu qui te cōtemplaretur iuxta fontem fessum, animum certe sumeret laborandi pro salute propria, dum tu laboras tā-tum pro aliena. Primus Adam. 6. die cōditus iuxta fontem paradisi dormit sedens, a quo Deus costam ꝓ fœmina eduxit, & impleuit eum carne pro ea. Si mulier quæris o Deus, cur ex costa, cur ex osse facis eam? non ne tractabilior, & blandior esset ex carne? aduertite fratres quod mulier ex secundo Adam est ecclesia, vir ago quidem ex osse, id est, fortitudine Christi formata. Christus aūt per illam carnem suscepit, id est, fatigationē & laborem. Nos ab eo habemus fortitudinem, quia omnia possumus in eo, qui nos cōfortat, & omnia possibilia sunt credenti ēt matyrium atrocissimum. Ille aūt à nobis a carne nostra hēt, vt fatigatus sedeat ꝓpter nos labore acquirendos. Hic labor Christi locum dat peccatoribus accedendi, vnde sequitur, Venit mulier de Samaria haurire aquam. Cui Christus ait, Mulier da mihi bibere. Illa uero scandalizata respondit, Tu Iudęus cū sis, bibere a me petis, quę sum mulier Samaritana? Ista non uidens trabem in oculo suo uult festucam extrahere ab oculo Christi, qui ait. Si scires domum Dei &c. id est si scires spiritum sanctum, & me tibi eum dare paratum qui est aqua uiua. Sic exposuit Rupertus, & bene, melius tamen sic ego exponam. Si scires, quod mea petitio est domū Dei, quia ego qui dico tibi, da mihi bibere sum Deus. Hic pondera quam grande est donum, vt Deus aliquid petat a nobis. Nam dat centuplum, ideo eius petitio est fœnus pinguissimum. Secūdo quia dat, quod petit, nam sumus sufficientes ex nobis reddere ei unum, pro mille petitis. Vnde ait August. Domine da quod iubes, & iube quod vis. Ergo si petat, nil possum

Labor Christi suos acuit.

Petitio Dei est domum.

ei dare, nisi prius illud accipiã ab eo, q alterã manũ extẽdi, ut accipiat, qđ altera dedit. Hoc sane cõtẽplabatur qui dixit. Quid retribuam Dño pro omnibus quę retribuit mihi? & non inueniens ex se quid ex suo daret Domino subiunxit. Calicem salutaris accipiam, quasi dicat, nec solum calicem aquæ frigidę possum ei dare, nisi prius eum accipiam ab eo, qui habet & aquã viuam, Vnde, o mulier si scires, quod dum peto, do, & si scires quis est, q dicit tibi, da mihi bibere. Quia ille est a quo cuncta bona procedunt. vnde tu forsan peteres ab eo, & daret tibi aquam viuam. Vude habes aquam viuã? nũquid maior es tu patre nostro, &c. a tribus hæc mulier aquã suam laudat, primo ab auctore quia pater Iacob puteum dederat eis. Secundo a dulcedine aquę, nam tã dulcis erat, quod ipse & filij eius biberant ex ea. Tertio a copia, quia & pecora potabat multa. Aqua Samaritanę fratres mei est voluptas seculi, quam viri seculares nimis laudant, nimis diligunt, nimis bibnnt. Tamẽ mala videbatur dicenti. Non me demergat tẽpestas aquę, neque absorbeat me profundum, neque vrgeat super me puteus os suum. Tempestas aquæ libidinosæ est carnis passio, quæ dum impetu effrænis venit, rationẽ demergit in consensum, ne iam dictet, sed assentiat sensualitate. Dum ergo peccator consentis, iam animus tuus est passione turpi demersus. Ex quo sequitur deterius malum scilicet quod profundum, idest peccati opus absorbet te omnino. Dum autem fueris in profundo, idest, in consummatione peccati, saltim orabis. Neque vrgeat super me puteus os suum. Super hoc ait Augu. in glo. ord. Si cecidisti non claudet super te puteus os suum si non claudis os tuũ, sed confitere & dic, De profundis clamaui ad te Domine, & euades. Claudit super eum qui in profondũ contemnit, a quo mortuo velut qui non sit, perit confessio. Hæc August. Voluptas ergo laudat aquam libidinis suæ ab auctore, quia non solum Pater noster Iacob, sed Pater Adam carnem vxoris diligens contra Deum fecit & passus est nau-

Aqua est voluptas carnis.

Cõfessio peccatorum.

fragium

fragium in hoc puteo voluptatis, unde sicut primũ pec catum angeli fuit diligẽdo se immoderate: sic primum peccatum Adæ fuit diligendo uxorem suam immoderate, ut tenet Scotus in 2.d.22.q.1. quãuis ergo laudes ab auctore uitia, non ideo ea honestas, quia & si Salomon cecidit in hunc concupiscentiæ puteum, potius in de timendum esset, tanquã a maiori periculo a quo vix euadunt sapientes, nec fortes quia & Sampson cecidit ibi, fuge hunc puteum, o peccator, quia puteus profundus os alienæ. Laudat secundo a dulcedine aquam suã, Nec tamen hęc dulcedo fictitia est, potius stat in palato distemperato, ut est uidere apud terram comedentes qui ei afficiuntur propter infirmitatẽ. Voluptas non est dulcis nisi mentibus siccis diuino amore, unde ait Paulus, Gustato spiritu dissipit oĩs caro. scimus enim quod anima diuino amore saturata calcabit fauum uoluptatis. Tertio eam laudat a copia, quia & pecora potat. Deficiunt istæ laudes, imò uituperia sunt, nã quid boni reperis in eo quod ex eadẽ luxuriæ uoluptate utatur porcus & homo? aduerte quod nemo fit melior participando inferiori, sed superiori. Et ẽt scriptũ est, Nõ sequaris turbã ad faciẽdũ malũ. Ergo laudes istæ, quas hæc mulier adduxit, potius sunt uituperationes multorũ iuxta hũc puteũ cõmorãtiũ, nã ego in cõtrariũ has laudes dicã, ut caueas ab isto puteo uoluptati, qm̃ de prima Sapiẽs dixit, Declina eã, quæ dormit in sinu tuo, quia fortissimi quiq; interfecti sunt ab ea. De secunda laude in cõtrariũ ait Iob, Dulcedo illius uermes. Dulcedo luxurię uermes cõsciẽtię, quãdo nouissima eius amara erũt quasi absintiũ. De tertia uero recordare, ꝙ Deus iusserat, ne Iudæi ederent captũ a bestia. q.d. ne sequaris uitium bestię, tentatio non apprehendat uos nisi humana bestialem præcaue. Ecce igitur quõ uoluptas eisdem rationibus uituperatur, quibus Samaritana eam laudat quæ interpretatur fæx & est caro nostra quę non inuenitur nisi in aquis immundis uoluptatum, quãdo adhęret quinque uiris, idest, quinque sensibus, & sequitur

Dulcedo carnis est facta.

Laudes uitiorum sunt in oppositũ.

alium.i.errorem, qui non est suus vir, sed iam pertinet ad rationem deceptam, quæ laudat vituperanda, & defendit offensam suam. Iam ergo quartam huius aquæ malitiam audi Christo dicente: Qui biberit ex hac aqua sitiet iterum. Hic ostendit Christus quod voluptas seculi mentitur saturitatem, cum nõ det nisi sitim, nõ enim satiat: sed irritat appetitum nimis: quoniam actus generat habitum, & dum arbitraris, quod passio coeundi, aut ludendi conquiescet, si opere adimples: illico sities iterum, & ratio est, quoniam aqua ardens quę multa decoctione vini fit potius excitat sitim, quam extinguat. Et sic ex calore libidinis aqua voluptatis educta non extinguit, sed exardescere facit sitim amplioris delectationis. Dicam & ego aliud huius aquæ malum: quia est nimis ponderosa: nam iudices bonæ aquæ solent eam ponderare, & leuiorem iudicant meliorem. Denique in pondere aquæ huius stat eius malitia, tantum enim ponderat, ut quidam gemens diceret, Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meũ, & sicut onus graue grauatæ sũt super me. Sed tu dices quod voluptates puellarum tollunt a te omne pondus, & negotiorum grauedinẽ: quia dum venio inquis a bursa, dum uenio a iudicio tædiosus, vt tædium expellam inuito puellas virgines, & inter eas sedeo quasi in paradiso iuxta fontem eius. Hic aduerte quod voluptas ideo vocatur aqua, quia aqua in proprio loco non ponderat, unde Aristot. dicit, quod elementa in sphęris suis nullius ponderis sunt. Patet in mari, nam si natans submergatur dum est sub aqua in fundo quærens conchas, non sentit pondus aquæ super se existẽtis, Si autem nauta vult uas aquę plenum in suam deferre nauim, pondus nimium sentit, qua extraxit aquam a seipsa, & a loco proprio. Si vos fratres, dum hoc sacro tempore vultis vitia extrahere a loco vitiorum a corde profundo. a societate mala, ab iniqua consuetudine, tunc pondus in conscientia experiemini, quia tunc grauant nos, ita vt aliqui cum gemitu confiteãtur extrahentes aquam uoluptatum de corde suo. Est ergo

Voluptas irritat nos.

Voluptas nõ est grauis nunc.

go tantum ponderosa, quod cum pater Adam esset im mersus huic aquæ, rogans Deum, vt eum eriperet, clamauit, Emitte manū tuā de alto, & eripe me de aquis multis, & de manu filiorum alienorum, idest, dęmoniorum sicut Sirenes ibi natantes. Tandem pater immisit ei manum suam, idest, filium suum, & tantum erat ponderis quod filius Dei cecidit fatigatus. Iam ergo voluptas carnalis est puteus, quem Adā aperuit, & inferius altissime fodit, ita vt nos in hoc pecorib. æquaret, quia in canalibus nullum est discrimen, ipse & filii, idest, sensus sui ex hoc bibunt. Tamen aduerte quod circa voluptatē felicior & melior est bestia quam homo, quia bestia satiata quiescit, homo aūt minime, & ratio est, quia in quo hauriat habet. s. malitiā, qua solus Christus caruit, & ideo non eduxit aquam istam. Nos aūt & si caro nostra lassata non sitiat cum malitia iterum sitientes satagimus voluptatem repetere. Christus ergo super hunc puteum sedit fatigatus ex via, & ex modo, quem habet difficilem, ut subueniret huic malo nostro generali, quod & fecit, quando in cruce dixit, Sitio, sed de Christi aqua bona oportet nunc agere. Adam puteum uoluptatis fodit.

De aqua Christi nunc agendum est, quæ mundat, & satiat animam peccatricem, sed variam habet, & omnis dicitur viua, primo dicitur aqua viua, idest, nimis salubris, quæ fere suscitat hominem. Et hæc est fruitio Dei in uita æterna. Secundo aqua dicitur viua, quando currit ac si manus vel pedes haberet, & hæc aqua est spiritus sanctus in Apostolos effusus, qui concurrerunt cū eo per mundum. Tertio dr̄ aqua viua, quæ pisces creat & hæc est gratia Dei nobis quotidie data, quæ bonas creat cogitationes. Quarto dicitur aqua viua, quia nimis calida & sic in hac iubebatur passer immolari super aquas viuas. i. feruentes. Quinto dicitur viua si sursum saliat, & hęc est fletus pro regno cœlesti. Sexto, vt notat sanctus Thomas super Ioannem dicitur aqua viua. si est suo vnita origini, & sic aqua viua est doctrina Dei, quæ in ore Christi fuit viua, quoniā verbum ver- Secunda pars. Varia aqua uiua

Doctrina Christi ē aqua uiua.

bi diuini viuum & efficax erat in suo fonte. Hæc aqua habet alias causas viuacitatis, quas dixi, De hac etiam ad literam Christus dixit cupidæ Samaritanæ, Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum. Sed aqua quam ego dabo ei fiet in eo fons aquæ salientis in vitam ęternam. Duo facit, quia extinguit sitim, dū uiuimus, dum autem morimur fit fons gloriæ Iustis extinguit sitim, non curiosis, qui plus volunt sapere quam oportet. Apostolus nihil aliud scit nisi Iesum Christum, & non sitit curiositates Græcorum &c. Felix qui relictis aliis scientiis, solum adhæret doctrinæ Christi, qui est vnicus animæ uir & sufficiens, alii autem euanuerunt in cogitationibus suis, & Moyses disparuit in Thabor, solum ergo Christnm audite. Secundo quia aqua doctrinæ suæ in portam gloriæ ducit, quod non fecit vetus lex, nec tota philosophia. Dum ergo Samritana inuitata esset ait Christo, Da mihi hanc aquam. Dum hæc diceret, adhuc non intellexerat arcanum, & ideo vt ad se reuerteretur, respōdit ei Christus, Voca virum tuum. Idest ducas intellectum ad altiora. Ipsa vero putauit hoc dici propter honestatem & authoritatem, quia mulier cum viro & non sola debet rem grauem accipere, illa vero vt citius videret finem colloquii, respondit, Non habeo virum. Christus denique vt ad cor eius rem dirigeret, ait. Benedixisti, quod nō haberes virum, quinque habuisti. Tunc illa ad se reuersa ait, Domine ut video propheta es tu, quasi dicat, spiritualiter & per ænigma loqueris, Quia ergo es propheta, quæro a te aquam viuam, idest sanam doctrinam de adoratione. Patres nostri in monte hoc (scilicet Samaria) adorauerunt, & vos Iudæi dicitis quod Hierosolymis est locus, vbi adorare oportet. Magna quæstio erat inter Iudæos & Samaritanos de loco adorationis, quam cęlitus solui optabant.

Adoratio latriæ cui debeatur.

Hæc mulier allegat pro se, quia patres nostri Iacob & filiis eius in monte adorantes altares fecerunt, cum ergo Iacob fuerit maior Salomone, hic locus est sanctior tēplo. Sed hæc mulier tacet idolatriam, quam ibi videbat

in

in illo monte, vbi uitulos auros constituit Ieroboam, ne populus iret adoratum in templo domini in Hierusalem. Christus autem tria mulieri familiariter aperuit, primum qui essent superiores an Iudæi vel Samaritani. secundum de loco adorationis, tertium de re adoranda. Prius pondera quam theologa fuit ista quæstio, nam in tota theologia non est grauior materia, quā cui debeatur latria, & quomodo impendatur. Vide Scotū lib. 3. d. 9. vbi & Christi humanitas a ratione adorationis, & si non a termino excluditur. Iam ergo primum Christus determinans ait, Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iud. est. In iis ostendit Iudæos superiores Samaritanis deceptis per idola, & ideo adorant quod nesciunt, quia idolum nihil est. Nos Iudęi adoramus quod scimus, q̄a notus in Iudęa Deus, nam salus. i. sapientia uera ex Iudæis est, quos aqua sapientiæ salutaris potauit Deus. Reliqua uero aqua, id est, omnis alia sapientia est mortalis. De secundo autem sic ait, Mulier, crede mihi, quia veniet hora, quando neque in monte hoc, neq; in Hierosolymis adorabitis patrem. Prædicit ei destructionem idolatriæ per euangelii publicationem, & destructionem Hierusalem per Romanos. tunc ergo locus adorationis erit totus mundus, & implebitur illud. Ab ortu enim solis vsque ad occasum, magnum nomen meum in gentibus, & omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda. Malac. 1.
Iam ergo de tertio scilicet de re adoranda sic air, Venit hora & nunc est, quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate. Hic docet Christus solam trinitatem adorandam patrem & filium, & spiritum sanctum vnum Deum, nam filius est veritas, & spiritus sanctus a patre & filio procedit. Ergo ex quo Christus prædicauit arcana trinitatis, adoratur pater in spiritu sancto & veritate, idest in filio, nam dum filius venit in mundum patrem suum nos docuit, & dum spiritus sanctus missus est, patrem & filium docuit mundum. Ecce igitur tria scitu necessaria, mulier tamen

uel

vel quia hæc non percepit, vel quia Christum plus quã prophetam suspicabatur, ne ei esset molesta, voluit modeste informari, an esset Christus, & ideo subiecit, Scio quia Mesias venit, idest, credo eum venturum, in eius enim fide uiuo. Cum ergo venerit annunciabit nobis omnia. Iesus autem qui nescit se suis amicis occultare respondit. Ego sum, qui loquor tecum, quasi dicat non speres iam alterum, nec aliam doctrinę aquam sitias. Mulier autem iam apostolica, ut illi retia hydriam reliquit iam aqua Christi ebria, & iuit ad ciuitatẽ, quia gentiles hydriam corporis in martyrio relinquentes Christum prædicabant. Nos autẽ fratres si Deum adoramus hydriam relinquamus, idest, malam consuetudinem nostram, & sicut Samaritana confiteamur peccata nostra, quia tot mechos anima quot peccata perpetrat, ideo relinquat hydriam, idest, consuetudinem peccandi, & aliis Christum annunciet in se uenisse, vt tota corporis nostri ciuitas ad ipsum conuertatur nunc per gratiam, & in futuro per gloriam. Amen. Theophilactus bene agit super hoc Euangelium.

Sermo XLIIII. Pro sabbato quarto quadragesimæ, de uentre cordis Mariæ.

T H E M A.

Beatus uenter qui te portauit, ut supra. Luc. 1.

VT nostis, beata virgo è Nazareth portauit Christum in uẽtre suo ad domum Zachariæ super mõtana. Sed quæramus ab ea, ad quid eum portauit? Nõne quietius ageres cum Christo tuo, si domi maneres, ubi te angelus inuenit, quando tibi attulit verbum Dei an ignoras quod homo quiescendo fit sapiens? an ignoras quod arca Dei nõ debet cito exire, maxime ex quo recepit tantum thesauri? erat, inquit, prędicator quidã in domo Zachariæ, qui gratia Dei egebat, vt præconis officium

officium inchoaret,abii cum festinatione,quia festinãter ipse,incepturos erat, ac maturius ipsa natura. Scitis fratres quod in domo Zachariæ erat Ioannes qui interpretatur, in quo est gratia. Hanc sane gratiam sermoni requisitam ei Maria,præstitit quoniam Lucas dixit: Vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth, exultauit infans in utero eius, Ac si diu Mariam expectarat,exultat Ioannes in aduentu portatricis Dei, & postquam cognouit se gratiam a Maria percepisse concionandi, per os matris dixit. Vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? o Ioannes nõ solum ad te,sed ad omnes domini concionatores ventura est mater domini, & vt eis daret spem,ut eis præstaret fiduciam, & ausum vocandi eam,voluit ad te festinanter, & non vocata venire. Non equidem tantum miraretur Ioannes, dum beata virgo ad eum accersita properaret, tamen quia ultro se obtulit irrequisita,ille miratus est dicens, Vnde hoc mihi,ut veniat mater domini mei ad me? nos ei demus huius interrogationis rationem. Venit ad te,ut tibi gratiã concionandi exhibeat, ne deinceps sine eius adiutorio quis concionari præsumat.Et ne quis diffidat, dum Mariam inuocauerit, nunc primo ad concionatorem primum non uocata se offert,& subito salutat, vt velocius gratiam conferat,docens in hoc deuotos suos, quod dũ eam salutauerint, accipient gratiam spiritussancti, quæ sicut olim per os eius data fuit Ioanni, aqua & nomen accepit,quod sic nunc ministerio eius dabitur omnibus petentibus eam,quam ut cõsequiualeamus, ei genibus flexis offeramus.Aue Maria.

Maria cõcionatori dat gratiam.

Argumentum dicendorum. ubi fructus uentris Mariæ benedicitur.

SI hæc mulier cum matre Dei loqueretur, verba commutans diceret propter vtilissimã prolis suæ excellẽtiã. Benedictus fructus ventris tui,o benedicta mater filii Dei.Hic enim est ille fructus de quo ait propheta.Dominus

Psal. 84.

minus

Fructus Mariæ beatus. minus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum, super quo ait Bedas In ingressu vnigeniti sui uirginalis vteri templum Spiritus sancti gratia consecrauit. Terra nostra habet fructum suum, quia eadē virgo quæ de terra corpus habuit, filium genuit diuinitate patri æqualem, sed sibi carnis veritate consubstantialem. Fructus quidē generosus, generosior, ac generosissimus, primo quia de vtero regis Dauid extitit, secundo quia de utero uirginali prodiit, tertio quia de utero Dei uenit. Ergo fuit generosus fructus, quia de utero regis processit, cui promissus fuerat in Psal. De fructu uentris tui ponam super sedem tuam. Hoc autem promissum Apostolus testatur impletum esse dicēs: Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Certe fructus iste nobilis & generosus non solum propter Dauid regē, sed & propter illos nobiles reges progenitores suos, per quos secundum genealogiam a Matthæo descriptam in mundum portatur, iuxta id Sapientiæ: A regalibus sedibus venit. Si autem sit generosus propter uterum regalem, generosior tamen est propter uterum uirginalē, de quo dici posset, beatior uenter qui te portauit, qui secūdum, quod in uirga Aaron figuratur, florem uirginitatis simul cum fructu fęcunditatis retinuit, unde Ambrosius ait: Nascitur Iesus ex muliere, sed cui fœcunditatis fructus sic accedat, ut non decedat, flos uirginitatis. Libet ergo fructus iste generosus sit propter uētrem regalem, generosior propter uentrem uirginalem, tamē est generosissimus propter uentrem diuinum, nam de hoc fructu potest intelligi illud Osee. Ex me fructus tuus inuentus est. Tuus ò mater ad hunc fructum producendum eiecta. Tuus ò anima ad hunc fructum diligendū electa. Tuus ecclesia ad hunc fructum percipiendum collecta. Tuus, inquam, tuus corporaliter per assumptam naturam, spiritualiter per gratiam, tuus sacramentaliter per eucharistiam, tuus æternaliter per gloriam, ex me tamen tuus, quia ex meo utero ante luciferum genitus. De hac triplici nobilitate generosa sic ait

Psal. 131.
Rom. 13.
Sapien. 18
Generosus Mariæ fructus.
Osea. 14.
Esa. 4.

ait propheta. Erit germen Domini in magnificentia & gloria, & fructus terræ sublimis. In magnificentia propter uentrem regalem, in gloria propter ventrem virginalem, sublimis propter ęternalem, vnde mulier de turba ꝓfunde loquitur dum ait. Beatus venter qui te portauit. In prima parte agam de corde Mariæ, in altera vero quomodo paradiso comparatur. Diuisio.

In pręhabito sermone insinuaui multiplicem ventrē Mariæ spiritualem, nunc de præcipuo agere volo scilicet de corde suo, quo semper Deum gestauit, vnde aduerte quod Maria dicitur cor sponsi vel sponsæ, nam sponsi & sponsæ est cor vnum & anima una, sic vt vnū est cor capitis & membrorum, unde non potest esse cor sponsi, quin sit & sponsæ, vterque enim ait, ego dormio & cor meum vigilat. Hoc impletum fuit (prout sunt verba sponsi) in sabbato sancto, quando Christus dormiebat in sepulchro. Maria vero pro toto corpore uigilabat, vt illud repararet. Si autem sit vox sponsæ id, ego dormio &c. tunc de somno ignorantiæ aut corporis, aut infidelitatis intelligatur, tunc enim cæteris membris ecclesiæ deficientibus in sola Maria tanquam in vasculo cordis remansit vita corporis. Comparatur autem Maria cordi propter membri huius nobilitatem, bonitatem, utilitatem. Prima huius membri nobilitas est, quia in ipso ꝓprie reperitur sedes spiritus vitalis, & ex ipso (vt ait Salomon) vita procedit, ac dependet, & beatæ Mariæ quotidie dicimus, quod ipsa est vita, dulcedo, & spes nostra. Ipsa est quasi fons vitæ, de cuius plenitudine accepimus omnes. Christus vero caput, Maria autem cor nostrum est. Dicitur autē Christus caput nostrum propier imperium, sicut rex dicitur caput regni. Item propter nobilitatem sicut leo dicirur caput animalium. Item propter prouidentiam, sicut paterfamilias dicitur caput domus. Item propter sensuū plenitudinem, fons enim sensuum in ipso est. Item propter influentiam, quia, sicut a capite est influentia sensus & motus secundum diuersas partes eius, quia ab

pars. I. Maria est cor spōsi & spōse.

Canti. 5.

Christus est caput nostrum.

ante-

anteriori parte descendunt nerui, per quos fluunt sensus ad membra, a posteriori uerò parte descendunt nerui, per quos fluũt motus ad singula membra, similiter Christus in ecclesia influit mensum per fidem, & motum per amorem. Et his omnibus modis, non solum Christus homo, sed & tota trinitas dicitur caput nostrũ, proprie vero propter conformitatem naturæ quæ est inter caput & membra dicitur Christus homo caput nostrũ, caro enim & frater, & caput nostrum est primogenitus in multis fratribus. Lege Durandum in 3.d.12.q.2.vbi quærit an Christus sit caput ecclesię? Et si quęratur, quare ipse non dicitur cor, in quo est vita animæ, & prior actus animæ. prius enim est uiuificare quã sensificare. Ad hoc potest responderi, quod ipse proprie est vita animæ. Maria vero locus eius, & tabernaculum sicut cor sedes est vitæ. Præterea sic ait Augustinus: Triplex est sedes, id est, uis animæ ad corpus, naturalis quę operatur in epate, vitalis, quæ operatur in corde, animalis, quæ operatur in cerebro. Duæ primæ operationes non sunt simpliciter voluntariæ, tertia vero voluntaria est, & ideo magis appropriatur Christo, ipse enim diligit, ac dilexit nos spontanee, vt ait Osee. Sed etiam aduerte quod omnibus istis modis se habet etiam cor ad membra, habet enim cor ad cætera membra imperiũ, & dignitatem, prouidentiam, influentiam, conformitatem, & similiter Maria ad ecclesiam. Vnde ipsa est cor nostrum, dicente Esaia. Loquimini ad cor Ierusalem. Ipsa enim habet imperium super nos, quia est domina imperatrix & semper augusta, unde per Sapientem dicit. In Ierusalem potestas mea. Ipsa etiam est nobilissima creaturarum, non quidem per ferocitatem, sicut leæna inter animalia, sed per speciositatem ut sol inter sydera, quoniam scriptum est. Sicut sol oriens mundo, &c. ipsa totius corporis ecclesię curam gerit tanquam materfamilias, quia Sapiens miratus ait Ignorabam, quoniam omnium bonorum mater est, ipsa etiam influit nobis omnia bona quasi aquæ ductus exiens de paradiso

Maria est cor nostrum.

Osee. 14.

Esaiæ. 40.

Eccle. 24.

Eccle. 26.
Sapien. 7.
Cantic. 8.

ſo ad irrigandũ hortum plantationis. Ipſa quoq; caro Canti. 8.
& ſoror noſtra per omnia nobis cõformis, & ſimilis in natura, quoniã ei dicitur: Soror noſtra paruula eſt, quia humilis, & ubera non habet qui virgo: mammę etenim virginum ſunt, ubera uero corruptarum. Item ad nobilitatem cordis pertinet, quod ſolum inter cætera membra corruptionem non ſentit, quoniam ante moritur quàm corrumpatur, & ad ſingularem prærogatiuã Mariæ pertinet, quòd ſola inter cætera mẽbra eccleſiæ inuenta eſt ſemper incorruptibilis. Virgo ante ortum, virgo poſt ortum, uirgo, ante partum, virgo poſt partũ & in æternum mente & corpore permanens virgo. Situs quoque cordis nobilitatẽ eius indicat, ſitus enim eius, vt dicit Ari. in loco nobilior naturaliter eſt, ſcilicet in medio corporis, & in medio pectoris. Et Maria ipſa etiã eſt quaſi lignum uitæ in medio paradiſi, vt ſine acceptione perſonarum omibus ſe exponat. Secundo autẽ de bonitate cordis plura in ſacro eloquio inuenimus. Etenim primo cor contritum & humiliatum per pœnitentiam, de quo dicitur Pſalmo: Cor contritũ & humiliatum Deus non deſpicies. Item paratum per promptitudinem, quia Pſalmus ait: Paratum cor meum Deus paratum cor meum. Item ſimplex, per ſimplicitatẽ, de quo ait Petrus: Simplici corde, ac mundo. Præterea cereum per tractabilitatem. Pſalmus: Factum eſt cor meũ tanquam cera liqueſcens. Docibile, per docibilitatem. Immaculatum, quando eſt ſine nota culpæ exterioris, Pſalmus, Fiat cor meum immaculatum, ut non confundar. Mundum, quando eſt ſine ſpurcitia carnali, Pſalmus, Cor mundum crea in me Deus. Purum, quando ſine rubigine ſpirituali. 1. Tim. 1. Ex corde puro & conſcientia bona. Rectum per pietatem intentionis, Pſalmus, Quàm bonus Iſrael Deus, his qui recto ſunt corde. Carneum per teneritudinem. Dabo vobis cor carneum. Magnum magna contemnendo. Corde magno, & animo uolenti. Altum cœleſtia appetendo, Pſalmus, Accedet homo ad cor altum. Latum omnes diligendo.

Bonitas cordis.

1. Pet. 1.

Ezec. 36.

2. Mach. 1.

2. Cor. 6.

Cor

Cor nostrum dilatatum est ad vos. Abūdans multa ex periendo. Ex abundantia cordis os loquitur. Sapiēs per prudentiam. Qui sapiens est corde appellabitur prudens. Firmum per patientiam, Psalmus: Spiritu principali confirma me Deus. Stabile per perseuerantiam. Optimum est gratia stabilire cor. Vnum curas fugiendo. Dabo vobis cor vnum. Optimum optima eligendo. Corde bono & optimo verbum retinent. Perfectum Deo per omnia adhærendo. Memento Domine quod ambulauerim coram te in veritate & corde perfecto. Hæc ergo & his similia quæ de cordis bonitate legimus habuisse Mariam, nefas est dubitare, quæ ipsum fontem bonitatis in se habuit cum omni plenitudine gratiarum. Sed quia venter cordis plures sinus habet, nunc de huius membri vtilitatibus audiamus uel tres, primam, quia ipsum est fons & principium sanguinis, & Maria est principium illius sanguinis qui uere est potus, & ad omnia membra corporis ecclesiæ deriuatur. Item ipsum est fons & origo caloris naturalis, vt ab eo totum corpus per arterias quæ ab ipso procedunt ad omnia membra calefiat: Vnde si membrum aliquod arterias ad se venientes amiserit, congelabitur, & motus eius & sensus prius indurantur, deinde quasi mortuum redditur. Et quid est aliud dicere, ego mater pulchræ dilectionis, nisi ego sum fons caloris naturelis? fœda q̄ppe dilecto calor est innaturalis, & qui non diligit manet in morte, teste Ioanne. Tertia uero utilitas cordis est, quod tale reddit subiectum suum, quale ipsum est. Nam cuius cor bonum, ipse simpliciter bonus est, cuius cor sapiens, ipse simpliciter sapiens est, & similia. Vnde cū Maria sit cor ecclesiæ omnia bona quæ dicuntur de ecclesia, referuntur propter. Mariam, quæ est cor eius, a qua talis denominatur. Age igitur pro te homo, ora Deum, & ne dederis silentium, nec dormitēt palpebræ tuæ, donec auferat a te cor lapideum, & dederit cor carneum, vt inserat, in visceribus tuis Mariam, ut eam diligas verissime sicut cor tuum, vt sit tibi cum ipsa

Ezec. 40.
Esa. 38.
Vtilitas cordis.
1. Ioan. 3.

ipſa cor unum & anima una,& ipſa te enutriet in timo re caſto & gratia, calefaciet in monte ſancta & iuſtitia, & cũ te talem reddiderit qualis ipſa eſt, tunc repleberis beatitudine & lætitia. Vtinam luſtrantes uniuerſa per circuitum,& inueſtigantes quę ſint elementa exordii ſa lutis noſtræ, tandem vſque ad cor penetremus ſcilicet Mariam, quam cordi merito comparauimus, quatenus unuſquiſque cupiens dilige e uitam, & dies uidere bonos ipſam ſibi inuiſceret, & eius gratiam omni cuſtodia, ſicut cor ſuum cuſtodiat, ut ipſa eum cuſtodire dignetur, & curam illius agere. Imperium quoque ac magiſterium totaliter ei committe, quia ſicut nihil eſt in mundo, quod tibi poſſit eſſe intimius corde tuo, ita poſt Dominum nihil in mundo diligas ita intime ac dulciter & fortiter & totis uiſceribus ut Mariam, quam uelut cor tuum conſule & alloquere, ut ſit releuatio tædii tui, quoniam corde illæſo manente, adhuc ſpes uitę remanet. Si tibi in amore ac deuotione beata uirgo remanet, confide, quoniam ſicut cor animat reliqua membra, ſic ipſa ſuos agit ad uitam, quoniam de ipſa dicere poſſumus. Lignum uitæ eſt his qui apprehenderint eam, & qui tenuerit eam beatus. Apprehenditur per deuotionem, tenetur per inuitationem, & tunc beatum facit animum tenentis eam. Eſt ergo lignum uitæ per gratiam, reddit beatum per gloriam. Gratiam obtinet eius deuotio, gloriam adipiſcitur eius imitatio. Dum beata uirgo ligno uitæ comparatur, de Paradiſo fit mentio, ubi lignum uitæ reperitur. Et quia neceſſaria eſt nobis beatæ uirginis imitatio, nec imitari eam poterimus, niſi eius uirtutes nouerimus, nunc in altera ſermonis parte oſtendam quomodo eius cor Paradiſo terreſtri aſſimulatur, & ibi notæ nobis erunt uirtutes cordis eius, quibus meruit lignum uitæ, quod eſt uerbum Dei, ſuſcipere in eo.

Prou. 2.

Secunda pars ubi cor Mariæ Paradiſo comparatur. Gen. 2.

Cor uirginis dicitur Paradiſus, quoniã ſcriptum eſt

Plantauerat autem Dominus Deus Paradisum voluptatis a principio, in quo posuit hominem quem formauerat. Hoc etiam ante incarnationem verbi fecit Dominus in Maria, in qua plantauit nouiter cor suum a principio quia nunquam desinit fructum facere, nec dederat locum alienæ plantationi sicut nos: nam cor nostrum non Deus, sed dæmon plantat a principio, quoniam sapientia Dei dixit: Nequam est natio eorum, & naturalis malitia ipsorum, semen enim erat maledictũ ab initio. In his uerbis innuitur, quod ab initio formationis nostræ plantamur seminibus maledictis, quoniã patri nostro Adæ ipse Deus dixit: Maledicta terra, id est humanitas in opere tuo. In opere naturali generationis humanæ adhuc in ipsa formatione maledictionibus Adæ plantatur cor hominis, quod si reformandũ est, prius debet euelli, ac destrui, & etiam dissipari, vt nouiter plantetur benedictionibus Mariæ & exemplo eius. Vnde cũ Ieremiam Deus alloqueretur dixit: Ecce constitui te hodie super gẽtes & regna, vt euellas atque plantes. Cum autem ipse dubitaret quid plantandum esset, illico factum est verbum domini ad eum dicens: Quid tu vides Ieremia? qui respondit, Virgam uigilantem ego video. Ecce quomodo ei ostendit Deus, quod erat plantandum in loco euulso & vacuo. Plantemus Mariam virgam vigilantem in corde nostro, ut fiat lignum uitæ, sed primitus multa euellenda sunt. In Maria igitur plantauerat Deus per gratiam prçueniẽtem, Paradisum uoluptatis, id est, cor eius, quod per gratiã fecit Paradisum quoniam scriptum est. Gratia sicut Paradisus in benedictionibus. Gratia Dei exhibita Mariæ fecit cor eius sicut Paradisum in benedictionibus, id est, sicut erat in principio Paradisus antequam peccaret homo, quando benedicit Deus omnia quæ creauerat, quia erant ualde bona. Plantatio igitur Paradiso variis donis & gratiis, in eo posuit hominem, id est, animum virginis, quem gratia gratum faciente & charitate, formauerat, ubi quædam prioritas notari videtur.

Sapiẽ. 12.

Euelle prius uitia, ut inferas uirtute.

Hier. 8.

Eccl. 40.

Vnde

Vnde aduerte quod quemadmodū anima nostra referent Augustino creando infunditur, & infundēdo creatur: sic anima beatę Virginis creando ornatur, & ornando creatur. Sed quia cor Mariæ dicitur Paradisus voluptatis, uidendum est in quibus uoluptas hæc, quæ Deum afficit, consistat, ut & nos æmulemur, ac delectemur in Domino, ut det nobis petitiones cordis nostri. Quæ igitur faciunt ad uoluptatē istam sunt septem. Primum loci uiriditas, hoc est, fidei uiuacitas, nam iustus ex fide uiuit Et uiror est signum uitę. Vnde Sapiens loquens Deo ait: Gratiam & speciem desiderabit oculus tuus, & super hæc virides sanctiones. Virides sanctiones sunt fidei nouæ confessiones ueræ. Vbi nota quod confessores dominantur, qui tempore persecutionis Christum intrepide confitentur corā hominibus. Nos autem si hanc nunc minime confessionem habemus, quia non uocamur, nec adducimur corā tirannis, saltim confiteamur veritatem coram mendacibus, castitatem coram impudicis, pacem coram rixantibus, uirtutes coram flagitiosis. Maria uero corde credens ad iustitiam, in monte Caluario uirides sanctiones ostendit, & ore confessa est Iesum ad salutem, imo & opere quādo stabat iuxta crucem Iesu mater eius. Hæc ergo semper habuit uiriditatem fidei, quæ nūquam marcessit in medio pruinæ infidelitatis, dum audiret a filio suo. Si in uiridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? ò quā aridum est cor nostrum, fratres mei, quid nam de ipso dicam, nisi illud quod legitur de Nabal, Iudicauit ei Abigail uerba hæc, & emortuum est cor eius intrinsecus: & factus est quasi lapis Abigail est beata uirgo, quæ si nobis indicaret nūc e quātis periculis nos liberat ignorantes solicitudinem eius, uere inueniretur præ timore cor nostrum emortuum intrinsecus, & solicitus quæreret gratiam eius ut uiueret, nam in ea est (vt ait Sapiēs) omnis gratia uitæ & ueritatis, & quemadmodū est mater pulchræ dilectionis, sic est mater fidei per dilectionē operantis. Alterum quod facit uoluptatem Paradisi est

voluptas paradisi in septē. Fides Mariæ magna.

Eccl. 14.

Sapien 6

1.Re. 25.

Eccl. 39.

florum uenustas, id est, morum honestas, quoniam sapiens de istis floribus ait, Florete flores quasi filium, & date odorem, & frondete in gratiam. Plurimum gratiositatis affert Paradiso florum varietas quæ si apud cor virginis omnigena sit (nam est ager plenus cui benedixit Dominus) amen sub quatuor virtutum cardinalium affectu multiplici comprehenditur, de quibus in libro Sapientię dicitur, Sobrietatem enim & prudentiam docet & iustitiam, & virtutem, id est, fortitupinem, quibus vtilius nihil est in vita hominibus. De istis floribus ipsa dicit, Flores mei sunt fructus honoris & honestatis. Dei eisdem etiam dicunt angeli, Flores apparuerunt in terra nostra. Horum ergo quatuor genera sunt in Paradiso delitiarum, alii enim flores sunt aurei, alii vero purpurei, alii autem candidi, alii denique Hyacinthini, in aureis intellige opera iustitię secundum quod iustitia (vt dicit Augustinus) est amor soli amato seruiens, & idcirco recte dominans, aurum quippe dicitur amor iste propter dignitatem. In purpureis intellige opera fortitudinis, propter sanguinis assimulationem, secundum quod fortitudo est amor omnia facile tolerans, propter id quod amatur. In candidis intellige opera temperantię, per quę cor ad verum candorem reducitur, secundum quod temperantia est amor integer & incorruptus in Deum. In hyacinthini, qui cœlestem habent colorem, intellige opera prudentiæ, secundum quod prudentia est amor sagaciter secernens ab his quibus impeditur, & iungens se eis, quibus adiuuatur. De istis coloribus voluit Deus in tabernaculo fieri velum & cortinas, & quædam pontificis ornamenta, docens nos quod si quatuor passiones cordis volumus temperare, ac rectas facere, oportet à beata Virgine auxilium captare, quę (vt diximus) sobrietatem, & prudentiam docet &c. Tertium quod facit ad voluptatem cordis Marię est fragrantia aromatum, id est, vehementia desideriorum, quibus accensa dixi, Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatis, vt pascatur.

Quid

Sapien. 8. Marię amor agit uirtutes cardinales. Cant. 2. Exo. 25. & 27. Mariæ desideria. Can. 6.

Quid enim est areola aromatum nisi cor virginis ordinatum desideriis, ex quo eius animus ascendit sicut virgula fumi aromatizans suauitatem odoris? Areola est parua area, vbi ordinatè plantantur herbæ, odoriferæ, de quibus non est modo dicendum per singula. Quartum est irriguum fontium, hoc est influentia charismatum, quam habet Maria pro se & pro suis, quoniam in Canticis dicitur, Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano. Eia ergo fratres videte si quis vestrũ indiget irriguo superiori aut inferiori, postulet illud a beata Virgine, quæ quo ad alterum dicitur fons aquarum Libani, quo ad alterũ uero dicitur, Puteus aquarum viuentium. est enim abũdans in omni gratia, quoniam cor eius plenissimum est, ita vt dicatur, Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum. Ecce quo ad se. Quo ad nos autẽ sequitur, Qui inde diuiditur in quatuor capita &c. pro ingenti maledictione beatus Iob dicebat de hypocrita, Non videat riuos fluminis torrentes mellis & butyri. Qui solum visibilia sequitur, quomodo poterit videre dona beatæ Mariæ, quæ velut riuos ubertim se diffundũt? qui ergo tantam ubertatem & affluẽtiam non uidet, quid sperat uidere nisi annos tantę siccitatis ut arare nemo possit? sed mirandum est, cur tam cito riui fluminis conuertantur in torrentes mellis & butyri. Irriguum ergo beatæ uirginis triplicem liquorem effundit nobis scilicet aquæ mellis & butyri, per primum ablutionem intelligimus peccatorum, ut animę nostræ sint sicut columbæ, quæ resident super riuos aquarum, iuxta fluenta plenissima. Aqua ergo ad incipientes pertinet, mel autem ad proficientes, est etiam purgatiuum, quia interius ac dulciter mundat animũ solicitudo interior. ubi anima fit quasi apis argumentosa pietatis exercitiis dedita. Qui ergo se pręstat operibus piis, & misericordię deseruit, equidem gustat riuũ mellis uirginei, qui a corde eius piissimo dulciter emanat, ita ut fauus distillans eius labia dicerentur. Ter-

Can. 34. Quadruplex irriguum mariæ.

Gene. 2.

Iob. 20.

tius riuus est butyri ad pinguedinem deuotionis, ita ri cupidus quisque dicat, Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. Sed quia fluuius de loco voluptatis egrediens in quatunt capita dicitur diuisus, & solum tria dixit Iob, de quarto etiam alibi eum audiamus dicentem: Petra fundebat mihi riuos olei. Ecce quartam emanationem ad vulnerum vnctionem, nec enim facile sanantur vulnera capitis, quia portio superior animæ nostræ habet adhuc uulnera spiritualia, non cito sanabilia, unde a planta pedis, id est, initio sensualitatis (vt ait Propheta) vsque ad verticem capitis non est in nobis sanitas, ideoque opus est; nos vngi oleo sancto, non oliuarum, sed petræ uirginei sanissimæ: quia uestigia colubri non reperiuntur in petra, ideoque oleum eius ualet contra serpentis damna. Quintum quod facit ad uoluptatem paradisi est ubertas fructuum, id est abundantia bonorum operum, quæ magna sane reperitur in corde Mariæ, quoniam Ezechiel dixit: Ex utraque parte omne lignum pomiferum, non defluet foliũ ex eo, & non deficiet fructus eius, per singulos menses afferet primitiua, quia aquæ eius de sanctuario egredientur, & erunt fructus eius in cibum. & folia eius ad medicinam. Hæc ille, ubi nota qđ Mariæ cor duas quidẽ habet partes, prima quidem est ad se, quia sui erat solicita nimis, altera uero respicit nos, quia uti Dominus solicitus est mei, sic & mater eius, quæ est & cunctorum uiuentium mater. Sed mirum est, quod ex utraque parte cordis eius inueniatur omne lignum pomiferum, nã si apud alteram partem est oẽ lignum, sequitur quod in altera nihil est. Tamen aduerte quod quia Mariæ cor non minus erat ad populũ dei quã ad seipsam, proptere a dicitur utrobique habere oẽ lignum pomiferũ, quasi nos æqualiter diligẽs uti se deligebat, quia nouerat illud. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Consilium beati Ioãnis erat, qđ qui hẽret duas tunicas, daret unã non habẽti. tamẽ uirgo beata partita est cor suũ nobiscum, qui alteram partem sibi reseruat, alterã uero nobis

Fructus Mariæ. Ezech. 47

Cor Mariæ est nostrum.

bis confert non uacuam, ſed habentem oē lignum pomiferum ſemper viride, quia nõ defluet folium ex eo, & nõ deficiet fructus eius. Imò per ſingulos menſes. i. p̱ ſingulos defectus noſtros, qui ſunt menſes lunares defectuoſi, affert nobis primitiua, vt quemadmodum iubetur in Apoc. prima opera faciamus, & ad priſtinam charitatem redeamus Sed hoc mirum eſt, quod ſequitur: Quia aquæ eius a ſanctuario egredientur. Iam ſuperius diximus cor Mariæ quadruplicem riuum deſtinaſſe, q̱d ergo dicitur habere aquas a ſanctuario? Quid vltra eget irrigatione cor, à quo quatuor flumina exeunt? Hic profunde aduerte, quod vti ſuperius diximus, beata virgo duas partes fecit cor ſuum, vt alteram nobis daret & hoc præſagium futurorum erat, nam filius eius simile opus fecit exiſtens in cruce, quia qñ vnus militum latus eius aperuit, cor Chriſti ſciſſum eſt in duo, vt ẽt ſic partiretur oĩa ſua nobiſcum, & tunc aqua & ſanguis q̃ fluxerũt de templo corporis Chriſti a latere dextro, vſque ad cor virginis effluxerũt, vt eſſent ibi ad plenũ fructus eius in cibũ, & folia eius in medicinam. Fructus eius pependit in cruce nobis aſſus, cuius verba ſeptem omnem languorem peccati ſanat. Sextũ quod facit ad voluptatem huius paradiſi eſt cantus auiũ, hoc eſt, gaudium & congratulatio angelorum, qui, referente Eſaia, videntes Deum in virgine tanquam in paradiſo & ſolio ſuo congratulantes ei, clamabant alter ad alterum, Sanctus Sanctus, Sanctus, Dominus Deus ſabaoth, plena eſt omnis terra gloria eius, & ea quæ ſub ipſo erat, replebant templum. i. cor virginis, quod ſemper habebat ſecum Deum, quod & angeli frequentabant, & replebant ſicut aues paradiſum terreſtrem. Nec mirum q̱a ſi gaudium eſt in cœlo angelis Dei ſuper vno pectore pnĩam agente, quanto melius deberent congratulari oĩum peccatorum aduocatæ? ſi de pueris Iudæis dictum eſt. Angeli eorum ſemper vident faciem patris mei, qui in cœlis eſt, quanto maiora dicemus de Maria innocẽtiũ matre? Vltimum ergo ad uoluptatem huius paradiſi requi-

Angeli ſunt cum Maria. Eſai. 6.

ſitum eſt vmbroſitas arborum.i. protectio diuinarum perſonarũ, de qua refertur, Gloria Libani ad te veniet, abies, & buxus, & pinus ſimul ad ornandum locum ſanctificationis meæ & locum pedum meorum glorificabo. Mons celebris Libanus paradiſum cœleſtem deſignat, qui ad cor virginis venit, nec mirum quia & pœnitentiã agentibus regnum cœlorum appropinquat. Sed gloria cœleſtis Libani eſt abies, & buxus, & pinus. ſ. pater & filius & ſpirituſſanctus qui alibi de viro mundi cordis dicunt, Ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus Manſio Dei, cor virginis eſt, nõ qualiſcunque, ſed ſanctificata & ornata, & glorificata, vnde propterea dixit: Ad ornandum locum ſanctificationis meæ, & locum pedum meorum glorificabo. Ergo ſpirituſſanctus ornat filius ſanctificat, pater glorificat Spirituſſanctus donis ſeptem ornat cor Mariæ: filius aũt ſeptẽ virtutib. pater autem ſeptem beatitudinibus, vt ſic virginis cor non ſolum ſit paradiſus terreſtris, ſed diuinus in terra per gratiam, & in cœlo per gloriam, vbi ab angelis frequenter audit Chriſtus, Beatus venter qui te portauit. Si propter fructum arbores beatificare ſolemus, lege Tractatum S. Bonauenturæ ſuper Aue Maria, vbi reperies duodecim fructus huius ventris, & tunc libentius beatificabis eum.i. beatum proclamabis.

Eſai.60. Trinitas eſt in Maria.

De panibus Euchariſtiæ in quarta dominica quadrageſimæ.

IN illo tempore. *Abijt Ieſus trans mare Galilææ, quod eſt Tyberiadis, &c.*

Sermo quadrageſimusquintus.

THEMA.

Eſt puer vnus hic habẽs quinq; panes. &c. Io. 6

SIcut omnis cibus abſque pane inutilis inuenitur. ſic oĩs doctrina, quæ adiunctã non habet gratiã, panis eſt

est vis ciborum & gratia Dei est verborum vis & anima vnde ait Esaias, Quare appenditis argentum nõ in panibus & laborem verum non in saturitate? nemo ex sermone satur euadet, quamuis plurimum prædicans laboret in sonoro argento eloquẽtiæ, nisi totalẽ in pane gratiæ habeat fiduciam, qui est pondus sermonis, tanq̃ lutum extimabitur argentum in præsentiarum si huic pani non adiungatur, quoniam aures potius sordidas reddet eloquentia quam deuotas sine pane gratiæ, qui non aures, sed cor hominis confirmat. Vnde noluit Spiritussanctus ꝙ inaures sponsæ suæ ex argento fierent, sed ex auro sublimiori, vnde ait, Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento. Pro muro aurium eas debuit habere sponsa, & ideo pruriẽtes auribus debuit declinare, ne conuertatur ad fabulas, quæ totam vim suam ab hominum eloquentia captant. scriptura autẽ sacra non sic, sed reuertitur ad eum qui fecit illam, vt qui verbum dedit, verbo suo vim tribuat, & incrementum per gratiam suam, quam obtinere non poterimus, nisi illa intercedat, quæ verbum carneum fecit, vt à carneis auribus audiri valeret, quod si ita est, ad ipsam fiducialiter accedentes dicamus ei, Aue. Expositio literæ. Narratur in Euangelio qualiter Christus se in montem contulerit, non iratus, sed ut locum daret iræ Iudæorum, quos inter fluctus duxit ab Aegxptiis, nũc autem naue indiget, vt fugiat eos, vel abiit tristis propter ipsius Ioannis decollationem, non tamen deseruit dulcedinem suam, sed trãsmeato mari, quod nomẽ ciuitatum circumcirca iacentium fortitur turba sequitur recedentem. Quidam curiosi, vt noua videant, infirmi vt sanet eos discipuli vt addiscant, gulosi vt comedant, deuoti, vt adorent, pharisæi vt calumnientur, nam signa facta super infirmo, & ẽt ipse quibusdam erat odor mortis in mortem, aliis aũt odor vitæ. Ascensio igitur monte, oculi Iesu nõ sublimes, sed humiles turbam conspiciunt insequentem, & philippum interrogat, vt deinceps solidior sit in fide, nec patrem quærat videre

Esa. 55.
Grátia est panis.

ocu-

Tentauit Deus Abraham sicut Philippum.

oculis:ut ergo eius eleuet animum,ait: Vnde ememus panes ut manducent hi omnes? tentatiua fidei hæc interrogatio extitit,ab eo facta qui quod esset facturus ipse, & responsurus ille sciebat, quia scrutans corda & renes deus. In responsione autem penuriam denariorum culpat, sed Andreas memor Helizæi: qui ex 20. panibus 100.satiauit homines, quamuis hoc impar esset miraculum, adesse puerum dixit quinque panibus oneratum, forte pro solis Apostolis cum duobus piscibus, quos multiplicare disponit,qui sicut arenam, maris afferre poterat uolatilia pennata. Iubet ergo ut homines discumbere faciant in uiridi fœno, millibus hinc inde compositis ab Apostolis: qui ex Christi interrogatione fidem integram lucrati fuerant. Nec penuria denariorum, & panum eos detinet, quin dispositis conuiuis, Christi manibus afferant panes benedicendos similiter & pisces, ex quibus quantum uolebant, turbis dederunt, non solum vt manducarent, sed vt sinum & gremium impleret: Vt autem impleti sunt, immo & (vt arbitror) onerati, fragmenta colligunt Apostoli, ne talia pereant, & ne huius miraculi fides euaneat, vnde (vt refert Matthæus)postea eis dixit Christus: Quot cophinos sumpsistis?ne putetur ergo phantasma,quod factum fuerat, frusta panum colliguntur: quia scriptum est.In reliquis tuis præparabis vultum eorum, scilicet mentem aptabis ad fidem:quia ideo aiunt. Hic est uere Propheta,qui venturus est in mundi redemptionem. In toto sermone de sacramentali pane agetur conformiter ad euangelium. Omnis scriba, id est, concionator doctus in regno cœlorum.i. Ecclesia profert de thesauro suo,id est pagina noua prius: quia meliora & vetera, hoc est nouo ueteri testamento vtetur: nec noua proferam tantum.

Verbo Dei ut Moyses poterant pasci, tamen ne delusio putaret panes auxit.

Matt.16.

Psal.20.

Prima pars.

Ampliora miracula Christum fecisse legimus:in quibus de gratiarum actione nulla fit mentio: sicut in isto: quod quanuis magnum sit in se,maximum est in figura: repræsentatur enim in hoc conuiuio eucharistiæ sacramen-

cramentum, & membratim describitur: de quo immediatè post hoc miraculum plura narrantur, sed quantũ ad præsens euangelium, aduerte quod uita humana dicitur mare, iuxta illud Psalmi. Commouisti terram, & conturbasti eam: sana contritiones eius: quia commota est. Vnde maris conteruntur hinc & inde atque in mundo pariter isti conteruntur ad dextram illi uero ad sinistram: isti in prosperitate: illi in aduersitate: quę sunt duo littora præcipua maris mundani: quibus alliduntur nauigatores eius: nam ideo dicitur. Cadent a latere tuo mille, & decem millia a dextris tuis, Mare habet fluxus & refluxus: & sic mundus fluxus suos habet, dum quotidie tot nascuntur: & crescit, & habet reflexus suos, dum quotidie tot moriuntur, & decrescit. Ecce igitur quomodo mare est mundus, mercatores & nautæ uarias habent nauigationes in uario mari, & sic uarios uiuendi modos habent homines in mundo, nam multiplex est
mare, sicut multiplex inuenitur uita, Mare tumens uita superborum, est cuius mirabiles sunt elationes cum deiectione confusionis. Mare feruens dicitur cor impii a-
uari. Et mare rubrum uita luxuriosa est, ubi multi suffocantur ut porci. Et mare desertum dicitur inuidus qui unus uult esse & secundum non habere. Mare mortuũ dicitur accidiosa uita: quia biger est quasi dormiẽs in medio maris. Mare mortuũ dicitur in scriptura quia nullus piscis potest ibi uiuere, sic nec in pigro locum habet aliquod bonum exercitium. Hæc maria relinquere retro debet accepturus corpus Christi: quoniã quod libet prædictum mare, teste Iob, loquitur de Christo dicens: Nõ est mecum, sed in alio mari optimo, de quo ait Euangelium: Abiit Iesus trans mare Galilææ quod est Tyberiadis. Mare fuit uita Iesu, quia ei dicitur in mari uia tua, ex eo quod factus est uiator, sed eius uita non fuit mare turbidum, immo adeo tranquillum, quod uitreum dicatur simile crystallo. In hoc mari non sunt uenti pugnantes sicut in mari nostro, & ideo dicitur Galilææ, quasi mare uolubile, aut ronans:

Mare est multiplex quod est uita hominum.
Esa 57.
Hiere. 51.
Prou. 23.
Iob. 28.
Apoc. 4.
Dan. 7.
Relĩquo mundum & uado ad patrẽ nos aut econtra.

quia

quia ſemper reuertitur in Deum, qui ordinat mutationes naturæ volubilis, quam pro nobis accepit, vt nos nauigare doceat, qui eſſe debemus ſicut rota in medio rotæ & ſumus dum actiones noſtras in Chriſto facimus, & in nomine eius, quia ſcriptum eſt, Venient e mari ad mare, hoc eſt de mala vita noſtra ad bonam ſuam.

Vnde hoc mare dicitur etiam Tyberiadis, quod interpretatur bona viſio, quia in vita Chriſti videntes deum omne bonum noſtrum morale videmus, ſi oculos mundos teneamus. Hic ergo Ieſus abiit trans mare vitæ huius, quando finis venit humanæ vitæ ſuæ. Non dicitur quod ibat, ſed quod abiit, nam ipſi lento greſſu & inuoluntario imus ad mortem, immo inuitè trahimur, ſicut nautę qui inuite nauigant tempeſtate vrgente, & tunc portum captare nolunt, timentes ibi naufragium vbi ſæpius accidere ſolet. Ieſus autem ſciens, quia a Deo exiuit, & ad Deum vadit, tranſmeare non pertimeſcit, immo coartatur nimis donec nauigationem vitæ humanæ compleat, & ideo quaſi euolās abiit qui in via peccatorum non ſtetit. Hic nobis quærendum eſt.

Cur Dominus Ieſus nauigationem vitæ ſuæ peragere voluit, antequam hoc euchariſtiæ ſacramentum inſtitueret, nam prius abiit trans mare, & in fine vitæ humanæ ſe conſtituit? quam illud inſtitueret, ideo n. ait Ioannes. Sciens Ieſus quia venit hora eius, vt tranſeat ex hoc mundo ad patrem, ecce quomodo abire volebat ſi noſtro relinqueretur arbitrio, forte conſuleremus Chriſto, vt ſicut Aſſuerus dum vita florebat, hoc faceret conuiuium.

Tamen noluit niſi in fine vitæ illud exhibere ſuis primo vt ſcirent communicaturi ac celebraturi omnia mūdana poſt tergum relinquenda ſaltim pro tunc, q̄a tali tempore nos conuenit eſſe abnegantes impietatē & ſecularia deſideria, nam hoc eſt viaticum non pigrū,

ſed bonorum uiatorum uolentium iam peregiſſe, iam Chriſtus ergo morti proximus hoc ſacramentum condidit, ut recipiens illud ſuam & Chriſti mortem recolat, ſecunda ratio, quam adducit Hubertinus, ſtat ī hoc quod cum hoc ſacramentum nos faciat in Chriſto manere, & Chriſtum in nobis, per illud uoluit Dominus tunc temporis Apoſtolos habere in pectore ſuo, ut ſecum eos deferret etiam ſuper crucem, tertia ratio eſt, quod cum hoc edulium ſanctum fidei ſaccremrntum præſtat, atq; Apoſtoli Ieſu imminente paſſione eius plus indigerent fide quam antea, uoluit eis ſubuenire et eosq; edulio fidei ſatiare, ne omnes negarent, ꝓpterea nanque beatus Cyprianus paſſuris martyribus ſtatuit euchariſtiam dari ad ſtabilimentum credulitatis. Ad hanc tertiam rationem facit, quod in præſenti ſubiungitur Euangelio. ſ. & ſequebatur eum multitudo magna, quia uidebant ſigna quæ faciebat, ſuper his, qui infirmabantur.

Cur Chriſtus morti proximus inſtituit euchariſtiā, memoriā fecit mirabilium ſuorum, eſcā dedit timētibus ſe.

Chriſtū ſequebatur Iudæi ob ſigna uiſa, de quo eos carpit dicens. Niſi ſigna & prodigia uideritis, non credetis. Vnde ſigna maiora in Chriſto ſignū erāt minoris fidei in ipſis. Sed ne nobis deſint ſigna, in ea euchariſtia fecit, ubi innouat ſigna & immutat mirabilia, tamē ꝙa fidem gentium ſæpe minatus eſt, ea tali mūdo facere decreuir, quod non ſolum minime fidem minoraſſent, ſed ei magnum impenderent augmentum, & ideo in conſecratione ſacramenti altaris, ipſum ſacramentum uocatur myſtericum fidei, ubi plura miracula credimus, quam alibi fecerit Deus, tamen quia in myſterio abſcondito fiunt: occaſionaliter fidem augent, taliter quod nullibi plus mereamur, quam ibi in credendo, unde Auguſtius. Crede & manducaſti. Cibas fidem eſt hic, quod plus cibatur, qui ampliorem fidem adhibet. Infirmi ſumus, o fratres in credendo, & Chriſtus in hoc ſacramento adiuuat incredulitatem noſtram, ut cum eo aſcendamus

De Sion exiuit lex euchari-ſtia. ad montẽ de quo ſequitur. Subiit ergo Ieſus in montem &c. Aduerte, ꝙ mons iſte, prout ad rem pertinet, mons Sion eſt, ubi ſacramentum euchariſtiæ cõficitur

Pſal. 67. unde Dauid ait: Mons Dei mons pinguis, mons coagulatus, mons pinguis, ut quid ſuſpicamini montes coagulatos? mons in quo beneplacitum eſt deo habitare in eo: etenim Dominus habitabit in finem. Cum quilibet mõs ſit dei, hic ſpeciali opere appropriatur deo. Et dicitur pinguis, quia pinguis eſt panis Chriſti. Coagulatus dicitur, quia quem cœli capere nequeunt, parua hoſtia continetur. Vel coagulatus eſt, quando ſe nobis paruulis cibum fecit Chriſtus. Nec uult Dauid ut amplius ſuſpicemur alios coagulatos montes, ubi Deus mirabilia fecit, quia hic dicitur eſſe in uertice montium, ex eo ꝙ hic altiora operatus ſit deus noſter. In ſolo monte Sion fecit deus habitationem ſibi uſq; in finem, & conſummationem ſeculi, quando inſtituit ſacramentũ, in quo realiter eſt. In hoc monte ſedere dicitur per ſtabilimentum frumenti & uini, & diſcipuli eius cum eo, quibus conficiendi poteſtatem contulit. Immo & nos aliquo modo ibi eramus, quia ſequitur Erat autem proximum paſcha &c. Quando hoc ſacramentum inſtitutũ eſt, paſcha immolabant, & hic mortem Chriſti annũciamus donec ueniat, in eo iteratur paſcha noſtrũ immolaturq; Chriſtus manens uiuus, in cuius ſignum patriarcham Abraham in monte hoc (qui antea Moria dici conſueuerat) filium immolare diſpoſuit ſuper altare. Ecce igitur qualiter proximum habemus paſcha noſtrũ in hoc ſacramento, ſi ei diem feſtũ agere maluerimus. In hoc mõte ſubleuaſſe dicitur oculos Ieſus, quibus oĩa nuda ſunt, quos quanuis deiectos habeat nullũ eis latet ſublime. Sed eos nunc ſubleuat, quia ſe accingere uult ad maiora, qui humiliat & ſubleuat. Maxima uenit ad eũ multitudo, & ſic maxima facere curat. Par-

1. Reg. 2. ua multitudo deũ ſequebatur in lege naturæ, maior in ſcripta lege: maxima in euãg. prædicato omni creaturæ primis in Noe carnes conceſſit tanq̃ infirmis, aliis aũt

uti

uti fortioribus dat manna in deserto: nobis autem dat cibum grandium: suam videlicet carnem & panem angelorum uiuum & verum. In lege naturæ bene institutæ dedit eis lignū uitæ: ꝙ, ut ait Aug. erat eis pro sacramento, nūc aūt nos omnia in euchariſtia recipimus scilicet carnem Christi & uinū nostri Noe scilicet sanguinem, & manna deitatis, quæ omia simul in euchariſtia sunt nobis ad protrahendum uitam gratiæ uerū sacramentū. Quod Iesus in monte Sion oculos leuasset, primum quia dum ibi erat, ait Ioan. de eo: Iesus subleuatis oculis in cœlū dixit. Pater uenit hora, clarifica filiū tuū ut filius tuus clarificet te, sicut dedisti ei potestatem oīs carnis, ut omne quod dedisti ei, det uitā ęternā. Hæc uita æterna est euchariſtia, quia ut ait Christus qui ꝑ hāc clarificatus est, eā manducantes habent uitam ęternā. In cœna, potestatem oīs carnis habuit Christus, uocans ea q̄ non sunt, tanquam ea quę sunt: cui omnia dedit ei pater in manus, unde ibi memor fuit nostri iusta id: Faciens grande conuiuium pueris suis, recordatus est inter epulas. Dum optimum prandiū habemus, amicorū recordare solemus. maxime ꝙ euchariſtiæ conuiuium omnium multitudini factum scimus, per Esaiæ uaticinium dicentis. Faciet Dn̄s exercituū oībus populis in monte isto: hoc conuiuiū pinguiū, conuiuiū uindemiæ, conuiuiū pinguiū medulatorū uindemiæ defæcatę scilicet sanguinis gloriosi & medullæ tritici deitatis suæ. Ecce igit̄ qualiter nos in spiritu iuimus ad Christū in mōtē Sion, qn̄ conuiuiū sacramēti facere disposuit, & ipse oculis subleuatis ad patrē, misericorditer nos respexit.

In euchariſtia est omnis cibus.
Ioan. 17.
Clarificatur in euchariſtia Christus quia ibi fuit impassibilis
Gen. 40.
Esa. 25.

Nunc quod sequitur in euang. parū ad rem istam ꝑtinet, quia tentans eum Iesus, quærit. Vnde ememus panes, vt manducent hi, ipse enim sciebat quid esse facturus qualitercunq; responderent Apostol. Statutum est apud me, ait Deus, quod in conuiuio facere decreuit, quanuis oēs stupentes dicant, Quomodo potest hic nobis dare carnē suam ad mādučādū? vt miraretur mūdus prædixerat Christus eduliū istud, anteq̄ fieret tn̄ hoc

dixit

Philipp⁹ tenet figuram dicentium, quomodo potest hic nobis dare carnē suam ad mãducãdum ? quinque panes eucharistiã figurãtes

dixit tentans eum, ipse enim &c. Tamen quia est inter nos Philippus.i.intellectus & Andreas.i. affectus qui dicitur frater Simonis Petri quia constans est, si primus respondisset, fortè deficeret in prouisione, quæ confortata est,& non poterit ad eam, uel diceret cum Philippo, ꝙ hoc donum pecunia emi non potuit si pro eo daremus omnem substantiam domus nostræ,omne.s bonum naturæ & fortunæ, quę sunt uelut ducenti denarii ergo affectus dicat. Est puer vnus hic.s.populus Hebræorum,habens quinque &c. quem ut seruum antea rigide pauisti austero cibo sacrificiorum. Hæc nihil ac ferè nihil sunt inter oēs.s.perfectos & imperfectos,sed appone Dñe tu manum tuam omnimodam, & aliud erit q̃ fuit.Iuste in ordeaceo pane signatur eucharistia, cuius accidentia uilia sunt, sicut & ordei, tamen admodũ salutifera est medulla. Sed numero quinario signat̃ in panibus hoc manum sacramentum: ex eo quod quinque modi panum fuerint in vteri testō,signantes istum panem nostrum quotidianum, de quib.dicitur:Offerēt panes absq; fermento,consperfos oleo, & lagana azina uncta oleo,coactamq́; similam,& colliridas olei admixtione conspersas:panes quoque fermentatos cũ hostia gratiarum,quæ imolatur pro pacificis, ex quibus unus pro primitiis offertur Dño,& erit sacerdotis. Ecce qualiter ex quinque modis panum unus. s. eucharistiæ nũc offertur Dño, & est sacerdotis ministrantis eã. Quinq; in unum resoluuntur, quem sigillati figurant tanquã multa imperfecta unum perfectum.

Leuit.,7.

Primus ergo modus panum erat absque fermēto,ut ibi Christi manifestaretur innocentia, & cõspersus oleo misericordiæ Dei nostri Secundus est lagana qui est panis tenuis & latus,ubi extensio Christi charitatis monstratur.Tertius est similia coacta,& est quędam species panis primo cocti aliquantulũ ,in aqua calida & postea in clibano. Quarta species panis est collиride, & sunt panes ualde tenues,qui alibi uocãtur crustulæ,quia totus erat quasi crusta & nil de mica. Quinta species panis fermentati

mentati dicitur. Hi panes diuersimode præparantur, vt narratur in Leuitico, quia aliquando in clibano co- Leuit.2.
qui iubentur aureo, & tunc significat corpus Christi in vtero virginali, vbi formatum fuit spiritussancti virtute. Panis etiam in sartagine frixitur, & Christum signat in maxima anxietate, nam immmente passione, factus est eius sudor sicut guttæ sanguinis decurrētis in terra, ubi suo sanguine frixus uidetur, ubi perfecta cha- Luc. 22.
ritas foras mittebat timorem cū labore. Panis quoque in craticula coquitur, quia Christus in crucis ara præ- Heb. 5.
paratur, & patitur. Item in calida aqua feruet panis, quia Christus habet aquam calidam deuotionis, maxi- Panis
me quando clamans spiritum emisit cum lacrymis, iux- quintu-
ta id Pau. Preces supplicationesq; cum clamore ualido plex.
& lacrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia. Gene.18.
Vel si quinarius hic panum minime placet, uide Gala. Exo.4.
in cap. lect 55. ubi ait. Quantum ad materiam quæ est Leui. 23.
panis significatur, in panibus angelis ab Abraham obla 3.Re.19.
tis. Et in panibus propositionis Exodi. Et primitiarū in Iudic. 7.
Leuitico. Et Heliæ subcineritio. Et in ordeacea uoluta- Iacob. 1.
to in hostes In his quinque panum generibus, significā tur quinque, quæ sunt in Christo, per panem significata, scilicet naturæ puritas, naturæ sanctitas regalis dignitas, nutrimenti efficacia, super inimicos triumphans humilitas. Primus panis, confectus est ex tribus satis similæ purissimæ, ubi triplex puritas innuitur in Christo, scilicet puritas deitatis sine furfure mutabilitatis, iusta id. Apud quem non est transmutatio nec uicissitudinis obumbratio. Puritas animę sine furfure peccati originalis sortitus sum an mam bonam. Puritas corporis sine furfure libidinis, quia ibidem sequitur. Cum es- Sapien.8
sem magis bonus ueni ad corpus coinquinatū. Naturæ sanctitas claret in pane propositionis, q. dicitur sanctus, quem manducare non licuit, nisi sanctis & in loco sancto. Primitię etiam de optimis terræ frugibus erāt, ideo ibi dignitas Christi. In alio pane Heliæ efficacia Christi, Iosue. 5.
quia nō desit uiatoribus sicut p totam uiā deserti dees-

ſe non potuit mana. Quinto Chriſti victoria per humilitatem obtenta, ſignatur in pane ſubcineritio, & ordeaceo, funditus ſubuertente caſtra Madian. Poſtquam ergo late conſpexiſti, cur in numero quinario ſint panes, Chriſtum in sacramento ſignantes, nunc de duobus piſcibus aliquantulum accipe, quia duo hi piſces duas inſtitutionis cauſas huius ſacramenti oſtendunt, prima timor eſt, ſecunda autem ſapiẽtia pro timore. ergo aduerte quod ipſe Chriſtus timuit, quãdo literaliter turbam pauit in monte, ne deficerent in via triduo ſuſtinentes eum. maxime quod quidam eorum de longe venerant, nec ſibi quæſierant eſcas. Nobis igitur timendum erat à quibus longe ſalus eſſe dicitur, qui non niſi porcinis vtimur cibis, ne ergo deficias in via, Chriſtus hunc cibum tibi reliquit, vnde vt ait Ricardus in quarto, diſtinctione octaua. Sicut quãdo pueri ſunt in matris ventre cõcepti, oportet vt matres electos comedant cibos, vt fœtus creſcat alimẽto tali fotus, ne forte moriatur alimẽti penuria, vel malitia, ſic dum genus humanum regeneratũ eſt per Chriſtum, ſpe viua in eccleſiæ vtero ſacramentũ inſtituere oportuit, quo vita gratiæ in baptiſmo recepta nutriretur, & hoc altaris extitit ſacramentũ, in quo eſt fons ſpiritualis vitæ, & munera DEI coagulata, eructãtia ex hoc in illud. Iuſtum quippe fuit vt homini daretur in legis gratiæ initio cibus fortis dilectionis, quãdo cœli viator immediate conſtituitur, quoniam vt ad tantam volaſſet gloriam neceſſe habuit uti talis ſubſtãtiæ cibo, quod non deficeret nam Euangelica via arcta eſt, & ab omni vitio aliena, quam currere non valemus, niſi hoc alimento ſuffulti.

Sic ergo primus piſcis timor Chriſti ſit, qui ſolicitus fuit pro nobis, in aqua ſalſa & in manu ſiniſtra Chriſti inuenire hũc forte poteris, ſed in manu dextra eſt alter videlicet ſapientiæ, nam nullo modo patebat Apoſtolis via, qua in ſolitudine illam poſſet ſaturare multitudinem, donec ſapientia Chriſti facile adinuenit hoc ſacramẽtum nobis minime inueſtigabile, quo panem nobis

Timor & amor eucharistię.

dedit

dedit dignum intellectus sui, vt nostrum omnem intellectum in eius obsequium captiuaret, & totaliter liberos redderet ab omnium legalium onere, & stultam iudicaret in hoc omnem mundi sapientiam reprobatam, vbi non est nisi aqua sapientiæ salutaris. Nec alius sensus locum habet nisi auditus, qui fidei ianua est, & ideo relinquitur nobis, vt vocem Christi audiamus dicentis, Hoc est corpus meum quanuis ergo isti quinque panes in se parum ualent in manibus Christi consecrātis omnes poterūt satiare, nec unquam deficient Vnde sequitur. Facite homines discumbere ut scilicet suam negent sapientiam, sicut inuitatus ab altero, qui nil aliud nisi sedere facturus est ad mensam, inuitanti omnem ciborū curam relinquens. Christo igitur conuenit parare mensam populo suo, quia sapientia ædificauit sibi domum, miscuit uinum & posuit mensam. Apostoli autem prædicatores & sacerdotes moneant homines ad conuiuiū, & faciant homines discumbere sicut Apostoli fecerunt qui audientes Christum dicunt. Veni sede ad mensam. Taciturnus & non quæstionarius venias ad mensam Christi, quia scriptum est Eccle. 32. In medio magnatorum loqui non præsumas, & pro reuerentia scilicet si dei accedet tibi bona gratia, nam nemo digne accedit ad eucharistiam, quæ interpretatur bona gratia, sine eo quod accipiat bonam gratiam. De mensa autem ubi fit conuiuium sequitur. Erat autem fœnum multum in loco. Fœnum de quo non implent manum suam Iudæi nec sinum, cerimoniæ sunt nullius ualoris, quę benedictionem Domini super eos obtinere non ualuerunt ob seruantibus eas, nec iustum potuerunt facere seruientē ut ait Paulus. Harum plurimum erat in monte Sion, quando Christus eucharistię sacramentum instituit, quoniam prius iuxta ritum Iudaicum agnum comedit paschalem, cum lactucis agrestibus, & pane azimo, lumbis accinctis, & manibus baculos tenentes, ac etiam sic festinanter ut intestina deuorent. Sed hoc fœnum equidem fuit, & pedibus conculcandum, tamen tunc fecit

Chiſtus ſicut optimus antigraphus, qui prius ſignat graui plumbo figuram, quam poſtea decorare vult, nec punctum egreditur à prioribus ſignis, vt pulchrum & lineatum faciat laborem. Sic Chriſtus qui effigiare venerat Euangeliū ſuꝑ lineamenta à patre poſita veterum figurarum ex grauibus ac oneroſis cerimonijs facta, quæ velut plumbum importabile antiquos moleſtarant, nunc eas pulchris coloribus ac myſticis ſacramentis decorat, taliter quod oneroſum remaneat ſopitum & decoratum: nam fœnum pro menſa pulchra deſeruit & ſternitur: & ſic agnus paſchalis Iudæorum (quem ante cœleſte comederant ædulium) deſeruit pro figura agni Dei. Nunc ſequitur in Euangelio diſcumbentium qualitas, de qua dicitur. Diſcubuerunt ergo viri numero quaſi quinque milia, Si vir dicitur à virtute prædominante, bene conſtat, quod pro ſolis mentibus virtute præclaris, hoc ſacramentum conditum eſt, a quo nec pueri, nec mulieres alieni ſunt; & ſi virtus inueniatur in eis, & morum præluceant honeſtate, vnde hæc noſtra ſacramenta non ſunt inuidiæ ſeminarium, ſicut antiquæ cerimoniæ, vbi mares tantum edere poterant ſacrificium. In numero etiam quinario & milleno myſterium eſt inuenire, quia cum ſponſo non ſunt ingreſſæ niſi quinque virgines, & hæ prudentes, quæ quoniam tales ſunt pro quinque millibus computantur, vnde quodcunque myſterium ab Auguſtino, Gregorio & Origine allatum in quinnario virginū aptari poterit quinario milleno diſcumbentium in præſenti conuiuio, de quo ſequitur: Accepit ergo Ieſus panes, & cum gratias egiſſet. diſtribuit diſcumbentibus. Bene congruit hoc cœnæ dominicæ, vbi Chriſtus accepit panem in ſanctas ac venerabiles manus ſuas & eleuatis oculis in cœlo ad Deum patrem ei gratias agens conſecrat azimum. Gratias agit Chriſtus, vt bonam gratiam nobis conficiat, quæ eſt euchariſtia, vt nobis hanc tribuat gratiam, intulit gratias Patri, cuius facies

Euchariſtia eſt panis omniū uiatorū.

Lingua eucariſtiæ lignum uitæ.

plena

plena est gratiarum. In gratiarum actione ostēdit, quā to Christus desiderio desiderauit illud pascha manducare cum Apostolis & nobiscum, quibus ex industria totum reseruatum est conuiuium. In acceptatione aūt panis aduerte, quod aliqui conati sunt dicere Christū hypostatice assumere substantiam panis consacrati in vnitatem suppositi sui, uti assumpsit humanitatem, quæ vnio hypostatica sufficit deificare panem, ac celest diuinum & viuum facere, sed communiter teneamus cū Beatus Thoma, quod cum Christus purificari nequeat stabiliuit eius sapientia quod per conuersionem alicuius, in ipsum esset, vbicunque sacramentum conficitur, ex quo restat, vt non Christus pluries fiat Christus, aut plures fiant Christi, sed vt plura fiant Christus mirabili acceptione seu conuersione in ipsum. Distribuit igitur se Christus discumbentibus in altari per manus sacerdotum, sicut olim super mōtem distribuit panes Apostolorum manibus, vbi notandum quod sicut tūc tātum erat in fragmento, quantum ante in toto, sic nūc distributa hostia, sed nunc sicut & ibi quantum volebant ipsi conuiuæ datur eis, quia potestati & voluntati nostræ relinquitur fruitio sacramenti, vbi dilata qualiter maiora maiori distribuit Deus libertate, vt patet in sole qui quo preciosior est amplius se diffundit. Velimus igitur multum frui tam optimo sacramento fratres, quia non semel in anno, sed quantum voluerint, dabitur fidelibus In regio Assueri conuiuio dicitur, ꝙ nemo erat qui nolentes cogeret ad bibēdum, nec opus erat, nam vinum & alimentum magnificentia regali dignum erat, ideo ipsamet dignitas sibi cogat nos adeo vt dicatur de nobis id quod sequitur in Euangelio.

Vt autem impleti sunt, non ait saturati sunt, impleri possumus sacramento, non tamen saturari; quia si beati possumus hanc Christi iustitiam amplius sitire debemus. vt iustificemur adhuc. Sed væ nobis quia iam similes vulgo Israelis manna fastidimus; Deus non satiatur datione, & nos satiamus receptione, cum

ipsa receptio locum faciat ampliorem recipiendis, si bona est solum causamur indignitatem nostram, cum accedere oporteat ad hoc vt digni reddamur. Hoc soli sacramētum implet nos,beatus qui implet desiderium suum ex eo, quod etiam implet Deum,nam nec Deus amplius dare potuit nec nos accipere. Postquam Deus misit hanc saturitatem in animas fidelium , non solum venter eorum sed animam Deus hoc impleuit ædulio, quæ quo amplius impletur amplius capit. De hoc siquidem sacramento dicere valemus id Thobiæ, Bonis omnibus per eum repleti sumus,sed tanta est eius largitio quòd implens sibi locum parat. Nunc non restat nisi vt cophinus vacuos frustis eius impleamus, vt in hoc sit nobis cura de crastino gloriæ,iam ergo duodecim cophini fragmētorum duodecim gratiarum congeries sunt;quæ ex hoc nobis sacramento perueniunt velut duodecim fontes quorum non deficiunt aquæ.

Fructus eucharistię.

Primo igitur vitam multiplicem gratię operatur in nobis,quia venit vt vitam haberemus & abūdantius. Propter hoc viuimus,mouemur & sumus. Secundo purgat multiplex peccatum,melius quam carnes sacrificii tactæ,quia hic est agnus Dei. Tertio minuit stimulum & multiplicem fomitem carnis, quia est mihi fasciculus myrrhæ a corruptione præseruans. Quarto roborat,vt manum mittamus ad fortia,sicut Paulus qui cum accepisset cibum cōfortatus est. Sāguine hoc animamur. Quinto auget gratias & virtutes præhabitas,quia dicitur,Modicum habuisti antequam venirem, nunc diues effectus es. Sexto restaurat deperdita spiritualia a nobis scilicet,quos comedit locusta & brucus,eruca & erugo,quæ sunt quatuor cordis passiones. Septimo illustrat multiplici lumine intellectum,quia in hac fractione panis cognoscimus Christum. Octauo præseruat a peccatis futuris, quia parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me. Nono terret dæmones,quia est sicut acies ordinata, & visa pro visione nostra fugiant Decimo dat multiformis gloriæ pignus,

non

non minoris valoris quam ipsa se ipso subarrat hic animam Christus, qui ob zelum domus Dei, quæ est ecclesia & anima, comestibilem se fecit. Vndecimo dulcorat nostras amaritudines sanans contritiones, animæ, quæ ait, Sub vmbra illius quem desiderabã sedi & fructus eius dulcis gutturi meo. Sicut vmbra solem abscõdit, sic accidentia solem Christum, tamen temperatur vt gustari possit a nobis si ei vacentes sedemus vt sicut adipe & pinguedine Christi, nunc repleatur anima nostra. Vltimus cophinus integra est ad gloriã perductio & ad montem Dei Qreb per cibum vetitum eiecti a paradiso, reducuntur per hunc eis cõcessum cibum. Nam si ad arcam gloriæ ex qua per peccatum egressi sumus. regredi cupimus, columba docuit nos, hunc ramum viridem oliuæ in ore deferre, quanuis in pœnales aquas purgatorii cadamus, quia propter hoc Abacuc detulit cibum messorum in lacum leonum vbi captus tenebatur Daniel. Hoc sacramentum præcipue messoribus ecclesiæ institutum est, sed angelus per Abacuc qui est sacerdos, defert in purgatorium. si capillus intentionis dirigatur ad hoc, per quem delatus est cibus afflicto vsque dum eductus faciem regis glorię videat in paradiso cœlesti, vbi accidentibus remotis panem angelorum manducabimus facialiter gloriam Dei cernentes, ad quam nos perducat Iesus Christus, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat Deus.

Quartæ dominicæ quadrageſimæ de panibus pœnitentiæ.

Sermo. XLVI.

T H E M A.

Eſt puer vnus hic habens quinque panes hordeaceos. Ioan.6.vt ſupra.

Innocatio ad virginem.

Maria benedicit menſam ſermoni.

IN præſenti dicitur euangelio, quòd cum accepiſſet Ieſus panem,& gratias egiſſet,diſtribuit diſcumbentibus,vbi ſecundum Chryſoſtomum de menſæ benedictione docemur,quia cibus benedictione carens diſtribui non debet,ne ſtomachum diſrumpat,neq; comedi, ne fiat menſa noſtra coram nobis in laqueum,& in retributionem,& in ſcandalum,ſed hoc etiam ſeruari debet in ipſo ſpirituali prandio ſermonis, vt ſaltē fragmē aliquod in memoria colligat nō ſurdus auditor, inſtar ouis Dñicæ quæ poſt paſcua ſeruat in ore,ꝙ in ſecreto ruminet a paſcuis reducta.Vos ergo fratres oportet fragmenta ſermonis colligere,vt poſtea domi ſedentes,dētibus meditationum mandare valeatis.Sed minime ſernamus niſi admodum dulcia,& ſermo dulcis eſſe non põt,niſi vt dixi bededictus ſit, nā benedictio dulcorat, & virtutem tribuit benedictio,eo ampliorem quo beatior eſt manus benedictionem largientis. Et qm̄ Maria talem habet prærogatiuam, ꝙ quia eam benedixerit, benedictionibus amplius repleatur, quam benedicens Iacob,& Mariæ benedictio benedictionibus obtēra dulcior eſt,ad eā vt benedicat linguam meam ad loquendum,& aures veſtras ad audiendum recurrentes dicamus, Aue Maria gratia plena Dominus tecum,benedicta tu in mulieribus,& benedictus fructus ventris tui.

Moralis

Moralis expositio euangelii ad panes pœnitentiæ requisitos.

PRætermittam nunc panes iustorum qui cum exultatione comedendi sunt,& in præsentiarum panes pœnitentiæ pertractare curabo, per quos digni efficimur eucharistiæ sacramẽto,quia Paulus ait:Probet seipsum homo & sic de pane illo edat.Et hi lacrymis sunt miscẽdi,vt teneriores fiant dentibus paruulorũ. pro quo aduerte,ꝙ in sacra scriptura contritio dicitur mare iuxta id:Magna est velut mare contritio tua. In hac pereunt Aegyptii(hoc est peccata) quando vt dicitꝰ in Psalmo, Operuit eos mare,& vnus ex eis non remansit,vbi notatur integra remissio,nam oculus carneus Deo non est, vt nobis qui partim remittere debitoribus solemus, & partim seruare punienda.Deus aũt sicut quãdo peccas totam simul a te charitatem & zelum suum aufert, sic dum tu integre pœnites omnia remittit.Paruum mare habet,& forte non sufficiens Aegyptios operire,qui parum de peccatis dolet,nec amaritudine repletur,ut illa Noemi pulchra nimis. Siccatum video hodie contritionis mare in peccatorib.ac si iustorũ facta habeant,& calle sicco transire valeant ad promissionis terrã. Sunt enim quidam dicentes, Doleo quia nõ mea peccata mihi doleant,pœnitet me quia non me pœnitet ea perpetrasse.Hi ignorare iudicantur vim veræ contritionis, quæ est velut mare magnum,& tam magnum quantũ fuit peccatorum pondus,mare igitur dicitur contritio quia morticinia extra ad littus oris proiicit, o peccator si esset velut mare contritio tua,sicut est illa, quę iussa est ibi,Filia populi mei accingere cilicio, & conspergere cinere,luctum vnigeniti fac tibi;planctum amarum.Planctus amarus est mare contritionis, quo totam se abluit anima,& balneatur cor eius. De hoc igitur mari dicitur in præsenti Euangelio.Abiit Iesus trãs mare Galilææ, quod est Tiberiadis. Iesus est peccator,si tamen cupit animam suam saluam facere, quia

tamen

Marginalia: Tre.2. Cõtritio dicitur mare. — Iere.6. — Cõtritio est mare magnum

tamen multiplices sunt peccatores, quidam longe sunt ab hoc mari, ac supra mare fugiunt ab eis, quorum anima est sicut terra inculta, immersa negociis secularibus. Quotidie peccantes, & nunquam de peccato vt doleant cogitantes. Alii habitant in ripa huius maris quia compunctione potantur aliquando, de quibus di-
Deu.33. citur. Inundationem maris quasi lac sugent. Hi sunt homines, quibus sæpius vitam infructuosam cogitare placet, non solum in agro, sed domi sedentes salutem suam meditantes. Alii vero longe his fœliciores quotidie planctum, & gemitum habent, sic commissa deflent quod deflenda non committant, & sibi dictum pu-
Exo.14. tant, illud Exodi. In conspectu eius castra ponetis super mare. Ad oculum est inimicus nullibi melius, quam in his aquis conterere possumus capite eius, sed iam tempus est ut abeamus trans mare Galileæ, quod est Tiberiadis, & fiet si ex contritione ad confessionem properamus, nam Galilæa dicitur volubilis, & voluere oportet vitam nostram vt terga demus vitiis, virtutes amplectentes, sed hoc non fiet nisi excutiamus, & scrutemur conscientiam nostram, & ideo Tiberiadis bona interpretatur visio bona, idest, integra visio, quia consideratio intensa nimis facit ad contritionem peccatorum, & dicitur bona, nam est quædam visio mala, dum scilicet peccatum vides, vt complaceas, sed dum illud vides, vt confitearis, optime facis, quia nil gratius videt vulneratus, quam vlcera, ad sanitatem properantia, in qua congaudet, vnde ait Augustinus. Peccator de peccato doleat & de dolore gaudeat. Sic ergo a mari contritionis in montem cōfessionis abire oportet, quia scriptum est. Initium sortis Iudæ a summitate maris sal-
Iosue.15. sissimi vsque ad mare magnum. Iudas interpretatur cōfitens. Sors huius est, vt confiteatur peccata sua, nam
Cōfessio est mons. a mortuo in est, ab ostinato peccatore quasi nil perit confessio, quæ nec est sors Diaboli nec damnatorum, sed solius viri contriti qui ex summitate, & perfecta cōtritione incipere debet, nec postea contritio recedat,

quo-

quoniam mare magnum est quotidiana contritio seu
displicentia, quam saltim habitualiter debes peragere,
nam vt ait Hugo, dum sacerdos ab soluit peccatorem,
ligat eum vinculo perpetuę detestationis, summitas au
tem cōtritionis attingitur, quando propter Deū ama-
tum conterimur. Sunt enim multi gradus eius quos po
nit Gabriel in 4 d. 15. Nauigant igitur homines per ma
re contritionis maximè verus penitens, de quo subiun-
gitur in præsenti Euangelio. Sequebatur eum multi-
tudo magna quia videbant signa quæ faciebat, super
his qui infirmabantur. Magna est quippe differētia, vel
quòd tu vitia sequaris, vel quod vitia te insequantur.
Dum peccamus & curam adhibeamus periculis, pro-
nitatemque innatā ad malum, & libidinem explere de-
creuimus, vitia sequimur, sicut illi de quibus dicitur.
Omnes conuersi sunt ad cursum suum quasi equus im Iere. 8.
petu vadens in prælium, miluus in cœlo cognouit tem
pus suum, turtur & irundo, & ciconia custodierunt tem
pus aduentus sui, populus autem meus non cognouit
iudicium domini, quod scilicet est in pęnitentia vbi nos
insequuntur peccata sicut Aegyptii filios Israel abeun
tes viam trium dierum in solitudinem. Dum filii Is-
rael erant in Aegypto, Aegyptios Dominos suos seque
bantur, á quibus alimenta quærebant, & odorem fauo
ris coram Pharaone, sed postquam vitam in melius mu
tare decernunt, insequuntur, & persequuntur eos Ae-
gyptii acclamantes, vt redeāt Sic ergo dum in hoc mū
do habere volumus consolationem nostram, & capta-
re fauorem negotiis ac inseruire peccatis minime sen-
timus quàm mala sint vitia, sed dum ab eo fugere niti
mur, & iugum eius excutere, tunc sequūtur nos nego-
tia nostra, etiam in desertum contemplationis. Mul- Cum infirmior ad peccandum, sum fortior ad virtutes.
titudo etiam hæc magna est suspiriorum & affectionū
vitæ melioris, & bonarum cogitationum & proposito
rum. Nunc vero quærendum arbitror, quæ sint signa
visa ab istis, & qui sint infirmi, super quos fiunt. De
infirmis autem liquet, nam nos ipsos esse infirmos sci-
mus,

mus, & imbecilles. Et quia sæpius male operantes pusillos scandalizare solemus, aliosve trahere ad peccandum, ideo omnes isti rationabiliter infirmi putantur. De signis autem quæ super infirmos fieri debent, vt imitentur, & sanentur, audi Bernardum dicentem, in decimooctauo sermone ascensionis. Sunt tamen & ipsa merita signa quædam certiora, vtique & salubriora, nec difficile arbitror nosse quemadmodum intelligi signa possint præsentia, vt sint indubitata signa credulitatis, ac per hoc & salutis, primum enim opus fidei per dilectionem operantis cordis compunctio est, qua sine dubio eiiciuntur dæmonia cum eradicantur è corde peccata. Exinde qui in Christum credunt, linguis loquuntur nouis, cum iam recedunt vetera de ore eorum, nec de cætero vetusta proto parentum lingua loquuntur declinantium in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis. Vbi vero compunctione cordis, & oris confessione priora sunt deleta peccata, ne reciduum patiantur, & iam sint posteriora peiora prioribus, serpentes tollant necesse est, id est, vt venenatas suggestiones extinguant. Quid tamen agendum, si qua foete radix pullulat, quæ tam velociter nequeat extirpari, sed stimulat animum concupiscentia carnis, profecto si mortiferum quid biberint, non eis nocebit, quoniam iuxta saluatoris exemplum, cum gustauerint, nolent bibere, id est, cum senserint. nolent consentire, sic enim non eis nocebit, quia nulla damnatio est his, qui sunt in Christo Iesu. concupiscentiæ sensus absque consensu. Quid tamen? molesta certe & periculosa est sic corruptę & infirmæ affectionis lucta. sed qui crediderint super ęgros manus imponent, & bene habebunt, id est, ægras affectiones bonis operibus operient, & hoc remedio curabuntur Hæc Bernardus. Vltra hoc etiam aduerte, quod signa hæc pręparamenta sunt, quæ confessionem præcedere oportet, nam aliena reddere, & fratri reconciliari, antequam offeras munus confessionis, famamque

Signa sunt virtutes.

Alia signa præcedentia confessionem.

resarcire

resarcire proximi conuenit, vt signa sua videant, qui sequuntur ne dicant. Iam non est propheta. Quia si hæc ante non fiunt, vix postea effectui mancipantur, vnde illa oportet agere, & ista non omittere, vt decentius dicatur de te id quod sequitur in Euangelio, Subijt ergo in montem Iesus, ibique sedebat cum discipulis suis. Mons iste fratres ipsa confessio est, vbi Iesus adest & peccator, nec facilis omnibus patet ascensus ad montem hunc, vbi Iesus cum discipulis suis, id est sacerdotibus, & peccator cum sensibus suis sedere perhibentur. Mons quippe est confessio ad quem moraliter Helias perrexit post longum ieiunium quadraginta dierum, præsagium peccatorum nolentium confiteri vsque ad finem quadragesimæ. Heliæ dicitur. Egredere, & sta in ostio speluncæ scilicet mortis, memorare sepulchrum tuum in monte coram Domino. Hic plura vidit, tamen in sibilo auræ tenuis probauit Dominum esse, quia in confessione auriculari Dominus est præbens ei autoritatem. Ibi dicitur, non in spiritu forti dominus, quia per timorem nisi charitas adsit, non præstat veniam. Non in commotione Dominus, quia in contritione non dimittit peccatum, nisi confessio sit saltim in voto. Non in igne Dominus, quia ignis conflagrationis, & iudicij Dei, non soluet reos, nisi nunc in sibilo aure tenuis per os sacerdotis, cui fit auricularis confessio, personet dicens. Ego absoluo te. Igitur ambulate vsque ad montem Dei Oreb, qui interpretatur solitudo, quæ ad confessionem requiritur. Me sequamini hæresim montanorum, quam taxat Hieronymus, quia nolebant confiteri peccata. Potissima ratio propter quam (vt arbitror) confessio dicitur mons difficultas est, arduus quidem ascensus ad confessionis, præceptum, in tantum vt ob hoc solum præceptum multi dubitauerint illud euangelij, Iugum meum suaue est, & onus meum leue. Sed iam facilis est ascensus huius sacramenti. Primo ob nimium secretũ, strictumque sigillũ, quod nec ad iussionem papæ

In monte confessionis est iudiciũ & ueniæ.

fran-

frangendum est. Secundo quia in monte isto datur panis gratiæ, de qua alias dubitarē. Tertio ob raritatē, q̄a cōiter semel in anno tenentur fideles montem istū ascēdere. Quarto propter alias plures vtilitates de quibus infra. Vide aūt quàm bene cōgruat, quod sequitur in euāgelio, Erat autem proximum pascha dies festus Iudęorum. Cū subleuasset ergo oculos Iesus, & vidisset quia multitudo maxima venit ad eum, dixit ad Philippum, vnde ememus panes vt manducent hi? Hoc autem dicebat tentans eum. Ipse enim sciebat quid esset facturus. Respondit ei Philippus. Ducentorum denariorum, &c. Ecce quod iam tetigimus de gratia percipienda, nam in hoc sacramento confessionis adeo est proximus transitus confitentium ad gratiam, vt Scotus, qui certæ intensionis & extensionis dixit debere esse contritionem, vt sola iustificet, hic minimam attritionem sufficere credat, etiam si tantum sit virtualis virtute sacramēti. Propter hanc gratum facientem gratiam in cōfessione collatam sequitur, Cum subleuasset ergo oculos Iesus, Dū animum nostrum sursum eleuat Christus, dicitur oculos subleuare, dum nos facit videre, quæ sit volūtas Dei bona beneplacens, & perfecta. Dum nos ad se afficit, nā cum minime simus sufficientes cogitare loqui, aut agere aliquid ex nobis, oportet vt nos videat, sicut Petrum quem respexit, & fleuit amare. Et hominē in theloneo vidit & traxit ad se. Eleuat ergo oculos, & vidit q̄ multitudo maxima scilicet suspiriorum & bonorum propositorum venisset ad se. Ipse equidem venientes trahit ad se, vt adamas ferrum. Tunc dixit ad Philippum (hoc est) ad peccatorem pœnitentem, nam interpretatur os lampadis, ex eo quòd os suū manifestat interiora sua in clara & lucida confessione, quam facit, & ex tali accusatione prouenit menti lumen. ad hoc vt mens velut lampas accendatur. Et etiam Philippus interpretatur bellicosus, quia in confessione pugnat contra verecundiam, & fortior est Dominus cordis expugnatore vrbium. Item aduerte quòd lampas latum habet

Per confessionē certius gratia p̄cipitur.

os,

os, cōtra confitētes truncate & diminute, cum dicatur. Aperi os tuum in confessione. Et os meum aperui, & attraxi spiritum. Miser igitur pœnitens est ille, qui in confessione non loquitur, nisi interrogatus, respondens sic vel nec. In hac præcisa responsione tepiditas pœnitētis notatur, ideo de firmitate propositi boni tentandus est, cum hoc quod sequitur in Euāgelio. Vnde ememus panes vt manducent ij, scilicet qui ad nos in te venerunt, assensus & appetitus te in virum alterum mutare volētes? Si panis cor hominis confirmat, quo pane te confirmatum reddemus contra malas consuetudines tuas? nouellus quippe ob pœnitentiam, iustus accedens, talis debet esse, vt de eo dicatur. Placebit Domino super vitulū nouellum, cornua producentem & vngulas. Appetitus sensitiuus sacrificatus per mortificationē carnis, est vitulus, cornua sint illi constantia & resistentia contra vitia. Vngulæ sunt discretio spiritualium & corporalium, quę diuidit inter bonum & malum, eligens medium de extremis vitiosis. Bonus ergo pœnitens respondit. Ducentorum denariorum panes nō sufficiunt vt vnusquisque modicum quid accipiat. Panes isti sunt delectatio & prosperitas mundana, quas panes mendatij vocat Salomon, ideoque non sufficiunt, nec modico satiare, sed appetitum irritare Et est tam modicum quid, quod dispendio animæ & corporis emitur, vt Iob dicat. Gaudium hypocritæ instar puncti. In pane Dei reperitur delectabile, vtile, & honestum, sed in pane sophistico non nisi delectabile, ideo est modicum quid, quod ex eo accipitur, quia nec est totum delectabile, cum risus dolore miscetur. Ideo dicit pœnitens verus, non mihi placet pars ista tam chara, & tam parum durabilis, nec dum durat sufficit, quia anima & cōscientia famelica manet Ecce igitur quàm bene respondit os lampadis, sed ait Andreas qui virilis interpretatur, quia iam vult bonus pœnitens viriliter agere confortato corde suo. Et est (vt in Euangelio dicitur) frater Simonis Petri, quia vult constanter obedire mandatis. Iste ergo dicit, est puer

Bellicosus pœnitens si intus hēt remorsū euomat illum in confessione.

Carnis mortificatio.

Gaudiū hypocritæ modicum est.

vnus

vnus, hic, qui habet quinque panes ordeaceos, & duos pisces sed hæc quid sunt inter tantos? Hic aduerte, quòd quemadmodũ Ricardus duodecim filios Iacob ad vnum hominem refert secundum diuersos status spirituales, sic nunc omnes qui in præsenti Euangelio introducuntur verum pœnitentem signant. Vnde ille est iste puer, quoniam oportet vt fiat sicut paruulus iste, & se per humilitatem puerum dicat: imo cognoscat se pueriliter egisse vt ille senex, qui aiebat. Dum erã paruulus ambulabam vt paruulus. Talis verus pœnitens quinque habere debet & si aspera videantur, primum restitutionem, secundum vitationem occasionem, tertium custodiam sui, quartum odium vitiorũ, quintum est propositum erga virtutem perseuerandi, quia pœnitentia est commissa flere, & flenda iterum non committere. Hi sunt quinque limpidissimi lapides, quos contra Goliath adduxit Dauid, qui alibi ait: Si quid habes ad manum, vel quinque panes da mihi. Et hos quinque panes adduxit ad eum Abigail, vt placaretur erga Nabal. Quos si tu adduxeris Deo placabis eum. Cum hoc igitur quinario alia duo requiruntur, signata in duobus piscibus, videlicet fides & spes, nec sola fides sufficit, nisi spes adueniat veniæ: nam Iudas credidit, dum ait: Peccaui tradens sanguinem iusti, sed propulsa spe, laqueo se suspendit. De aqua dulci est fides, tamen spes, de aqua amara piscatur, quia de mari passionis Christi educitur, in cuius meritis peccata nobis condonantur. Quanuis ergo hæc parua videantur hæreticis negantibus confessionem, quam leuem putant inter tot peccata, Nos autem si dicimus. Sed hæc quid inter tantos? præsupponimus Dei misericordiam, sine qua paucum est, quod facimus, tamen propter misericordiam suam, ait Iesus. Facite homines discumbere. Sup plurimum fœnũ discumbere oportet ex mãdato Domini, quia peccata suppeditare conuenit, quæ sunt fœnum quod hodie in hac vita est, & cras in alia mittetur in clibanum vel inferni pro culpa & pœna vel

Quinq; necessaria pœnitentia.

vel in purgatorio pro pœna tantum. Et fœnum est caro nostra, vt ait Esaias, quam supplantari iubemur: quia scriptum est: Sub te erit appetitus eius Discubuerunt ergo viri numero quasi quinque milia. De mulieribus non fit mentio, quia in vero pœnitẽte nil fragile oportet inueniri. Per hos igitur signatur omnis multitudo affectuum, & cogitationum: quæ circumquaque ex quinque sensibus oritur, nullus ergo relinquitur, quia nullum actũ rationalem habet anima, q. ab his quinque sensibus mediate vel immediate non procedat. Interea Iesus Christus vel sacerdos eius vicarius acceptans ea quæ dicta sunt, accipere dicitur panes in manus, dum Iesus opera nostra operibus suis adiungit, cooperans ad meritum, eleuans actum liberi arbitrij, cum quo ad merendum concurrit. Gratias agit de conuersione nostra, quam exoptat, videns quod pater trahit ad ipsum peccatores, sine quo omnis plantatio eradicabitur. Distribuit discumbentibus, quando absolutio datur pœnitentibus per manus Apostolorum, quibus confessores succedunt. Dum ergo sacerdos peracta pœnitentis confessione, manus extendit, & orat dicens: Misereatur tui omnipotens Deus, &c. & tandem absoluit, quæ Christus multiplicauit distribuere creditur: illis magis qui amplius credunt, & sperant & ideo subinfertur. Similiter ex piscibus quantum volebant. Pro vniuscuiusque capacitate datur venia, nam secundum conatum dimittitur peccatum, & secundum propriam virtutem talenta numerantur ad seruos, tepide conuersis parua datur gratia, & ardentioribus maior, tamen totum locum nostrum replet qui dat omnibus affluẽter, omnibus dat mensuram plenam in paruo sinu paruam, in maiori maiorem, ideo sequitur. Vt aũt impleti sunt. Ille qui iusserat implere hydrias aqua, parum vel multum capientes, ad mensurã deuotionis dat absolutionem, non intuetur peccata præterita, vt secundũ ea veniam metiatur, sed secundum præsentẽ iustitiam iuxta quã Magdalena in ciuitate peccatrix, san-

ctior efficitur ad pedes Christi: quam Simon ad mensam, quanuis minus peccauerit. Nec solum ea dat Christus, quæ ad præsens recipere possumus: multa equidē alia in posterum repromittit, dū capatiores fuerimus & ideo ait: Colligite quæ superauerunt fragmēta ne pereant. In his duodecim cophinis fragmentorum, signatur duodecim utilitates cōfessionis, de quibus dicit mulier amicta sole, & luna sub pedib. eius, & in capite eius corona stellarum duodecim: & in utero habens clamabat parturiens, & cruciatur ut pariat. In hac mulier à dracone persecuta signatur anima pœnitentis inimica draconi, inimico confessionis, quia dæmon in Paradiso terrestri non est locutus, cū Deus argueret parentes nostros vocans eos ad confessionem. Hæc ergo anima mulier dicitur, quæ nimis fatigari solet. Sole amicta describitur dum habet notitiam sui, se recognoscens. Lunam, mutationem videlicet mundanam suppeditat. In vtero conscientiæ peccatum habet, quod in delectatione placide concepit, sed in confessione cruciatur per contritionem, vt pariat per os: quia scriptum est: Non parcam ori meo in tribulatione spiritus mei. Hæc igitur mulier duodecim stellis coronatur, quæ sunt duodecim vtilitates confessionis, quas ponit beatus Bernardinus satis ad longum sermone 25. euangelii æterni. Illi ergo homines Christi conuiuę in confessione, cum vidissent quod Iesus fecerat signum, scilicet quietando conscientiam, quam solus Deus placare potest: nec naturaliter placatur: sed per veram confessionem, quæ maxime ex hoc à Deo apparet instituta: quia post absolutionem gloria nostra quæ secundum Paulum est testimonium conscientiæ nostræ, reddit certitudinē spiritui nostro, quod sumus filij Dei. Ex hoc sequitur vltimū euangelij, quod scilicet Iesus est verus propheta qui vēturus est in mundum. Nam scimus eum ad iudicandum venturum, & in confessione sacramentali iudicium futurum prænunciat: vbi peccatis dicendū est. Ite maledicti a me: & bonis operibus dicamus, venite benedicti in regnum patris

Apoc. 12.

Figura pœnitentię & cōfessionis utilitas.

tris mei, quod est anima iusti, ad quā per pœnitentiā regnum cœlorum adueniet, super abundanter quam petimus. Si cophinos, id est vtilitates confessionis volueris dicere, aduerte quod primus est mentis illuminatio, nā collirio confessionis illuminantur mentales oculi, qui eo vngi iubentur vt videant scilicet Deum, quia, notus in Iudæa Deus. Secūdus cophinus est misericordiæ impetratio iuxta id Qui abscondit scelera sua, non dirigetur, qui aūt confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Tertius est à morte suscitatio iuxta id. Os iusti vena vitæ, quādo scilicet aperitur in confessione, quia eiecta turba peccatorum archisynagogæ filia suscitaẗ. Quartus est liberatio à dæmone iuxta illud Iob, saluabit te. s. Dominus per confessionem ex ore angusto latissime. Dū ergo aperis ianuam oris à te egreditur qui te captum tenebat. Quintus est purgatio animę nam in hoc Iordanis confessione in hoc fluuio purgatur Naamā & restituitur caro eius ad pueritiæ statum, qa cōfessio & pulchritudo in cōspectu Dei simul sunt. Sextus est pacificatio Dei iuxta id Esaiæ. Creaui fructū labiorū meorū pacem, ideoq; signatur in ramo oliuæ, quē gemens anima afferat in ore, dū vult recipi à Noe. Septimus est alleuiatio conscientiæ, qa in voce exultationis & confessionis sonus epulantis. Nā secura mens post confessionem est quasi iuge conuiuiū. Octauus est confusio diaboli iuxta id. Qui denudat amici arcana, fidem perdidit, & non inuenit amicū ad animū suū. Nonus est peccatorum remissio, quia Psalmographus ait. Veritas de terra orta est, & iustitia de cœlo ꝓspexit. Super hoc ait glosa. Confessio de homine peccatore nata est, vt se accuset, cinerem & terram se esse sciens, & sic iustitia de cœlo prospicit, vt patet in Publicano, qui ob confessionem iustificatus est. Decimus satisfactio pro peccatis, iuxta id Psalmi. Cōfusio faciei meæ opperuit me, & est cōfusio adducens gloriā. Vndecimus cophinus est gratiæ augmētatio, vt patet in Ezechia cui post confessionem addidit Deus 15. annos vitæ. Vltimus est

Vtilitates confessionis.
Apoc. 3.
Pro. 28.
Pro. 10.
Iob. 36.
Esa. 57.
Eccl. 27.

Esa. 4. Dei glorificatio quia sup illud Psal. Cōfitemini domino quoniā bonus. glosa ait. s. confessione peccati & laudis, cum non sit pia confessio peccatorū laude, ideo Iosue. 7. Iosue in persona confessoris ait pœnitenti: Da gloriā Domino Deo Israel, & confitere atque indica mihi quid feceris. O confessionem quis tuas laudas extollet? repete eas ad gloriam quam mihi & vobis præstet Iesus.

Feria secunda dominicæ quartæ quadragesimæ.

IN illo tempore. Prope erat pascha Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam, &c.

Sermo quadragesimusſextus.

THEMA.

Zelus domus tuæ &c. Psal. 68.

Inuocatio ubi Maria ostenditur ostiaria domus Dei.

SAlomon generaliter asserit, q̄ melius est ire ad domum luctus, q̄ ad domū conuiuij, tamen si cōuiua esset Christus, vel si cibus esset caro eius, vel si domus esset tā p̄clara, q̄ ipse filius Dei diceret de ea: Zelus domus tuæ comedit me. Certe Domus talis cōuiuij deberet à nobis frequentari, quia melius est ad hāc ire, quam ad aliam quamcunque, quoniam de ipsa dicitur: O Israel, quam magna est domus Dei &c. & alibi: Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Ad hanc operæ pretium erit ostiariā habere propitiam. vnde aduerte q̄ Christi domus quā ædificauit, & reparauit, beatitudo est, cuius amor eum vsq; hodie comedit, ita vt se ostiū huius domus fecerit. Ianuæ huius ostij sunt humanitas & diuinitas, quas Maria coniunxit, quando Christum concepit, ideoque iu-

re vocabitur ostiaria melioris domus Dei potens aperi re ianuas eius, cuicunque voluerit ad gratiam recipien dam, nam ideo figuratur in illa prima Hębreorum ma tre, de qua dicitur, Sarra risit post ostium tabernaculi. Sarra interpretatur princeps & Maria princeps Dei est apud nos, & eius ostiaria quę iure dr̄ stare post ostium dignitate & officio, dignitate inquam quia est immediata filio Dei, officio quia est aperire parata, ideoque stat, & ob ista, duo. s. dignitatem & officium clauib. nō indiget, vt nobis aperiat, quoniã lingua eius clauis cœli facta est, quę etiam prę gaudio risit in corde suo, qn̄ ei angelus filium annunciauit. Riserat etiam putans lō ge ab ea fieri conceptum, quia ei desiderãt fieri muliebria, & ideo quasi ridens nũtio dixit, qũo fiet istud, quo niã virum non cognosco? ob illam ergo volũtatis aper tionem quam angelo pręstitit, & ob suam sedulitatem qua se vocauit huius domus ancillã datũ est ei, vt pulsanti aperiat ianuas cœli. Nos ergo has ianuas per desi deriũ intraturi, vt pluat nobis manna gratiæ oportet p̄ cibus pulsare Mariam, vt nobis prestet auxilium, quod vt citius obtineamus, ei offeramus, Aue Maria. Gen. 18.

T H E M A.

Zelus domus tuæ comedit me. Psalm. 68.

Verba thematis protulit sanctus Dauid, cum mysteria præsentis Euangelii contemplaretur, ubi de uaria domo fit mentio quapropter Christus de quintuplici domo dicet uariis uerba thematis secundum uarium sensum eorum. Diuisio.

QVi dat escam omni carni, nullam domum suam obliuioni tradit. Omnis domus patris est domus filii, quia omnia tradidit ei pater in manus, scilicet adiutrices, reparatrices, cibatrices, & omnium con summatrices. Illico autem scire cupis, quot habeat 3. Reg. 7.

Variæ est domus Christi. domos iste paterfamilias. Multiplicem domum a Salomone constructam scriptura commemorat, fecit nanque templum maximũ, & sibi quoq; domũ erexit, tertio aũt domum saltus, & quarto domum extruxit filiæ Pharaonis vxori suæ, ac totum fore regnum suum ædificauit, quo plures urbes erexit dñs Iesus plusquam Salomon, sic plures domos habet. Prima, quę est templũ, figuram tenebat templi corporis sui, quo Iudaica prauitate soluto, pariter & alterũ .s. materiale soluitur & deseritur à Deo, vnde Christo in cruce occumbente, velũ templi scinditur in signũ ꝙ ablata est ab eo protectio Dei. Et ex tunc vere factum est latronum spelunca, & negotiationis domus, & boum, ouiumque & animaliũ stabulum. Est.n. spelunca latronum, quia patrimonium Christi occupat, sicut & nunc sacerdos, quando digne non seruit ecclesiæ, cuius bona non possidet nisi ad negotiandum, & lucrandum cibum suum, quanuis anima eius vitiorum stabulum sit. De talibus Christus cũqueritur dicens patri suo. Zelus. i. cupiditas domus tuæ ad tm̃ malum deuenit, ꝙ comedit me, comedit patrimonium meum, sicut comedi solet agnus a lupis. Quod & Hieremias deplorans ait, Comederunt Iacob, deuora-

Hiere. 10. uerunt eum, & consumpserunt illum, & decus eius dissipauerunt. Repetitio eiusdem snīę magnam exaggerationem ingerit lectoribus. Iacob maximo labore acquisiuit sua, & Christus in laboribus a iuuentute, sua, sibi patrimonium obtinuit, ita vt fieret hæres vniuersorũ,

Mali sacerdotes Christum comedũt prius tñ fuit plenissimus laborum in ærumnis multis, & quo plus desudauit intimius dolet, si charissimum patrimonium eius perdatur, aut perditis conferatur Tñ bona sua occupata videt ab illis clericis iniquis qui more Pharisæorum latrones sunt, & negociatores, qui etiã ex pauperibus furantur, nam nudos dimittunt egenos ac impiæ sunt quotidie impune defraudantes eos patrimonio Christi, qui moriens in cruce reliquit eis patrimonium suum dicens patri suo testi electo: Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Manus patris

sunt pauperes, qui ad eum deferunt in cęlestes thesauros bona filiorum. Spiritus Christi est residuum sui, & patrimoniũ eius, quod manet in ecclesia. Ve igitur sacerdotibus Christianis, quorum domus est velut templum Ierusalem plena pecoribus & auibus, & ære, & negociatione, pauperes vero fame pereunt, cum eo ipso quo patrimonium Christi habent sint patres pauperũ, tñ ipsi eos & Christum comedunt, quoniam quotidie Christus & pauperes dicunt: pelli meæ cõsumptis carnibus adhęsit os meum. Consumptis .i. deuoratis a malis sacerdotibus, qui carnem pauperum ad vescendum cõferunt, quia, vt ait Sapiens, panis egentium vita pauperis est, qui defraudat illum homo sanguinis est. Vę væ uę igitur prælatis diuitibus qui patrimonio Christi abundant, si pauperes, quorum est, defraudent, quia si hoc faciunt quasi qui victimat filiũ in conspectu patris sui reputandi sunt. Et triplex vę manet illis, primũ quia peccant in legem naturalem, secundum q̃a peccant in legẽ canonicam, tertium quia peccant in legem scriptã vnde velut tribus funiculis Christus flagellũ faciet ad eos nõ leuiter puniẽdos sicut nunc flagellãtur Pharisęi sed sicut ipse Iesus punitus est, qñ per tortores fuit flagellatus tota die. Nec mirum quia isti flagellant, & cruciant iterum filium Dei, qui sibi dicit inferri molestias pauperum, quos qui defraudat, vir sanguinis est ẽt diuini quia reus inuenitur corporis & sanguinis dñi. Vnde sacerdos, qui potitur Christi patrimonio, & eo pauperes defraudat, est sicut qui victimat filium in cõspectu patris sui .i. sicut cætus Pharisæorum volentium ẽt in ipso tẽplo Dei filium interficere corã patre suo. Domus denique cupidorum sacerdotum est sicut tẽplum Salomonis in quod cęci & claudi pauperes intrare promittebantur, quanuis bobus & nummulariis noctu dieque hostium eius pateret. Secunda domus Salomonis est pro seipso de qua solum hoc dicitur, Domum autẽ suam ædificauit Salomon 13. annis, & ad perfectum vsque perduxit. In his paucis verbis non parua, sed lata &

2. Reg. 5. 3. Reg. 7. Ecclesia est dom' Dei.

profunda reperitur sñia, per quam domus diuinę sapiẽtiæ asseritur ædificata, & perfecta, & ad finem perducta quoniam ecclesia Dei quam Christus ædificauit, & pfecit non est de hoc mundo, ideoque perducenda est ad finẽ suum, qui est ipse fundator suus Iesus, & tunc erit perfecta, quia redacta atque reducta ad mensuram ætatis plenitudinis Christi. In 13. an. dicitur ædificata quia per Christum & Apostolos ædificata est, atque perfecta, in dies tñ ampliatur & crescit, donec fiat terribilis vt castrorum acies ordinata, vnde notanter dictum est, ꝙ in 13. ann. ædificauit eam, & postea quasi secundario additur. Et ad perfectum vsque perduxit. Templum minori tpe dicitur ædificatum, quia maior est gloria do-
3. Reg. 7. mus istius nouissimæ. s. ecclesię plusquam primæ. s. synagogæ, quam non perduxit ad perfectum, quia teste Paulo neminem ad perfectum duxit lex. Hãc domum in habitationem sibi non paruo labore fundauit Christus, & necessariis adimpleuit, ideoque laboriosa est, vnde Iacob labori deditissimus propterea dixit, Iustum est vt aliquando prouideam domui meæ. Temporalia bo-
Gen. 30. na Synagogæ Dei filius prouidere dignatus est, sed nobis domesticis suis de Ecclesia sua dicit: Zelus domus tuæ comedit me. Non alium cibum quam meipsum volo domui meę, quia caro mea vere est cibus. Qui ergo sunt ciues sanctorum & domestici Dei gaudeant, quia cibum electum habent, qui ad perfectum finem valet hominem perducere, vsque æternaliter viuat in monte gloriæ. Nec solum de eucharistia loquor, sed de toto Christo, quem comedimus multipliciter præparatum in variis sacramentis, vbi participatur Christus, & traiicitur in ecclesiæ corpus, nam caput cibat corpus suum, & a capite descendit cibus in corpus. Quanuis ergo Dei sapientia Christus ædificauit sibi domum ecclesiæ, pro qua fulcienda excidit columnas, septem. s. sacramenta septem, quia de maiori statim sequitur. Miscuit vinum & posuit mensam. Etiam aliis modis comeditur in hac domo, quam paterfamilias

Variè Cristus comeditur.

Chri-

Christus cibat tribuens prout vnicuique opus est, qui & ad voluntatem & libitum sumentis tribuit se sicut olim manna spirituali delectamento vniuscuiusque de seruiens. Doctores comedunt Christum sub forma dulcedinis, quia vnicuique dicitur. Mel inuenisti, comede quod sufficit tibi. Non.n.conuenit plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Confessores comedunt Christum sub forma horrenda, quia eis propterea dicitur, Occide & manduca. Nam isti, vt ait Augustinus, comedunt peccata populi, qui quidem Christus mysticus est. Hic cibus malus nisi per alium cibũ bonum qui est Christus verus non potest digeri. Contemplantes comedunt Christum sub forma arboris, quia propterea dicitur, Qui vicerit.s. phantasmata, quæ patitur animus, contemplantis, dabo ei edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei. Isti altius contemplantur escam suam prægustantes dulcedinem paradisi. Pœnitentes comedunt Christum sub amara forma, quia sicut promiserat per Prophetam, cibat eos felle, & potat eos absynthio, vnde propterea in horum persona dicit Iob, Antequam comedam suspiro, & quasi inundantis aquæ, sic rugitus meus. Et generaliter quilibet domesticus ecclesiæ tunc sane comedit Christum quando eus opera imitatur, vnde Bernardus ait, Quid est manducare eius carnem, & bibere sanguinem, nisi communicare passionibus eius, & eam conuersationem imitari, quam gessit in carne? vnde & hoc designat illud illibatum altaris sacramentum, vbi dominicum corpus accipimus, vt sicut videtur illa forma panis in nos intrare, sic nouerimus per eam, quam in terris habuit conuersationem, ipsum intrare in nos 1. Cor. 1.
ad habitandum per fidem in cordibus nostris, cum enim iustitiam ingreditur, ille ingreditur, qui factus est nobis à Deo patre iustitia, &c. vide Bernardum super Psalmum. Qui habitat, versu tertio, sermone tertio. Quemadmodum ergo paterfamilas diuersis diuersum dat cibum, sic noster Iesus variã suam parti- 2.para. 9.

cipa-

cipationem tribuit vnicuiq; iuxta primogenita sua,vn de iure miratur regina visa domo Salomonis signanter de cibariis mensæ eius,atq; de ordine ministrantiũ.Dominus Iesus est cibus & est minister,quia talis cibus talem petit ministrum.tam sedulus.n.est vt veniens ministrare,dicat populo suo. Zelus domus tuę comedit me.Fecit tertio aliam domum quę est domus saltus Libani,de qua satis curiose plura dicuntur, quæ vix possunt cõprehendi,& ideo per hanc domum de qua gloriosa dicuntur:Maria venit intelligenda, quæ bene in monte Libano ædificatur,quod interpretaẽ candidatio & est puritas virginis altissima & quasi in abstracto dicta,quoniam a terris eleuata,iungitur etiam angelis,quibus non virginitas Mariæ cognata est,sed ẽt omnimoda puritas.Hæc bene dicitur domus saltus, quoniã ab hominum conuersatione separata solis diuinis vsibus vacabat.Huic.s.beatę Mariæ dicit etiam Dei filius. Zelus domus tuæ comedit me,i.incorporauit me, & corpus aptauit mihi.Sed cum Maria ipsa sit domus, quomodo zelus domus Mariæ Deum incorporare potuit, ac eum corporalem facere?pro isto attende ꝙ in domo saltus erat alia parua domus de qua dicitur. Et domuncula in qua sederet ad iudicandum erat in media porticu, hæc domuncula est Mariæ humilitas, quæ bene in porticu inuenitur, quia est primus virtus eius. In hac sedit,ac humiliatus est filius Dei,vt nostram damnaret superbiam, deponens potentes de sede,& humiles exaltans.De hac ergo domuncula dicit Christus. Zelus domus tuæ(quæ apud me magna est)comedit me.i.tantũ amaui tuã humilitatem ꝙ iste amor incorporauit me, ac intrusit in illam.Nec miremini fratres ꝙ zelus huius domus peculiaris fecerit istud,q̃a de incarnatione verbi dicit Esaias. Zelus Domini exercituum faciet hoc. Fecit quoq; Salomon domum filiæ Pharaonis, quam duxerat,quia Dei filius quando animã,sibi copulat,ędificat ei conscientiam bonam,quæ est domus,de qua cũ Ezechiel ambularet in medio campi,audiuit: Ingredere,

3 Reg. 4. Maria est domus saltus.

3.Reg. 7.

Esa.9. Cõsciẽtia est domus Ezec 3.

re, in medio domus tuæ. Super hoc ait Greg. Accepto etenim ſpiritu in medio domus includimur, quando ꝑ eius gratiam ad diſcutienda mentis noſtræ ſecteta reuocamur, vt apud ſeipſum in Deo animus requieſcat, & non iam per exteriores concupiſcentias in appetitu laudis mobilitate cogitationis diſcurrat. De hac domo cõſcientiæ cuidam Chriſtus dixit. Tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam. Hinc etiam de anima perfecta dicitur. Conſiderauit ſemitas domus ſuæ, & panem ocioſa non comedit. Semitas quippe domus ſuæ cõſiderat qui cunctas cõſcientiæ ſuæ cogitationes inueſtigat. Panem ocioſe non comedit, dum quę de ſacro eloquio intelligendo percepit, in exhibitione operis oſtendit, Filiæ igitur Pharaonis animæ ſponſæ dicit Chriſtus, zelus domus tuæ comedit me, id eſt, totum me ſibi applicuit ac ſuſpenſum tenet, totum me ſibi venticauit. Proprium eſt zelantis viri, vt cogitabundus ac inſomnis ambulet velut extra ſe timens ne alius tangat ſuam, & ſic filius Dei zelat animam dicens: zelatus ſum Syon zelo magno, & indignatione magna zelatus ſum eam. Zach. 8. Zelus verus annexam habet indignationem, qua punit malum deprehenſum, & ſic filius Dei more zelantis viri punis animam adulteram, vt notat Hugo, & facit erga ſponſam ſuam omnia quæ vir zelotes facit, vnde Dominus Deus dicitur zelotes, quia ſeptem zelo facit.

Primo quia ponit cuſtodes ſponſæ ſuæ (Cant. 5.) Inuenerunt me cuſtodes qui circuierunt ciuitatem. Deus dicitur zelotes ob ſeptem.

Secundo quia reſpicit per foramina (Cant. 2.) Reſpiciens per feneſtras proſpiciens per cancellos.

Tertio, quia venit improuiſus (Luc. 12.) Veniet Dominus ſerui illius in die qua non ſperet &c.

Quarto quia habitum mutat (Eſa. 59.) Operatus eſt Dominus quaſi pallio zeli &c.

Quinto ſponſæ adulteræ aufert veſtes, quas dederat (Eze. 16.) Auferam iuſtificationem tuam. &c.

Sexto quia non parcit adulterę (Prouerb. 6.) Zelus

& fu-

& furor viri non parcet in die uindictę.

Zach.1. Septimo pro consolatione fidelis sponsę, quia valde irascitur nocentibus ei nā ideo dicit. Zelatus sum Ieru salē &c. Caueat ergo filia Pharaonis ne discedat per adulterium a vero sponso, nec per aliquod verbum turpe, aut per aliquem occultum consensum, quoniam, vt ait Sapiēs, auris zeli illius audit omnia, pariter & oculus cuncta videt, & pes cuncta ambulat, ne pateat nobis peccandi opportunitas. Quinto Salomen regnum

Zach.1. suum ædificauit, cui terminum adauxit, & in nouas ciuitates construxit. Dominus Iesus non solum regnum Iudææ, sed vniuersum ædificauit, de quo inimici dolentes dicebant, Ecce totus mundus post ipsum abit. De

Diaboli domus ē mundus. hac domo s. mundo dicitur. Spelunca latronis facta est domus ista. Latro est dęmon qui abusiue dicitur prin-

Hiere. 7. ceps mundi huius. Dęmoni ergo quasi patrifamilias huius domus ait Christus. Zelus domus tuæ comedit me id est, attenuauit, & ad tam parum redegit, quod vix habuit nisi ossa, corrosit me. Pessimus est zelus iste, fratres mei, quo mūdus plenus est, nec est simplex, sed quadruplex iuxta quatuor quę Dn̄s expulit a tēplo. s. bo-

Superbia istius mūdi. ues, & oues, & colūbas & nummularios. Est ergo in mūdi domo zelus superbię per boues designatus, nam cornua superborum nimis exaltant, & superbus ait super-

Esa.62. bo. Vbi est zelus tuus, & fortitudo tua? hoc aiunt superbi, vt se acuant ad vindicam, quod proprium est taurorum & hircorum, deberēt tn̄ superbi attēdere vel istud

Eze.34. quod dicit ei Dominus. Pro eo quod lateribus & humeris impingebatis, & cornibus vestris ventilabatis omnia infirma pecora(.i. humiles) donec dispergeremur foras, iudicabo inter pecus & pecus. i. inter superbos & humiles. Vtinam isti boues. s. superbi castrarentur propter regnum dei, ac renunciarent pompis vanitatum,

Amos 6. sin autem flagellum illud timeant, id est comminationem, qua eos Dominus præ monuit dicens, Vę uobis qui opulenti estis in Sion, & confiditis in mōte Samariæ, optimates capita populorum ingredientes pom-

paticæ domum Iſrael.i.conſcientiam veſtram, quā vos eleuatis in oculis veſtris. Iſti deuorant manſuetudinem Chriſti, & humilitatem eius, ac ſi non præceſſiſſet, nec eis exempla reliquiſſet. Secundus zelus mundi, ſcilicet hypocritalis in ouibus deſignatur, quæ pariter eiici debent a domo etiam huius mundi, quoniam de hypocritis dicitur. Sicut oues in inferno poſiti ſunt, mors depaſcet eos. Iſti abſolute non ſunt oues, ſed veniūt ad nos in veſtimentis ouium ſed de grege Chriſti mentientes. Hypocritæ ſolum habent ouinam veſtem, quia quæ exteriora ſunt curant vt appareant hominibus ieiunantes, & mortificari tota die, vt ſic extimentur ſicut oues occiſionis. id eſt, ſicut martyres, vel ſicut oues Deo immolantes corpora ſua. Iſti eijciunt Deum extra, vt ſit feris, & ponatur in ianua, vt mēdicus qui pro iſtis hypocritis mendicet ab hominibus humanam laudem, ideoque ipſe Deus proijciet eos in æternum. Hypocrita comparatur gallinæ, quæ dum poſuit ouum ſtatim cantat, vt veniant domeſtici & videāt fructuum ſuum, tamen anima viri ſancti comparatur Eliſabeth, quæ cū Ioannem concepiſſet, vocabatur adhuc ſterilis, quia ipſa occultauerat ſe menſibus quinq;. Hypocritalis ergo Gelus, quo quiſq; zelat ſemetipsū, Chriſtum deuorat, dum Euangelicæ doctrinæ non recordatur, in qua nil magis indicitur quàm hypocriſis. Immo & alia ſcriptura præcauens in futurum dicit. Nolite zelare montem in errore vitæ veſtræ, neque acquiratis ꝑditionem in operibus manuum veſtrarum. Hypocritæ zelant morrem occultantes peccata ſua, ideoque per Chriſtū comparantur ſepulchris dealbatis, quæ mortuos celant. Error vitæ dicitur hypocriſis, quia cum ab intus incipiat vita, iſti ab extra captant uitam ſuam. Et in operibus bonis manuum ſuarum, quibus alij acquirunt ſibi vitam æternam, hypocritæ acquirunt perditionem, quam ſentient, dum audient. Amen dico uobis receperunt mercedem ſuam. Pro hac materia lege in tertia parte alphabeti noſtri literam z. Tertius mundialis

Hypocrita est ouis.

Sap. 1.

dialis

dialis zelus est in auaris velut in nummularijs, quos pmonet Sapiens dicens: Non zeles gloriam & opes peccatoris, non n. scis quæ futura sit illius subuersio. Nos, postquam Christus effudit æs, & mensas denariorum subuertit, bene suspicamur qualis erit in inferno auarorum subuersio, nam ibi aquæ gutta carebunt, & versa vice pauperes abundabunt, ita vt eorum reliquiæ damnatos possint satiare. Ergo Christiane recordare, quòd diues cum obierit, non sumet omnia, nec descendet cum eo gloria domus eius. i. mundi. Nemo debet zelare opes, quæ tam cito vertentur in inopiam. Auari promissa cœlestia Christi videntur comedisse, & sibi non suffecisse, cum tam ardenter terrena congregant. Quartus zelus mundi est luxuria, de quo dicitur. Vidi idolum zeli in ipso introitu portæ, & dixit Dominus ad me. Fili hominis putasne, vides tu, quòd isti faciunt abominationes magnas, quas domus Israel facit, hic vt procul recedam à sanctuario meo? luxuria dicitur idolum propterea quōd ornat, ac depingit se ad modum idoli, vt oculos alliciat intuentium. Idolum ergo zeli, idolum amoris stat in introitu, quia per eam intramus in domum huius mūdi. Propter istū luxuriæ zelum dñr hoĩes effrænes iuxta illud Hier. Aequi amatores in fœminas, & emissarij facti sunt, vnusquisque ad vxorem proximi sui iniebat. Habentes ergo istum zelum cæcum designantur per colūbas, quas ita libido solicitat, vt vix taceat, quin & gemit velut stultus amator, de quo dicitur. Factus est Effraim velut columba seducta non habens cor. Hoc vitium dementat hoĩem, ideoque fit columba seducta, quæ (vt aiunt) dulcedine seducitur. Igitur fratres mei qui præfactis vitijs laboramus, oremus Christum dicentes. Tu qui pius es miserere nostri, & in tuo flagello vindica iniquitates nostras. Vindicta Christi fratres suauis est & salubre flagellum, quoniam vt refert Aug. hæc sunt Christi verba. Vindicabo me de ipsis, vindicabo de ipsis inimicis meis, qũo me vindicabo? occidendo in eis errorē

Auaritia cito erit inopia.

Luxuria est idolū Ezec. 8.

Hiere. 5.

Iudit. 7.

ſuſcitando fidem, corpus enim Chriſti loquitur. Ecce quam bona vindicta fratres, quia zelator deus in omnibus quæ agit noſtrum intendit zelum hic per gratiā, & in futuro per gloriam, quam mihi &c.

Feria tertia quartæ dominicæ quadrageſimæ.

IN illo tempore, Iam die feſto mediante aſcendit Ieſus in templum, &c.

Sermo quadrageſimus octauus.

THEMA.

Nolite iudicare ſecundum faciem. Ioan. 7.

Inuocatio ubi oſtenditur quantum penetrat iudicium Mariæ.

QVoniam profundum eſt cor hominis, & ſcrutabile, nobis dat Sapiens modum ad cognoſcendum illud, qn̄ dicitur. Ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei ſuæ cognoſcitur ſenſatus. Hūc modum cognoſcendi tanquam incertum reprobat Dominus dicēs. Nolite iudicare ſecundū faciem. Quid ergo faciemus fratres, quomodo iudicabimus, an Deus vult miſereri noſtri? hactenus dicebatur nobis: Reſpice in faciē Chriſti tui. Nam quia facies eius (vt alia ſcriptura dicit) plena eſt gratiarum, ſtatim iudicabamus eum propitium & præſtabilem ſuper malitiam, ſed ipſemet ait. Nolite iudicare ſecūdum faciem. Quid ergo faciemus ad habendum iudicium certum? vtamur induſtria Philiſtinorū, qui cū minime poſſent ſoluere ꝓblema Sampſonis, ſe ſcitabantur ſponſam eius, quæſierunt ſolutionē verbi ab amica ſua, quæ non ſecundum faciem, ſed ſecundū cor eius calluit, ac penetrauit negotiū. ideo. n. ipſa velut profunde edocta dixit. Aperuit mihi cor ſuū. O bea-

Eccl. 19. Per faciē iudicamus.

Iudi. 14.

Maria iudicat secundum cor Dei.

O beatissima virgo amica & sponsa dei, quia te nullum latet secretũ, omnia scis, quia spiritus tuus scrutatur & profunda Dei. Venite fratres ad Mariam consciam diuinorum secretorum, quia ex quo ei iuxta crucem apertum est cor Christi, omnia scit, omnia nouit, ac de ipsa dicere valeo illud Apostoli. Spiritualis iudicat omnia. Aremus in vitula ista, quæ ararescit ẽt cor Dei aratro iudicij sui profundissimi, nã ipse deus dixit ei. Vulnerasti cor meum soror mea sponsa: vulnerasti cor meum in vno oculorũ tuorũ. Oculus Mariæ in cor dei figitur illud penetrans. In sacra pagina oculus pro iudicio ponitur, vt ibi. Oculus nequam est, quia ego bonus sum oculus maļi operarij murmurabat aduersus patremfamilias iudicans eum iniustum propterea q̃ sero venientes multo præmio affecerat. Maria vero econuerso videns tam maxima sibi exhibita dona, clementissimum iudicat Deum erga nos futurum dicens. Quia fecit mihi magna, qui potens est. & sanctum nomen eius, & misericordia eius a progenie & in progenies. Ex magnis sibi collatis iudicat similia omni progeniei dari. Hoc iudicium est secundum cor Dei, nam Deus videns se infinitis bonis affluentem, iudicat ea impartiri nobiscum, & sic beata Maria quæ videns sibi magna facta, & exhibita dona, prolocuta est dicens. Et misericordia eius a progenie &c. si ergo in causis pauperum ò Maria tam bonum gentibus iudicium profers, obsecro vt etiam nos adiuues ad obtinendum huius iudicii iustitiam & executionem & opus, quę est gratia, quam vt assequi valeamus a iudice viduarum spiritu sancto, eius sponsæ offeramus. Aue.

Argumentum dicendorum, ubi probatur peius esse iudicium temerarium, quam uniuersale.

Iudiciũ temerarium pessimum est.

MAximũ periculũ, non solũ corporum, sed animarũ, versatur in iudicio, ibiq; maius periculũ vertitur, non in iudicio vniuersali, quia illud dependet a iudi-

iudicijs particularibus, ideoque dicuntur ibi libri aperiendi, vt secundum ea quæ quis gessit, iudicetur, vnde liquet, quòd iudicium particulare, quo quis proximum iudicat, periculosius est iudicio vniuersali, vnde Paulus ait: Beatus qui non iudicat semetipsum, in eo quod probat. Totum exercitium malorum est probare vitam bonorum, ac si non staret ad iudicandum dominus. Vis probare an proximus tuus bonus sit, vel malus, ideoq; iudicas quotidie seruum alienum Beatus eris, si ex hoc iudicio temerario non te iudicandum tradideris vniuersali iudicio Dei, vbi vere iudicaberis condemnatus in omni illo, in quo aliū temerarie iudicasti. Temerarius igitur iudex iudiciū sibi manducat, & bibit, dū alterū iudicat, & thesaurizat sibi iudicium in die iræ. Tamen seruus Dei nō timeat iudicari ēt ab humano die, nec à peruersis hominibus, nec ab hæreticis, qui vsurpantes officium Dei, & preuenientes iudicium eius, volunt etiam totam ecclesiam damnare. Nec mirum tamen, quia iudex viuorum, & mortuorū, filius Dei, hominibus iudicādum se submisit, ne nos miraremur, cum à malis nos cōtigerit iudicari. Quāuis ergo Dominus malis permittat se & suos iudicare, præmonet eos saltem in vno, ne absolute quocunque modo iudicēt, ideo ait thema: Nolite iudicare secundum faciem. Hoc tantum interdixit, & generaliter subiunxit. Sed rectum iudicium iudicate. Non solum dixit, ac posuit illam limitationē Christus, propter se suosque iudicandos, sed propter ipsos iudices temerarios, ne thesaurizarēt sibi iudicium in die iudicij, vbi temerarii iudices iudicabūtur, & boni iudices præmiabuntur. Nec enim Christus abhorret nunc iudicari, qui in iudicio etiam Niniuitas admittet, vt secū iudicent impœnitentes, nunc autem omnibus liceat, vt eum iudicent & arguant (si possunt) de peccato, tamen hoc tantum caueant, quod thema hortatur, dicens. Nolite iudicare secundum faciem. In tribus sermonis partibus videbimus quomodo Christus expulit à iudicio suo triplicem faciem, scilicet faciem legis,

Ro. 14.

Christus uult iudicari.

Mat. 12.

Diuisio.

Prima pars. & faciem Iudæorum, & faciem humanitatis suæ.

Prelatus altius iudicatur. Ad iudicium fere vniuersale Christus venit hodie, quoniam qui omnes iudicaturus est, vult ab omnibus iudicari, quo altius quis constituitur, eo à pluribus videtur, ideoque dum iudex ascendit ad iudicādum pariter exponitur omnium iudicio, quia si vix est, qui cohibeat linguam, difficilius inuenitur, qui detineat proprium iudicium, maxime dum vulgus congregatur, vbi velut testium multitudine suffultum citius, & audacius, præcipitatur iudicium, præsertim die festo, in quo & ocium, & ipsa deuotio, quæ acuit ingenium, & zelus indiscretus commouet animum ad huiuscemodi iudicium vagum, cui Christus exposuit se, nam ideo incipit Euangelium: Die festo mediante ascendit Iesus in templum, & docebat. Principalis doctrina, quam Christus coram omnibus in templo die festo propalauit, continetur in verbis nostri thematis. nam ipse ab omnibus se sciebat iudicādum, omnesque præmonebat, dicens: Nolite iudicare secundum faciem. Prima facies, quam Christus generaliter excludit à iudicio suo, est litera legis, vbi aduerte quod lex habet faciem exteriorem scilicet literam, & spiritū interiorem, id est, subtiliorem intellectum. Litera (teste Paulo) sane occidit, spiritus autem viuificat, ideo Christus videns se per Iudæos morti adiudicatum, dixit: Nolite iudicare secundum faciem, quasi dicat non secundum literam legis me occidatis, in passione dicentes, secundum legem debet mori sed secundum spiritum potius me deberetis viuificare, vt semper manerem inter vos sicut arbor vitæ in medio paradisi ad prorogationē longitudinis dierum. Lignum vetitum est passio redemptoris, ex quo Iudæa comedit, vt se sanguine satiaret, sed lignum vitæ est eius resurrectio, quam Paulus dicit iustificationem nostram, ideoque comedamus eam sæpe, vt cum eo pariter viuamus. Videamus ergo nunc literam legis, id est, faciem crudelem, quā exclusit Christus, quia sine vlla miseratione interficiebat hominem. Litera legis habet, quòd si quis violauerit sabbatū, moriatur,

1. Cor. 3.

Christus dominus legis, omnes a lege liberat.

Exo 31. Nu. 15.

Crudelitas legis.

riatur,& propterea colligentem ligna die sabbati populus lapidauit. Propter hanc seueritatem ipsa lex uocata est à Paulo ministratio mortis, quę quidem contra ministrum uitæ Dominum Iesum non debuit pręualere, ideoque nolebat secundum faciem literę iudicari a Iudęis dicens. Nolite iudicare secundum faciem, scilicet legis. Nec seipsum tantum, sed omnes alios uoluit pius Iesus à facie, id est, a litera seuera legis liberare ut patet in muliere in adulterio deprehensa. Quin & ipsos Iudęos cum quibus ei erat concertatio, à facie legis terribili uolebat eripere, quando (ut ait Matthęus) erat docens eos quasi potestatem habens, super quod ait Chrysostomus in opere imperfecto. Omnis doctor est seruus legis, quia neque supra legem addere potest aliquid de suo sensu, neque subtrahere aliquid secundum propriũ intellectum, sed hoc tantummodo pręedicat, quod habetur in lege. Neque enim potest mens humana detrectare, quod sapientia diuina dictat. Sic enim ait Salomon: Ne addas ad uerba Dei, neque detrahas inde. Qui autem hoc est ausus facere, se sapientiorem putat, quàm Deũ, & incipit falsus esse testis quia illud dicit, quod nec auris audiuit, neque oculus uidit. Christus autem Dominus legis est, & subtrahere potest de lege, quod propter necessitatem temporis iussit, utputa propter duritiam cordis iussum fuerat, dari libellum repudij, sed Dominus illud quasi potestatẽ habens, subtraxit dicens, Quos Deus coniunxit, homo non separet. Itẽ & addidit, quod propter infirmitatem hominum, minus fuerat iussum, utputa antiquis dictum est, non occides. ego autem dico, non irasceris. Ideo ergo mirabatur, quia non quasi seruus legis sub potestate constitutus illud docebat, qđ fuerat iussum. sed quasi Dominus legis. & habens potestatem sua autoritate addebat, supra quam fuerat dictũ dicens: Antiquis dictum est, ego autem dico uobis &c. autoritatẽ qua Christus utebatur in sua doctrina, exercebat in sua operatione, operabatur nanque in sabbato non quasi seruus, sed quasi Dominus sabbati, nõ opera

Matth.5.

Prou.30.

Christus est dominus legis

Mat.5.& 10.

seruilia, sed opera saluberrima, & Iudæi tanquam sabbati violatorem volebant eum interficere, ille autē non ad literalem sabbatum, quo neque vllus Christianus tenetur, sed ad spiritualem mittebat eos dicens: Nolite iudicare secundum faciem. Difficilius legis mandatum est obseruantia sabbati ob innumeras circunstantias prout in lege eorum literaliter continetur, quod neque ipsi Iudæi obseruabant, nam eis dicit Christus in præsenti Euangelio, Nonne Moyses dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem? hoc asserit Beda Christum dixisse propterea quòd volebāt eum occidere, nam immediate subiunxit: Quid me quæritis inteficere? illi nanque gloriabantur legis præcepta implere, sed aperta re vincuntur sententia. Lex enim homicidium vetat, quomodo ergo legem faciebant, qui saluatorem interficere cogitabant? sed ad literale sabbatum redeundo aduerte quòd Christus in hoc Euangelio vult ostendere quòd neque Iudæi obseruant illud, ideoque non deberent mirari, si ipse hominibus exhiberet opera sanitatis in sabbato, vnde ideo ait. Propterea Moyses dedit vobis circuncisionem, non quia ex Moyse est, sed ex patribus. Et in sabbato circunciditis hominem. Si circuncisionem accipit homo in sabbato, vt non soluatur lex Moysi, mihi indignamini, quia totum hominem sanum feci in sabbato. Plures hic Dominus accumulat spirituales rationes. Primum quia si vobis licet hominem circuncidere in vno membro, mihi necessario licebit eum totaliter circuncidere scilicet, in anima & corpore. Iam scitis fratres quanta erat nostra infirmitas, & quomodo ita infectus erat homo quòd omne caput habebat languidum, & omne cor mœrens, ita vt à planta pedis vsque ad verticem nulla esset sanitas, tamen salus nostra Iesus totum hominem sanabat, quia hominem, quem assumpsit, salutem ipsam fecerat, es quo ad totum genus Adæ salus profluxit. Item secundo, si propter salutem hominis data est ei sabbati custodia, non

Circūcisio ex patribus.

debet

debet ei salus ipsa in sabbato denegari, quia propter unumquodq; tale, & illud magis, Dum mihi licet in sabbato quærere medicum, quare non mihi magis licebit ipsam quærere salutem? Item aduerte, ꝙ Dominus ex partibus dixit circuncisionem prouenisse, qua in sabbato exhibita, non soluebatur lex Moysi, sed sacramento patrum antiquorum venerabilior fiebat, quoniam iuniores, quanuis taceant in præsentia parentum, & seniorum, non dicuntur deprimi, sed honorari aduentu ipsorum. Sic o Iudæi aduertite, & ad spirituale sabbatum erigite oculos mentis, quoniam pater futuri seculi vobis in lege promissus viam venit, & sacramenta sua nō debent a lege Moysi quouis modo impediri, sicut nec lex impediebat circuncisionem quæ ex patribus erat.

Cur licet Christo in sabbato curare.

Si vultis agnoscere quomodo lex reuerentiam exhibet Christo, legite Paulum in tertio capite ad Galatas, vbi probat quomodo Christi promissio antiquior est lege Moysi, ac similiter salubrior. Nolite igitur o Iudæi iudicare secundum faciem, idest secundum literam legis, sed secundum patres antiquos in quibus est sapientia, & spiritus legis. Sed quæramus a Christo, Cur Domine in sabbato sanabas infirmos? cur non expectabas sequētem diem? cur non illo die quiescebas? Cur non potius orabas in die sabbati? Nolebat Dominus Iesus, nec vno die salutem venientium ad se differre, nec eiicere foras infirmos. Illo die propter concursum populorum plures postulabant, ac deuotius salutem, quia boni festo vacant animæ saluti, vnde illo die sanans Christus ægros, docebat sanos, quod festo saluti animæ debent insistere, ne sint ut Pharisæi vacantes illo die negotiis suis. Item sabbato curat, vt doceat, quod sicut nulla ætas sera ad bene operandum, sic nullus dies caret opportunitate benefaciendi. Ne feratur ergo vobis cura ad crastinum, sed statim deprehensam peccati ægritudinem rescindite & curate diligenter salutem vestram.

Galat. 3.

Mauult Christus sabbato curare.

Si quæris insuper, cur Dominus non quiescebat in sabbato, ad id respondebo tibi, quod requies eius

erat, exhibere salutem ægris, nam fatigatus ex itinere sedebat supra fontem, vt Sychar exhiberet salutem, & ministrando salutem Samaritanæ ita quieuit, vt nec cibum sumeret. Quemadmodum ergo requies aquæ detentæ est fluxus eius, sic requies Christi erat exhibitio nostræ salutis. Voluntas efficax nō quiescit, donec ponatur inesse, & propterea Dominus Iesus non cessat laborare, idest euitare, atque expellere impedimēta nostræ salutis, quam cum exhibet, requiescit. Si autem velis dicere quod de facto laborauit in sabbato, eum tu audi, tibi dicentem, Laborare me fecistis in iniquitatibus vestris, quæ non solum occupauere dies laboris, sed dies ocii mei. Si langor perseuerans grauat medicū (vt ait Sapiens) nec mirum, quod longinqua vetustas infirmitatis nostræ grauet totam requiem Domini Iesu, & eum semper dum vita maneat occupatum detineat, etiam his diebus, quibus quiescere debuisset, qđ videtur in cruce notasse dum dixit, Consummatum est, scilicet vexamen laboris, quod pro te acceptaui, Tunc inclinato capite ad dormiendum somnum mortis, emisit spiritum in manus patris, vt requiesceret a laboribus pro nobis sumptis. Si etiam dicis quod debebet sabbato sacrificiis vacare, respōdebit tibi illud quod pater suus dicit per Prophetam, Misericordiam volo, & non sacrificium. Plus pater æternus acceptabat misericordiam, quam bonus Iesus exhibebat infirmis curās eos, quàm iuge sacrificium totius synagogę. Si quę diximus o Iudæi perpenditis, non secundum faciem iudicabitis.

Secunda Pars. Facies designet iudicium.

Secūda facies quam a iudicio suo expulit Christus, est notitia Iudæorum, nam teste Gregorio super Ezechielem, per faciem designatur notitia. Sed cum per aliud nequeat fieri iudicium, nisi per notitiam iudicis, mirum videtur, quòd Christus dicat, Nolite iudicare secundum faciem, Qui secundum faciem iudicare negligit, nullo modo poterit iudicare, quia non est alia pars in homine, ad quā iudicium pertineat, nisi facies. Imò

facies

facies pro ipso iudicio in sacra pagina poni solet, vnde non iudicare secundum faciem est, non iudicare secundum iudicium, quod est ipsa facies, de qua beatus Iob ait, Nunquid faciem eius accipitis, & pro Deo iudicare nitimini? ipse vos arguet, quoniam in abscondito faciē eius accipitis, quia non decipietur, vt homo vestris fraudulentiis. Ille in abscondito sumit faciem Dei, qui iudicium eius pręoccupat, & in secreto conscientię, quasi exercens officium Dei iudicat opera eius, aut iudicat fraudulenter alios. Denique facies iudicium designat, ideoque videtur contradictio, quod non sit iudicandum secundum faciem, quia est sensus. Nolite iudicare secundum iudicium. Hic aduerte ꝙ optime carpit eos Christus, prohibens ne iudicent eum secundum iudiciū, eorum, nam nemo debet iudicare secundun iudicium, quando tale iudicium non est rectum, quādo ęquitatem non videt vultus eius Iudęi habebant proprium iudicium obcæcatum, ideoq; prohibentur, ne iudicent secundum illud. Hic aduertendum est, ꝙ vt ait Chrysost. in opere imperfecto super Matth. nō ille videt Deū qui scit Deum, sed qui timet, & diligit Deum, qui autē timet, & non diligit, nomen Dei cognoscit, nō potestatem. Ex hoc elicitur, ꝙ ad verum iudicium requiruntur fides & amor. alioquin de operibus Dei nihil poterimus recte iudicare, quoniā fides & amor sunt velut duo oculi faciei nostrę. hęc duo deerant Iudęis, ideoq; cæcum habent iudicium, quod innuit Euangelista, dū in pręsenti Euangelio dixit, Docebat in templo Christus, & mirabantur Iudęi dicentes, Quomodo hic literas scit, cum non didicerit? mirabantur quidem propterea quòd ipsum non cognoscebāt, quoniā, vt ait Chrysost. nemo potest bene iudicare de opere aliquo, nisi ꝑsonam operātis cognouerit, quis est. Vt puta, si magnū opus facit discipulos alicuius, miramur, quia discipulus alicuius constitutus tale opus potuit consummare si autem fecerit illud ipse magister, non satis miramur, quod enim magnum est, vt exercitatissimus magister Stupet q. nō credit

faciat opus magnum? ita & Deus qualemcunque doctrinam docuerit, minor est quàm sapientia ipsius, ideo docens in templo filius Dei non stuporem debuit excitare, sed fidem. Vis scire quia eum non cognouerunt, & ideo stupebant, audi quid dicant, Quomodo hic literas scit cum non didicerit? si Christum cognouissent, potius dicerent, Audiamus hunc & non Moysen, quia iste est vnigenitus Dei, qui ab æterno fuit in sinu patris a quo didicit non successu temporis, sed intuitu æternitatis omnia, quæ nobis poterunt esse proficua.

Christus a quo doctus sit & quomodo.

Filius Dei est patris sapientia, qui dum per modum intellectus procedit ab eo, didicit totam essentiam patris, quæ est euidens ac infinita sapientia, quæ nec literis, nec liberis, valet contineri. A sapiẽtia genita Dei homo Christus, didicit omnia tam cœlestia, quàm terrestria, quoniam ideo scriptum est Beatus homo quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum. Beatitudinem & scientiam Christus homo simul didicit in libro verbi, in libro vitæ, non successiue, sed in ictu oculi. vnde solus ille dicere valet illud Salomonis. Sapientia hominum non est mecum scilicet studio acquisita, attamen, non didici sapientiam, & noui scientiam sanctorum, Scientia sanctorum est verbum Dei clare visum, quo beati discunt sine literis omnia, ideoq; Christus neque scit, neque didicit literas, quia ipse dixit per os Dauit in Psal. Quoniam non cognoui literaturam, introibo in potentias Domini, domine memorabor iustitiæ tuæ solius, Introitus iste Christum hominem docuit totum iudicium & iustitiam vniuersalem Dei, secundum quam docebat homines scientiam de hac scientia subiunxit Christus, respõdens Iudæis, Mea doctrina nõ est mea, sed eius qui misit me, quasi dicat, Mea doctrina non est acquisita, sed infusa. Scio qđ non didici. Christus vt homo quotidie mittebatur a persona verbi, cui vnitus erat, vt prædicaret verbum Dei a quo agebatur, idem est ergo dicere, mea doctrina non est mea, ac si dicat, Illius qui intus docet me est hæc mea doctrina,

Psal. 93. Prou. 30. Psal. 70.

quam

quam doceo. Modum autem perueniendi ad hanc doctrinam, & intelligendi eam posuit, dum subiunxit, Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscet de doctrina mea, vtrum ex Deo sit, an ergo a meipso loquar. Homo Christus omnia loquebatur ad gloriam verbi docentis eum, cuius quidem uoluntatem debemus facere, si hoc mysterium volumus cognoscere. Nam quemadmodum Christus prius cœpit facere, quam docere, sic sane Christianus prius debet facere voluntatem Dei quàm cognoscere mysteria eius, quoniã, vt ait Sapiens, qui confidunt in illo intelligent veritatem. Et ipse Dominus vt ait, Hoc est opus Dei, vt credatis in eum, quem misit ille. Non ergo (vt notat Beda) intelligendum est, vt credamus, sed prius credendum est, vt intelligamus, Scriptum nanque est, Si non credideritis. non intelligetis. Præmium ergo fidei est intelligentia mysterii. Sed nos qui iam credimus, quomodo intelligemus quòd Christus a se non loquitur? optime quidem ideo aduerte quòd fides Christi in nobis est ipse Christus, vnde Augustinus ait. Si fides in nobis Christus in nobis. Quid enim aliud, ait Apostolus, habitare Christum per fidem in cordibus vestris, ergo fides tua de Christo, Christus est in corde tuo. Hæc Augustinus, Iam ergo dum Christianissimus quisque in rebus fidei loquitur, a semetipso non loquitur, sed a Christo habitante in corde eius, cuius gloriam quærit, sic sane homo Christus non a se loquebatur, sed a verbo secum commorante, cuius gloriam in omnibus quęrebat, ideoque ve: ax erat & ipsa iustitia, vt dicitur in p̃senti Euangelio. Verax inquam ex eo quòd a veritate essentiali agebatur interius, quæ nihil potest addiscere, quia nil potest ignorare Deus. Eratque iustus Christus dum suam doctrinam non sibi (quanuis doctor esset) sed summæ veritati deferebat, a qua debet illuminari, qui de Christo vult iudicare, qua carebant Iudæi qui audire meruerunt. Nolite iudicare secundum faciem scilicet vestram ignorantem, & turbatam, & cæcam,

Credim⁹ ut intelligamus.

Sapien. 3.
Ioan. 6.

Esa. 7.

1. Cor.

cæcam, ideo auerte oculos tuos a me.

Tertia pars. Vidimus in ſecunda parte quomodo ſynagoga non debuit iudicare Chriſtum, ſecundum propriam faciem propterea quòd (vt dicitur in Pſalmo) faciem peccatorum ſumebant, qui nõ recte iudicabant, quia teſte philoſopho omnis errans eſt ignorãs. Nunc de tertia facie videamus ſcilicet de facie ipſius Chriſti, nam & hæc ab hoc iudicio expellitur, dum dicitur. Nolite iudicare ſecundum faciem. Tribus modis poteſt aliquis cognoſci, & iudicari, quia tres ſunt qui teſtimonium dant in terra. Primo ſpiritus in ſacra pagina, Secundo ſanguis cognationis, ſecundum quam Chriſtus cognoſcebatur filius Dauid. Tertio aqua, id eſt, propria præſentia & conuerſatio, quia vt ait Sapiens, ſicut in aqua clarent vultus proſpiciẽtium, ſic ſane corda hominum (quos præ manibus habemus) manifeſta ſunt prudentibus. Tamen quæ preſentia erant, abſcondit Deus a ſapientibus, & prudentibus Iudeis, qui nec per ſcripturas (quia liceram ſolum) quas ſcrutabantur, nec per conſanguinitatem, quam habebant, cum eo, nec per clarã preſentiam cognouerunt, ideoque recte audiunt, Nolite iudicare ſecundum faciem ſcilicet meam. Hic aduerte quòd facies in ſacris literis dicitur humanitas Dei, quoniã per eam apparuit nobis Deus, & per eam oſtẽdit ſe toti mundo. Hanc petebat Pſalmographus dicẽs. Oſtende nobis faciem tuam & ſalui erimus. Hanc & in Canticis tota patrum congeries petebat dicens. Oſtẽde mihi faciem tuã, ſonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Hanc videre non potuit Moyſes, & ipſe Dauid flebat eius morans dicẽs. Vſquequo Domine obliuiſceris me in finẽ? uſquequo auertis faciem tuam a me? quandiu &c. totus Pſalmus eſt oratio deprecans huius faciei oſtenſionẽ, citiſſimã, Tandem toti mundo reſplenduit facies eius ſicut ſol, de qua dicit Lucas. Et facies eius erat euntis in Hieruſalem. Humanitas Chriſti non erat, vt ille homo qui deſcendit a Hieruſalem, in Hierico, ſed erat euntis in Hie-

Margin notes: Tria dãt teſtimoniũ Chriſto. — Humanitas Chriſti eſt facies. — Pſal. 79. — Cant. 2. — Pſal. 12.

Hierusalem, quoniam solus Christus homo exemplariter docuit viam illuc perueniendi, vnde mirum est, quòd Iudæis interdixerit, ne iudicarent secundum istā faciem, cum & ipse filius Dei non facie diuinitatis, sed humanitatis apparens finaliter omnes iudicabit. Hic aduerte, quod quemadmodum prohibemur iudicare secundum vultum eorum qui extenuant facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes, sic non debent iudicare Hebræi secundum vultum eius, cuius facies abscōdita est & velata, quia tunc liquide constat, quòd non reputabunt eum. Hęc facies quā dixi vobis, scilicet humanitas Christi aliquo modo velata erat & abscondita sub tegumento humilitatis, solummodo detegitur atque nūdatur in monte Thabor, vbi aiunt Apostoli adstantes. Nos autem reuelata facie gloriam Domini speculantes scilicet diuinam, quia per pulchram faciem humanitatis deuenitur ad gloriam diuinitatis. In Thabor hæc facies deposuit fletum, quo tumebat, & lauit se a passionib. nostris, & apparuit sicuti est nunc in cœlo. tamen ne impediretur passio, dum in valle lacrymarum erat, squalebat, & fusca erat, ac nigra quia velabatur humilitate, & sub indocti facie lumen abscondebat, vnde recte dixit Esaias. Quasi absconditus vultus eius. Ecce igitur quomodo sub communi conuersatione latebat facies Christi, ideoque non poterāt Hebræi secundum faciem iudicare mysteria Christi, vulgusque filiorum Israel per eum excusatur in cruce dicentem. Pater ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt. Populus per ignorantiam peccat, ego sum sacerdos meo hostiam offero pro peccato illorum, Hoc humile velamen positum super faciem humanitatis Christi, ne impediretur eius passio figuratur in Esaia, qui vidit faciem Domini & pedes eius per alas seraphin velari, quoniam altissima charitate sua voluit latere, & velari, ne visa suæ faciei pulchritudine via passionis eius impediretur quod & ipse interdixit Apostolis dicens. Nemini dixeritis visionem scilicet faciei meæ tam pulchræ

Velatur Christi facies.

Esaia 6.

donec

donec filius hominis a mortuis resurgat, Vulgus ergo Hæbreorum videns Christum sub velamine vtilitatis ambiguus dicit in Euangelio præsenti: Nunquid vere cognouerunt principes quia hic est Christus? & cætera vsque. & ipse me misit. Turbam minus prauam minusque malitiosam anxius docet Christus clamans, vt attẽtius aduertat, quod & fecit, nam ideo concluditur in euangelio. De turba autem multi crediderunt in eum. Tñ inter turbam erant scribæ principes & Pharisęi malitia inueterati, de quibus & in Euangelio pręsenti dicitur, Quærebant ergo eum apprehendere, & nemo misit in illum manum, quia nondum venerat hora eius. Istis firmius interdicitur ne iudicent secundum faciẽ, quia plus tenebantur abscondita in lucem producere, & mysteria propalare, tamen fecerunt, ut Iudas, qui videns ꝙ Christus non detegerat publicã peccatum suũ, ipse amplius celauit illud acceptans latibulum. Christus sub humilitate latebat, & Pharisæi eum plus latere fecerunt addentes confusionem humiliato, & ponentes eclipsim super solem, qui solummodo nubecula tectus erat. Humiliati redemptoris addiderunt humilitatem, quoniam ipse dicit, Abominantur me, & longe fugiunt a me, & faciem meam conspuere non verentur. Longe inquam non gressibus, sed moribus, longe non loco sed superbia quæ se ab humilibus separat, eosque contemnit. Faciem autem eius conspuere non verebantur, quia non tantum in absentia ei detrahebant, sed etiam in præsentia confutabant. Dum enim Christum aperte irridendo despiciunt in eorum contumeliis fluxa verba, quasi defluentes salivas in Christũ mittebant. Optime tñ dicit non verentur, quia pater cum misit filium suum ad colonos crudeles dixit, Forte verebuntur filium meum. Tamen ipsi animo irreuerenti & incffrænato magis absconderunt Christum, ꝗ ait. Tota die verecundia mea, scilicet mihi illata contra me est, & confusio faciei meæ operuit me. A voce exprobrantis & obloquentis a facie inimici & persequentis.

Iterũ absconditur Christus. per pharisęos.

Iob. 30.

Psalm. 43

sequentis. Confusio faciei ad totum hominem Christū pertinet, qui a parte humana digniori denominatur, vt ibi: Inspirauit in faciem eius, id est, in totum hominem spiraculum vitæ: Iudæi autem spiraculum mortis inferunt Christo, vt spiret in cruce, quando venerit hora eius. Quatuor genera persequentium se, tetigit Christus, cum dixit, A voce exprobrantis scilicet aperte, & obloquentis scilicet secrete detrahentis, & inimici, id est, in corde odientis, & persequentis scilicet opere molestiam, realiter inferentis. Isti quatuor sunt Annas, Cayphas, Herodes & Pilatus, qui tota die passionis contra Christum steterunt. In signum ergo quòd Scribæ & Pharisæi magis absconderunt faciem Christi (quam populo reuerenter deberent ostendere) legitur, quòd tempore passionis velarunt faciem eius, ideoque iure priuantur eius visione quæ in resurrectione splenduit, & apostolos ac matrem Dei lætificauit. Hic per &c. Gene.1.

Feria quarta quartę dominicę quadragesimę, de multiplici luto in baptismo lauando.

In illo tempore. Præteriens Iesus vidit hominem cæcum a natiuitate &c.

Sermo quadragesimusnonus.

THEMA

Lutum posuit super oculos, & laui, & video. Ioan.9.

Innocatio ad Virginem.

Naum.3. Lutū passionis habet Maria & Christus super oculos.

IN sacra pagina figuratur p lutū passio dñica, quoniā Christo suo ait pater: Aquā pp obsidionē hauri tibi, extrue munitiones tuas, intra ī lutū, & calca, subigēs tene laterē. Propter obsidionē, qua circūdederūt eū ini

mici

mici sui vallo, dicitur ei, vt hauriat sibi aquam quasi ad subuentionem maioris periculi, nam tanquam de maiori malo conquestus est Iesus in cruce de sua. Tamen aquam minime hausit, nisi lachrymas matris. Dicitur ei secundo, vt extruat munitiones scilicet spinarum, quia Dominus in cruce fuit sicut lilium inter spinas, eis munitus, quibus se dedit, quia ideo additur: Intra in lutum scilicet passionis, vince in horto timorem, ut securus intres. O Domine Iesu quia tunc intraueras lutum quando aquæ lutuosę intrauerant usque ad animam tuam. Quando in te complebatur illud Zachariæ. Iesus summus sacerdos indutus erat uestibus sordidis. Quando dicebas. Omnia indumenta mea inquinaui. Sed ne quis putet Christum à luto fuisse oppressum dicitur ei. Calca, subigens tene laterem. Calcauit equidem passiones dominans eis, & ex isto luto subiecto lateres fecit, ac finxit pro ædificio nouę Hierusalem, lateres (inquam) decoctos igne charitatis suę. De hoc ergo luto passionis ait Dominus Iesns, Lutũ posuit super oculos meos, quádo nil uidebam nisi tormenta, sed laui iam in resurrectione, & uideo nunc fructum in cœli ascensione. Sed quando Dominus Iesus erat in luto, poterat mater eius eo carere? non equidem, quoniam & ipsa dicit, Lutũ posuit super oculos meos. Nam, teste Hieronymo, claui Christum affigentes, oculos matris terebrant ideo, inquit, super oculos meos posuit qui plus cęteris partibus corporis sentiunt lęsiuum. Sed nunquid ei defuit natatorium Syloe? non sane, quia uulnus lateris Christi, ei sub cruce existenti aquam ministrauit, tamen ablutio illa non ad medelam, sed ad incrementum extitit doloris, pari forma & uisionis. Nã si teste Esaia, uexatio dat intellectum, quantum uisus acumẽ ibi putatis obtinuisse Mariam? cũ & bonus Latro, & Centurio, & Lõginus illo luto illuminati fuerint; reuera ibi tantum illuminata est, ut illuminatrix uocari mereatur, tanquam potens lumen gratię pręstare, quam ut assequi ualeamus eis pręsentemus, Aue.

Ex sanguine & terra fit lutum Christi.

Argumentum dicendorum.

PLurima quidem myſteria in hoc extenſo Euangelio reperiri poterant, ſi exactam eius enodationem vobis propalarem, quoniam cæcus iſte, phariſæorum & eorum qui tulerunt clauem ſcientiæ, doctor, opere & ſermone nos admonet, qualiter lutum peccatorum noſtrorum ponamus ſuper oculos per cõtitionem, ne taceat pupilla oculi noſtri, & qualiter nos lauare debemus per confeſſionem omnia mundificantem, & videre per ſatisfactionem vſque ad feſtucam reſtituentem, ne frater offendatur, ſed quia tempus periculoſum hæreſum aduenit oportet vos illuminari circa baptiſmi ſacramẽtum, quod in præſenti figuratur Euangelio, ideòque operæ pretium erit illud myſtice exponere, vt qui eo potiti ſunt ſecundum illud viuant, veluti ſanctus iſte cæcus qui ait. Lutum poſuit ſuper oculos, & laui, & video. In his tribus verbis ſtat initium & medium & finis totius euangelij, primum vſque ibi, & liniuit ſuper oculos eius, ſecundum vſque ibi excluſiue, dicebant ergo ex Phariſæis quidam, tertium vſque in finem vbi vidit etiam Chriſtum Domini. De alijs tamen tribus agemus, primo de luto, ſecundo de natatorio baptiſmi, tertio de natatorio confeſſionis pęnitẽtię. *Diuiſio.*

Vt myſticam expoſitionem præſentis euangelij perſcrutemur, aduertendum eſt, quod ante hoc miraculum Ioannes ait: Ieſus autem abſcondit ſe, & exiuit de templo, & immediate incipit narrare. Præteriens Ieſus vidit hominem cæcum &c. In templo Dei voluerunt Iudæi lapidare filium Dei, qui exiens abſcondite a templo cæcum luto ſanat. Mali angeli facta in cœlo ſeditione nitebantur filium Dei lapidare verbis blaſphemiæ, quia vnus eorum dixit. In cœlum aſcendam, & ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum, & ero ſimilis Altiſſimo. Ieſus autem in humilitate noſtra abſcondit ſe, & per incarnationem exiuit de templo paterno, & ideo incipit præſens euangelium, Præteriens Ieſus ſcilicet a templo cœli ad mundum factus viator. Noluit

Prima pars.

Trãſitus in itineribus æternitatis Dei.

huit Iesus perficere transitum suum, ideoque non dixit Ioannes præteriuit, sed præteriens Iesus, vbi verbo a tempore absolutio vsus est Euangelista, innuens perennitatem operis continui, nam semper transit Iesus, & semper pertransit, vnde præteriens (inquit) Iesus vidit hominem. Iste transitus perfectus ac durabilis ad personam Iesu diuinam pertinet, qui semper transit perfecte ex patre in spiritum sanctum, procedens æternaliter ab eo, tamen & manet in patre a quo procedit, & in spiritu sancto in quem transit. Nec improprie dicitur in spiritum sanctum transire, quoniam amor transfert amantem in amatum. De hoc transitu potest subtiliter exponi id Esaiæ. Erit transitus virgæ fundatus, quam requiescere faciet Dominus super eum in tympanis & citharis. Virga est ipse filius, qui de radice patris egreditur, in quo fundatur, quia manet in eo, tamen requiescit transitus huius virgæ in spiritum sanctum letissime, quoniam eum producendo explet voluntatem suam, dum ergo omnis volūtas eius fit, quietus est transitus, & quia semper fit semperque procedit, semper quietus est, & semper transit. Nec mirum quòd in hac autoritate dicatur, quòd Dominus pater facit requiescere filium super Spiritum sanctum, quoniam a parte habet filius, quòd producere possit tam infinitum amorem in tympanis & citharis, hoc est in tripudio diuino, cui non gratulatur sanctis per tympanum, & angeli per citharam signati. Quoniam præteriens Iesus memor fuit nostri, ideo enim sequitur: Vidit hominem cæcum a natiuitate. Quanuis omnis creatura rationalis apta nata sit videre illum trāsitum, & totius trinitatis processum, tamen quia ex se non potest ad actum reduci, propterea etiam de ipso Adam potest dici, Vidit hominem cæcum à natiuitate. Eum vidisse, nihil aliud est, quàm ei misericordiam certam præstitisse, quando tempus erit miserendi eius, quod ipse Dominus etiam præuidit, quo & egressus est de templo paterni pectoris, de quo exitu dicitur, Exhibit ho-

Esaiæ. 30

mo

mo ad opus suum,& ad operationem suã vsque ad vesperam. Opus Christi est illuminatio nostra, quoniam ad uerbum mentale pertinet illuminatio quod ideo dicitur notitia & lumen ad reuelationem gentiũ. Hanc illuminationem vsque ad vesperam mortis suæ protraxit,interea tamẽ dubijs exortis factum est, quod sequitur. Et interrogauerunt eum discipuli eius. Rabbi quis peccauit hic aut parentes eius, vt cæcus nasceretur? nouerant quidem Apostoli Deum punire iniquitatem patrum temporaliter in filios, ideoque interrogãt ob quod peccatum hæc cæcitas prouenerit huic. Nouerant quoque (vt asserit Iob) quòd nemo mundus est à sorde,nec infans vnius diei,cuius est uita super terram, à sorde inquam originali. Iesus autem respondit: Neque hic peccauit, neque parentes eius, vt scilicet cæcus nasceretur,sed natus est cæcus,vt manifestentur opera Dei in illo, nam dedita opera Deus fecit eum cæcum nasci, vt in eo adimpleret figuram cuiuslibet futuri Christiani. Si ergo Apostolorum interrogatio, & huius homini cæcitas & Christi responsio intelligatur de homine primo, aduerte quòd vt dixi, adhuc ante peccatum erat cæcus, propterea quod si aptus esset ad videndum Deum, illam, aptitudinem non poterat ex se solo in actum reducere. Nam cæcus dicitur qui aptus natus est videre,& nõ videt, & sic Adam aptus erat Deum videre, tamen non videbat, nec ex se illam aptitudinem actuare poterat, ideoque iure dicitur cæcus à natiuitate etiam si consideretur in primo statu suo, tamen illa cæcitas peccatum non fuit, nec à peccato causata,sed erat quædam proprietas naturæ humanæ, quæ indigna est,& superno eget auxilio, quo Deus magnalia sua erat ostensurus. Nec enim ob defectum impotentiæ Dei proueniebat huius cæci penuria, sed quia naturaliter homo indigens est,& superni luminis ducatu eget,alioquin non esset homo. Si autẽ quęstio sit de quolibet nostrũ attende,quod nostra cęcitas maior est, nam homine primo peccante & sibi & nobis ablata est

Adã est cæcus.

Peccator est cæcus

illa aptitudo videndi Deum,quem peccator videre non poterit. Vnde (vt Sampſon) quilibet peccator non tantum eſt cæcus,ſed exoculatus & ſic naſcitur,non tamen propter peccatum actuale proprium, nec propter peccatum parentum eius immediatorum præcedentium, ſed propter peccatum primorum parentum, vt ait gloſa, qui omnes nos cæcitate damnauerunt. Iam ergo ſi de me aut de te fieret quæſtio, ego ſic reſponderem. Hic peccauit, & parentes eius, vt cæcus naſceretur, tamen adhuc eſt ei ſpes,quia manifeſtantur opera Dei in illo per ſacramenta diuina. Patet quòd ego peccaui, vel tu,quia omnes in Adam peccauerunt. Patet, quòd patres noſtri, quia in peccatis libidinis etiam proprijs conceperunt nos. Patet etiam quòd primi parentes,quia propter peccatum eiecti ſunt de Paradiſo. Sed illa Dei ſapientia,quæ ſic primum hominem condidit, vt etiam recenter conditus egeret diuino auxilio atque lumine fidei & gratiæ & gloriæ, non eſt ſic peccato noſtro offenſa,nec ſic dedignatur peccatores,vt nollet eis ſubuenire, ſed per peccatum noſtrum occaſione accepta,ſe accingit ad maiora pietatis officia, & adhuc ait. Manifeſtentur opera Dei in illo. Quaſi dicat in illo ſic exoculato,ſic indigente,ſic in vtroque homine,excæcato. In homine igitur cæco ac perdito manifeſtentur opera Dei. Sed per quem debent opera Dei manifeſtari,per quem debent nobis propalari? Me (inquit filius dei) oportet operari opera eius qui miſit me(ſcilicet ad hoc) donec dies eſt. Venit nox, quando nemo poteſt operari. Scitis fratres, quomodo dies eſt vita Ieſu, & nox eſt eius mors, in qua velut ceſſans ab opere dixit. Conſummatum eſt. Vel dies eſt fides, nox infidelitas, tempore igitur fidei operatur filius dei. Sed videte quid dixerit, Operari me oportet opera eius. Si ſunt opera Dei, quomodo non ſunt facta? ſi facta ſunt quomodo ais, operari me oportet opera? hic aduerte quòd nos opera Dei ſumus,tamen præ vetuſtate peccati ſic deſtructa erat natura humana,vt

Nox & dies q d.

na, vt necesse sit, quòd filius reficiat, & iterum faciat in fine temporis opera, quæ pater fecit in principio, vnde propterea dixit. Me oportet operari opera eius, qui misit me. Nos pater operatus est in esse naturę, & eosdem operatur filius in esse gratię per patris decretum. Si autem quęrimus a filio per quod operabitur respondebit id quod sequitur. Quandiu sum in mundo, lux sum mundi. Pater in principio mundi homines fecit per potentiam creandi, filius autem per lucem sapientię suę satagit eos reparare, ideo inquit, lux sum mundi, quę à patre non est aliena, quoniam desursum est descendens à patre luminum, de quo sequitur. Hoc cum dixisset, expuit in terram, & fecit lutum ex sputo. Hoc (inquit Euangelista) cum dixisset, cum decreuisset, ac determinasset, nam dictum Dei determinatio fixa est. Cum ergo pater decreuisset ad nos reficiendos, reparandos, & reformandos filium mittere, expuit in terram, & fecit lutum ex sputo. De luto nos fecit in principio Deus, & luto nos reparari vult, differentia tamen est inter lutum & lutum, quia distat lutum platearum, quod deletur pedibus, à luto figuli, quo manibus artificis fit vas in honorem optimo liquore occupandum in sanctificationem sui. Multiplex tandem est lutum. Primum est caro nostra, de quo ait Iob: Memento, quęso quòd sicut lutum feceris me, & in puluerem deduces me. Secundum est multiplicatio secularium ac temporalium rerum de quo ait Abacuc: Qui congregat non sua, aggrauat contra se densum lutum. Tertium est populus gentium, de quo ait Dominus. Sicut lutum in manu figuli vos estis in manu mea. Quartum est mens humana, de quo ait Iob: Sternet sibi aurum quasi lutum. Quintum est tentatio, de quo Psalmographus clamat. Eripe me de luto, vt non infingar. Sextum est scientia secularis, de quo ait Propheta. Viam fecisti equis tuis in luto aquarum multarum. Septimum est desiderium sordidę volupta-tis, de quo ait sanctus Dauid: Infixus sum in limo pro-

Lutum multiplex.

Iob 10.

Abac 2.

Hie 18.

Iob 41. Psa. 68.

Abac 3.

Psal. 39.

fundi,& non est substantia,scilicet virtutes in me.Octauum est infernus de quo dicitur : Eduxisti me de lacu miseriæ , & de luto fæcis.Nonum est obseruantia legalium,de quo ait Iob:Restituetur vt lutum signaculum, quia legem(quæ est signum Euangelij) non intelligunt Iudæi nisi secundum lutum literæ graue,luto adhuc ac latere & paleis laborantes. Primum est calcãdum , quia ideo castigo corpus meum. Secundum quod est auaritia vilipende:quia ideo Paulus omnia arbitratur vt stercora: Tertium quod est gentilitas formetur in vasa : nã idem Paulus ait:Filioli mei, quos iterum parturio,donec Christus formetur in vobis:Quartum quod est anima consolidetur , ideoque accedens ad seruitutem Dei præparet animã suam ad tentationem.Quintum quod est tentatio deleatur , conculcetur , vt faciebat ille, qui dixit : Vt lutum platearum delebo eos scilicet motus carnis. Sextum quod est scientia seculi sperne,alioquin eris,vt mulier illa, quæ expenderat totam substantiam suam in medicis nihil proficientibus. Septimum quod est peccatum indiget ablutione pœnitentiæ , ex octauo scilicet inferno fiet lapis luteus quo lapidandus est piger,ne torpescat, vt sus inuoluta volutabro luti. Nonum ablue in aqua Syloe, quia in Euangelio delet obseruantia legalium & ceremoniæ In hoc peculiari præsentis Euangelij luto quinque designantur,primum ipse medicus , secundum autem modus curationis , hoc est sacramenta ecclesiæ , vt infra patebit , tertio autem designatur ægrotus ipse,qui ex anima & corpore cõstat velut ex saliua Dei,& luto elementato corporis humani ab humo sumpti & puluere terræ,vnde similia similibus resarcire vult Deus hodie . Quarto designatur in hoc luto infirmitas ipsa vel ægritudo peccatoris vniuersaliter,quæ est cæcitas,id est,ignorantia Dei,quia lutum super oculos positum cæcat homines,nam omnis peccans est ignorans,& lutum peccati animã cæcat, donec per lamenta pœnitentiæ lauetur.Oĩs quippe transgressor,antequam peccet,lumẽ habet oculorum,id est,

Peccatũ cæcat hominem. Vide Scotum ĩ 3 d.30. de cõnexione uirtutum ad dictamẽ.

dicta

dictamen rationis,& legem Dei, quæ sunt velut animæ oculi duo, sed quando in sensualitate nostra fit latum peccati, tunc peccator claudit oculos, vt peccare liberius valeat,quia opprimit rationem naturalem, & suffocat legem Dei, ne eum illuminent. Vnde propterea fdictum est: Qui agit malum odit lucem, ne arguantur opera eius. Peccator facit vt taurus, qui ut fortius impetat hominem,quando se determinat in eum, claudit oculos,& facto impetu inuadit eum, vnde qui caute sciunt tauros frustrari, subtrahunt se ad latus aliud. Sed non vult Deus subtrahere se, quando peccator vult eum offendere cæcis oculis, ideo conqueritur dicens: Tauri pingues,oqsederunt me. Qui obsessus est, undique patitur.

Quinto autem designatur in hoc luto sanitas Christi quæ est fides, de qua dicitur:Salus ex Iudæis est,scilicet ad nos procedens, quoniã propterea traditur gentibus fructus eius facientibus.Nota ergo quod fides signatur in luto nã lutum super oculos positum illico cæcat eos, & sic fides prima fronte cæcat hoĩem,quia non solũ est præter rõnem humanam, sed videtur esse contra rationem dum iubemur a mortuo Iesu uitam æternã sperare,& ab homine clauis capto libertatem captare & a sitibundo fruitionem æternam optare. De hac bona cæcitate scriptum est:De tenebris & caligine oculi cæcorum videbunt. Hoc ad literam solummodo tenet verum in causa fidei, vbi negantes intellectum nostrum subiicimus eum in obsequium Christi. Dum ergo tibi phantasmata occurrunt in fide, quomodo est, illud & illud, tu aqua sapientiæ salutaris laua omnia illa inconuenientia in natatoria Syloe,id est,Euangelii,cuius natatorium est reuelatio cœlestis, quia omnia possibilia sunt credenti, sunt, id est, iudicantur credenti, dicenti cum angelo. Non est impossibile apud Deum omne verbum. Lutum recipere est credere, lauare vero te est mãdata opere adimplere. Quinto autem de quo primitus dixisse oportuit, in hoc Christi luto designatᷓ grãde

Psal. 21.

Fides est lutũ Christi.

Esai. 8.

Hæreses cõtra baptismum

Ezce. 22. arcanum: nam eſt & aliud lutum optimum, tale quod ex eo imago adoranda poterit fieri, quod non debet cum prædictis numerari, quia nimis præcellit, ideoq; proprio caret nomine, quoniam præ bonitate eſt innominabile, nam fit hoc lutum ex ſaliua Dei, & ex meliori puluere terræ. Saliua deſcendit a capite in os, & ab ore poſt modum diſtillat in terram. Saliua vero ſapiētiam deſignat, quoniam aliquantum ſalſa eſt. & ſal diſcretionis & ſapientiæ in omni ſacrificio iubetur offerri. Iam ergo caput Chriſti eſt Deus pater, quoniam Paulus ait: Caput mulieris vir, caput viri Chriſtus, caput Chriſti Deus. Huius capitis os eſt filius Dei iuxta illud Eſaiæ, Quia os Domini locutum eſt. A capite ergo, id eſt, a patre ſaliua ſapientiæ diuinæ deſcendit in os. i. in filium, dum. ſ. per modum intellectus ipſe filius generatur a patre, quod ipſe teſtatur dicens. Ego ſcilicet ſapientia ex ore altiſſimi prodii primogenita ante omnem creaturam. Sed ab ore poſtmodum ſtillauit in terram quādo in fine temporum ipſe filius ſaliuam ſuæ diuinitatis miſcuit vel vniuit terræ noſtræ fragilitatis. Tunc ergo ſaliua ab ore ſtillauit in terram, quando verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. De hoc ergo luto diuino myſtice intelligēdo ait Euangeliſta: Spuit in terram, & fecit lutum ex ſputo. Terra iſta fratres, quæ diuinam recepit ſaliuam beatiſſima virgo eſt, nā filius eius dicitur radix de terra ſitienti, in qua opere ac digitis ſpiritus ſancti ex ſputo & terra ſicca virginea. ſ. carne fit lutum adorabile, quo non tantum cæci homines valeant illuminari, ſed angeli, nobis tamen fit & propter noſtram ſalutem, quia ideo ſequitur, Et liniuit lutum ſuper oculos eius. Improprie videtur dici hoc, nam deberet dici, Liniuit luto oculos eius. Sed attende myſterium, quoniam & ſi in omnibus ſcripturæ locis non dicatur liniri niſi locus in quo fit & ſuper quem fit linitio, tamen in Tobia ſolo ſic legitur, ac iubetur. At vbi introieris domum tuam adorato Domino accede ad patrem tuū, & oſculare

Ex luto ſacro & igne ſpiritus ſancti fit imago Chriſtus.

Tob. 11.

lare eum, ſtatimque lini ſuper oculos eius. Ecce quõ illic iſtud myſterium figuratur. Nam iſte cęcus figuram tenet patris Adę qui eſt ſenior Tobias cęcus, quem filius iunior Tobias. i. Chriſtus illuminat liniens ſuper oculos eius. Sed quia in Tobia fit mentio de domo, & ſacra pagina ex una parte nos deſtinat alteri, ſatis profunde poteris aduertere, quomodo in Leuitico iubetur ſacerdos, ut perluſtrans domum in qua lepram eſſe deprehenderit, luto lineat eam, quod ſi adhuc lepra perſeuerat, funditus iubetur domus tota deſtrui, & maxima pœna inhibetur, ne quis habitet, nec ingrediatur, aut comedat in tali domo. Quid de te referam Domine Ieſu ſacerdos magne, cui cura eſt de omnibus? nam domum Synagogam intraſti, lepram deprehendiſti, eam reprehenſione ac cenſura tua abraſiſti, domumque luto incarnationis tuę unxiſti, quid erit illi ſi adhuc perſiſtit? certe quod domui perſeueranti in lepra ſua. Nonne tu Domine etiam Phariſęos illuminare uolebas, quando dixiſti in hoc euangelio te ueniſſe, ut qui uident non uideant, & non videntes iam per tuum lutum ſalui fiant: hoc bene intelligebant concludentes. Ergo & nos cęci ſumus. ita erat, tamen noluerunt lutum Chriſti accipere ad uiſum animæ utile, ſi tamen unctus ſe lauerit. Ecce igitur quomodo in luto deſignatur incarnatio, tamen Symon de Caſſia dicit, quod ſignum debet præcedere ſignatum, ideo ne ſit præpoſterus ordo, magis placet ei, ꝙ in hoc myſterio deſignetur inſtitutio ſacramentorum, quę in uili materia conficiuntur per ſaliuam. i. uerbum Chriſti uim exhibentis rebus infimis, ut proſint ad animæ ſalutem, nam de primo ſacramento ideo ſequitur, Dixit ei Ieſus: Vade, & laua in natatoria Syloe, quod interpretatur miſſus. Abiit ergo & lauit, & uenit videns. O ſi me detinere ualerem ad huius uiri fidem extollendam, qui humiliter parens uerbo Chriſti abiit, lauit, & uidit, ac reuertitur, ut adoret eum. Non ſic Naaman qui dum mitteretur ad Iordanem pro ſanitate recuperanda reſpondit, Pu-

Optima figura luti Chriſti

Leui. 14.

tabam ꝙ egrederetur, & tangeret locum lepræ &c. Iste fœlix cæcus uocatur Cedonius, ꝗ postea cũ beata Magdalena fuit mari expositus & iuxta eam sepultus.

Secunda pars de Baptismo.

Hic cæcus sua obtinentia & fide tenet figuram corporis ecclesiæ, cui Deus missus parauit natatoriam Syloe. Cui cõtulit virtutem, quam ipse ædificauit, de qua etiam scribitur, quod Sellum : princeps ędificauit muros piscinæ Syloe in hortum regis & vsque ad gradus, qui descendunt de ciuitate Dauid. Sellum interpretatur pacificus vel abundans, & est Christus Dominus, qui volens pacem facere nobiscum ædificauit (ut meritis abundemus) muros piscinæ Siloe, tribuens baptismo uirtutem contra hostes, quoniam illic velut in mari rubro suffocantur. Hęc piscina dicitur natatoria, quoniã in ea natat anima nostra usq; ad portũ gloriæ, ideoque attingit eius ędificium gradus, qui descendunt de ciuitate Dauid, quia uirtus baptismi contigua est primũ gloriæ gradui cœlestis ciuitatis. Hęc dicitur vergere in hortum regis, quia pro sola ecclesia irriganda facta est. Syloe interpretatur missus, uel mittens, quoniã qui baptizatur, eo facto missus est ad cœlum, & ipsum baptisma quantum est ex parte sui, semper est mittens .s. anima ad gloriam, nam ideo dicitur fons aquę viuę salientis in vitam ęternam. Item dicitur natatoria missi, id est, Christi ex cuius laterali virtute baptisma vim accepit. In hac natatoria Siloe illuminantur animæ cæcæ, quamobrem beatus Dionysius asserit baptismum esse sacramentum illuminationis. Vt autem illumineris duo requiruntur, alterum quod luto ungas oculos tuos: alterum uero quod laueris, quia ideo dixit Christus: Ite, docete omnes gentes baptizantes eos, ac si dicat, docete & baptizate, quoniam catechismus est ante baptismum. Ideoque cæcus iste prius lutum accepit super oculos, credens contrariã humanæ rationi, & postea Christi auctoritate ac præcepto baptizauit se hoc ideo dico, quia nisi ex priuilegio Dei nemo baptizat se. Iam ergo tota baptizandi doctrina, stat

Marginalia: 2. Esdrę 3 — Baptismum est Syloe. — Rigabo hortum plantationum, &c.

ſtat in hoc, quod lutum accipias ſuper oculos. Vbi aduerte, quod quemadmodum expoſui, lutum & humanitas Chriſti vnita Deo. Pone igitur ſuper oculos tuos velut precioſius Chriſtum tuum, qui interpretatur vnctus, & tam vnctus vt ſuos valeat vngere. Hoc lutum præcipitur lauari, quia talis fides requiritur, quod per eam credamus aſſumptionem humanitatis fuiſſe honorem deitatis nõ deiectionem, lutum enim lauari eſt nulla indecentia in Deo credere, & ſentire quia caro factum eſt verbum Dei, non tamen ab eo amoueas veritatem carnis, ſed laua lutum, quia mundiſſimam debes credere carnem Chriſti, vnde Theophilus narrat multos dicere, quod lutum non eſt depoſitum, ſed in oculos conuerſum, tamen Chryſoſtomus oppoſitum dicit, quia in tali lotione non amouetur a Ieſu veritas carnis, ſed ipſum verbum vt caro factum ſit oculus noſter & lumen datum nobis ad cognoſcendum Deum, quoniam ideo dixit, Ego ſum lux mundi, ſcilicet minoris, in vnctione igitur lutuoſa notatur fides incarnati verbi. & in lotione eius baptiſmum, quæ duo ad ſalutem & ad ingreſſum cęli requirũtur recepto viſu, qm̃ cautũ erat antea, ne cæci vel claudi templum Dei intrarent, tñ de Ieſu dicitur; Acceſſerunt ad eũ cęci & claudi in templo & ſananit eos. Totum aũt quod ſequitur in euãg. non eſt niſi controuerſia quædam & irritatio Phariſęorum & aliorum Iudæorum volentium annulare miraculum Chriſti, non intelligentes virtutem vnctionis eius, nec baptiſmi effectum, vnde merio ait Eſaias, Pro eo quòd abiecit populus iſte aquas Syloe, quæ vadunt cum ſilentio, & aſſumpſit magis Rańn, & filium Romeliæ, propter hoc ecce Dominus adducet ſuper eos aquas fluminis fortes & multas. Aquas baptiſmi ſilenter ire videmus, quia virtus eius occulta eſt, nec a Iudæis cognita, qui ſunt vt Naaman præponentis aquas Iordanis fluuiis Damaſci, quia Iudæi aſſerũt meliores ablutiones legales quàm baptiſma, ſed qui ſimpliciter obedit, venit videns, quoniam niſi credideritis non intellige-

Chriſtus vnctus vnxit ſuos.

2. Reg. 5. Matt. 21.

te llige-

telligetis. Has ergo aquas populus iste abiecit hodie qñ dixit. Nos discipuli Moysi sumus. In eo aũt ꝙ populus adhæsit Rasin & filio Romeliæ notantur duo genera hæreticorum, de quibus etiam fit mentio in euangelio, vbi aliqui Iudæi asserebant miraculum Christi malum fuisse, propterea quòd sabbatum non obseruasset, alii vero negabant ipsum fuisse cæcum. Hic duo genera hæresum notabis, quidam enim vt Abyonitæ volebant seruari legalia cum euangelio, alii vero vt Pelagiani negabant hominem fuisse natum cæcum, quia non fatentur peccatum originale, sicut nec Iulianus, sed fidelis populus agnoscens, se cæcum vere de Christo ait, Lutum posuit super oculos meos, & laui & video. Lutum posuit per exhibitam fidem suæ incarnationis, lauit per charitatem, video per spem, quæ tria in baptismo conferuntur. Tamen aduerte, quòd hæc tria cæcus iste habuit, nam pueri baptizantur in fide parentum, & accipiunt illa, quando autem adultus baptizatur, tunc debent dicere parentes eius id præsentis euangelii, ætatem habet, ipsum interrogare. Si autẽ baptizandus infans est, parentes respondent pro eo, & talis sit lotus decedat saluatur in fide parentum, hoc ẽ, in fide Christi mystici & præsentis ecclesiæ, nam qui pueris octo dierum conferebat salutem in lege per circuncisionem, confert eandem abundantius in Euangelio per baptismum, nam qui ignoranter in alio, scilicet in Adam peccarunt, ignoranter in Christo saluantur, quia dum Christus vellet paralyticum sanare, non solu fidem illius, sed illorum vidit, qui & adultus erat. Vnde si adultis prodest fidem aliorum, quanto rationabilius infantibus proderit? nã Christus ait. Sinite paruulos venire ad me. s. per baptismum Martyres vocat ecclesia infantes ab Herode occisos, quibus uoluit Christus dare gloriam, quia suo nomine occidebãtur, & sic uult saluare infantes nomine suo baptizatos, requiritur tamen fides parentum, fides ecclesiæ, fides baptizãtium, idooque non immerito cum figura baptismi propalatur

Fides requiritur ad baptismum.

Pueri baptizati salui fiunt.

palatur in Euangelio præſenti, vocantur parentes baptizati. In ſecunda vero locutione Chriſti ad cæcum ſacramentum confirmationis deſignatur, qua eum interrogauit dicens. Tu credis in filium Dei? quando Dominus hoc interrogat, lutum carnis ſuæ lauat, quod ſuper oculos cæci poſuerat. Aliqui dicunt quòd tanquã premium ſtrenue defenſionis quæſiuit Ieſus cæcum, vt illi conferret ſuæ diuinitatis notitiam, quia primitus non acceperat niſi humanitatis, tamen vtriuſque confeſſio neceſſaria eſt baptizando. Sed quid vobis dicam fratres de huius cæci fide, ſpe & charitate? o quàm paratus erat reddere rationem fidei poſcentibus etiam phariſæis, vnus ſufficit nunc ex noſtris, vt vincat centum de alienis Iudæis tam duris, quòd iam conſpirauerunt contra Chriſtum Dei, tamen iſte illuminatus confundit eos, charitatiue tamen & volens eos illuminare, nam ſic accenſus erat Chriſti amore, vt inimicos eius putaret ad eius dilectionem trahere, ideoque eos interrogat dicens. Nunquid & vos vultis diſcipuli eius fieri? non ex malitia, ſed ex amore putabat eos ſciſcitari, ac perſcrutari opera Chriſti, nec mirum quia intenſus amor omnes indicat amantes, ideo dixit.

Confirmatio poſt baptiſmũ

Num & vos (ſcilicet ſicut & ego) vultis diſcipuli eius fieri? vos qui eratis conſpirantes iam eſtis amantes? ſed odium propulſat amorem, ideo ſequitur. Maledixerunt ergo ei, & dixerunt: Tu diſcipulus eius ſis. In me ſit iſta maledictio inquit Auguſtinus, nam ex illa hora eum Chriſtus accepit diſcipulum, ideoque eum quæſiuit, atque docuit, vt patet in fine præſentis euangeli, Hic ergo cæcus adulti baptizati figuram tenet, nam eius fides oſtenditur per profundam doctrinam qua rationibus plurimis nixus eſt probare ſanctitatem ac bonitatem optimam Chriſti ſui, primo quia peccato carebat ſecundo quia illi neſciebant vnde eſſet Chriſtus, tertio quia miraculum fecerat inauditum quarto quia cultor Dei erat, quinto quia cum Deus audiebat ad libitum etiam aliis orantem, ſexto quo-

Fides boni cæci, &c.

quoniam a Deo exiuit, his ſimilibus rationibus tam oportune, importuneque inſtat doctrinæ, quòd audiuit. In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Chriſtus dixerat, nec iſte peccauit, nec parentes eius vt cæcus naſceretur, ſed iſti antichriſti contrarium videntur ſentire, ac ſi & ipſi non eſſent in peccato originali concepti. Ad hos (vt dixi) habuit magnam charitatem cæcus, ideoque nitebatur, eos fidei adducere, iamque putabat conuerſos ad Chriſti diſcipulatum. Habuit tertio ſpē, qua inſtanter erudit, ac perſeuerat in doctrina affirmans quoniam hic eſt Chriſtus, nec timeus extra Synagogam fieri, quoniam gremio eccleſię receptus erat, & Chriſti abiectorum mundi receptoris qui cum inueniſſet eum bonum certamen viciſſe, dixit ei. Tu credis in filium Dei? reſpondit propugnator eius dicens. Quis eſt Domine, vt credam in eum? iſte vt alter Baptiſta ſecundum carnem ignorabat Chriſtum, qui volens eum familiarem dixit ei. Et vidiſti eum (ſcilicet per fidem veram & qui loquitur tecum ipſe eſt, ac cæcus ſanctus ait. Credo Domine. Vt autem, hæc fides oſtenderetur per dilectionem operari procidens adorauit eum adoratione ſumma, vt reges Magi, offerens ei non aurum, thus & myrram, ſed fidem, ſpem, & charitatem, lege allegorias Bibliæ pro bona charitate, & aliis.

Prins ſanctitatem, nūc autē deitatem Chriſticōfitetur.

Ferię

Feriæ quartæ post dominicam quartam quadragesimæ.

IN illo tempore. Ibat Iesus in ciuitatem quæ vocatur Naym, & ibant &c.

Sermo quinquagesimus.

T H E M A

Ibat Iesus in ciuitatem, quæ vocatur Naym. Luc. 7.

Inuocatio ad Virginem.

MAximã resurrectionẽ spiritussanctus operatus est in visceribus Mariæ, quæ est vera Naym quia interpretatur cõmotio, & tunc Maria fuit Naym, quando cõmota est & turbata in sermone angeli, imo & dei quia nõ loquebatur angelus nisi qđ Deus suggerebat, volens ad Naym venire, vt suscitaret ad altiorẽ vitam genus nostrũ, qñ Christus coagulatus est, quãdo ille verus Helisæus, qui est verbum dei, de monte gloriæ descẽdẽs ad vallẽ nostræ miseriæ, incuruaui: se & coaptauit puero, & humanitati nostræ ad vitã verbi suscitãdę, vbi exinaniuit semetipsũ formam serui accipiens, & hõ surrexit ad cor altũ, ad cor diuinũ, ad cor DEI. Hæc est optima resurrectio & summa pariter humiliatio, exinanitur deus, & deificatur hõ, qui ex pura priuatione, & ex non esse suscitatus est & assumptus vsq; ad vitã æternã quam ibi accepit Christus homo. Vnde maior fuit hæc resurrectio quam sepulchri, quia ibi solum ad corpus extenditur vita, hic audiui etiã ad animam, quæ ad vitã æternã eleuata est. Nec huius resurrectionis fratres expertes sumus, quia quãdo hæc effecta est, & hoc admirabile commertium fuit, largitus est nobis Deus suam deitatem, quam per gratiam participamus, non

Maxima resurrectio.

tamen nisi mediante Maria, quam vt moueamus ad orandum pro nobis ei, Aue præsentemus. Duę partes erunt, in prima literæ declaratio, in secunda eius allegoria.

Diuisio: *Pars. I.* SCribitur in hoc Euang. qualiter Iesus ad faciendam misericordiam ibat, nec dicitur iuit, sed ibat, quia sem p viã misericordię cucarrit, sem p etenim misericordia motus est Iesus, de quo dicit in figura: Iste consolabitur nos ab operibus & laboribus manuum nostrarum in terra cui male dixit. Dñs. Hæc dñr de Noe, qui interpretatur cessatio, sed cuius est ista cessatio? Hic aduerte q pater Noe dicebatur Lamech, & interpretatur percutiens, dum ergo noster Noe Christus venit fabricari arcam ecclesiæ suæ, pater eius cessauit mundum rigore iustitiæ percutere, & filius cœpit misericordiã frequentare: ideo (vt sequitur.) Ibat Iesus, vt faceret opus suum in ciuitatem Naym, vbi seditio quędam mota est inter viduam & mortem, veluti inter gallinam vnicum pullum habentem & miluum rapacem. Sed quo ibas Domine ad fluctuãtem, quia tu sem p es cũ pacifico, vbi factus est locus tuus & habitatio tua, tendis tamẽ ad fluctuantẽ, vnde Naym fluctuans interpretatur ad q̃ ibat ille cui venti & mare obediunt, quia oĩum tribulationũ sedator est. Et ibant cum eo discipuli eius, & turba copiosa. Adhuc turba copiosa fidelium iter cum Iesu, si discipuli eius, qui sunt clerici & monachi irent cum illo pariter, & non dormirent in cameris vitiorum remanẽtes ad sarcinas. Cum Christo dicitur ire turba copiosa, *Gen, 2.* & vidua dicitur venire cum turba multa, quia vbi non est Christus nullus est ordo, & cum eo est acies ordinata. Cum ergo appropinquaret portę ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filios vnicus matris suæ. Propterea quòd vnicus erat matri viduę commota est vniuersa ciuitas, vt condoleret ei, vnde sequitur. Et hæc vidua erat, & turba ciuitatis multa cum illa, quę portæ ciuitatis appropinquans deferebat mortuum, tamen Chri-

ſtus, qui eſt porta cœli, iunctus portæ ciuitatis, videtur dixiſſe morti inter portas apprehenſæ: Non exibis hinc donec reddas prædam, & mortuum euomas. Sciens igitur Chriſtus quòd religio munda, & immaculata apud Deum & patrem hæc eſt, viſitare pupillos, & viduas in tribulatione earum, videns eam miſericordia motus eſt ſuper eam, plus illi condolens quàm filio. Factum quippe erat cor Chriſti, tanquam cera liqueſcens in medio ventris eius, qui velut pia mater viſcera miſericordiæ geſtat in omnes, maxime in miſeriã patiẽtes. Facile fit motus in liquido, quo maior eſt liquefactio, velocior eſt motus ac diffuſior, & cum anima Chriſti ad vltimum liquefacta ſit, ex quo dilectus Dei filius ei vnitus eſt, & locutus miſericordiam maximam, ſequitur quòd citiſſime mouebatur ad miſerendum miſeratione hac de qua ſcriptum erat. Non deſpiciet preces pupilli, nec viduam ſi effundat loquelam gemitus. Pupillus iſte dum viueret, orauerat Deum, ne matrem ſuam viduam ſe orbatam faceret, nam erat vnicus ei, vnde magna erat triſtitiæ ratio quia vnicus nimis diligitur, ideo Dauid lamentans pro Ianatha dicit: Sicut mater vnicum amat filium, ita te diligebam, & conſequenter eſt dolor magnus eius amiſſio, adeò vt luctus pro peccato iubeatur ei aſſimilari iuxta id: Luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum. Et viduitas dolorem aggrauat, vt patet in parabola Tecuites, quæ 2. Reg. 14. ait ad regem: Heu mulier vidua ego ſum, & mortuus eſt vir meus. Ecce igitur plures compatiendi rationes, ideoque ait ei Chriſtus: Noli flere. Quanuis hæc duo verba affectu & geſtu miſericordi Chriſtus diceret viduæ, ipſa eum audiens detegit lugubre caput, vt videat importune loquentem, & ait intra ſe illud Iob: Conſolatores oneroſi eſtis vos. Vtinam mecum fleres, & ſcires me non poſſe lacrymas prohibere, nam dum recens eſt cauſa doloris, quis poterit exitum aquarum detinere? nondum dolor meus maturus eſt, vt flere deſinam, tempus matureſcit fructus accetoſos, & dolores

Ezec. 35.

ſedat.

ſedat, ſiccatque lacrhrymas, unde omnia tempus habet, nunc tempus flendi eſt. Si regnat in te Domine clementia nunc fletum flentibus, vt inueniat mater tua qui ſecum defleant, quia ſcriptum eſt. Qui impingat, impingabitur, qui inebriat, ipſe quoque inebriabitur. Nec dubium quin miſericordia ſit flere cum flentibus, & gaudere cum gaudentibus, maxima tamen eſt & vltima triſtitiam in gaudium vertere, eradicare dolorem, cauſas ſecare mœroris, inſereq; lętitiam, quod ut faceret Dominus acceſſit, & tetigit loculum. Ecce quo motus miſericordiæ properat, vt accedat, & tangat locum doloris. O Domine bene & optime noſti, ubi dolor erat viduæ, ibi eſt fletus eius, ibi mœror, ab eo incipe, ſi vis vt non fleat, ibi eſt vena doloris, ibi eſt locus lepræ, & fons lacrymarum eius eſt ibi. Tange loculum, vt dicatur. Stetit vnda fluens. Ad tactum eius, qui portabant ſteterunt. Nec mirum quòd Chriſtus volens lacrymas viduæ detinere, ſtare faceret portitores doloris eius, qui mare & Iordanem detinuit, ne procederent. Illi ergo pondus Domini & manum eius ferre non potentes, ſtant, immo & mater vidua aliquid boni ſuſpicans ſtetit vt videret finem rei. Dominus autem vt vtraque turba ſtaret ſic ait, Adoleſcens tibi dico, ſurge. Non minorem efficaciam habuit vox Chriſti quam tactus eius, quo ſteterunt portitores, nam tetigit loculum, vt oſtenderet ſuam humanitatem eſſe inſtrumentum deitatis, nam propterea qui portabant, ſteterunt. Magis enim erat vnita illa humanitas deitati, q̃ ferro igneo ignis, quod tamen ferrum habet operationem, & efficaciam ignis. Ait ergo. Adoleſcens tibi dico ſurge. Audijt hanc vocem infernus & tremuit. Nam ſicut caro Chriſti vnita eſt verbo Dei, ita vox Chriſti coniuncta eſt verbo diuino, & virtuti deitatis eius, ideoq; tam potenter perſonuit, vt infernũ ipſum concutere valeret ſonitu ſuo grandi, ſed o rex cui omnia viuunt, mortuo loqueris? potens quidẽ eſt Deus de lapidibus facere filios Abrahæ, iõ nec mirũ ꝙ mortuo im-

Maxima miſericordia q̃ ſit.

Vox domini in uirtute &c.

Imperet ille, qui uocat ea quæ non ſunt, tanquã ea quę ſunt. Igitur quia iuſſio Chriſti vrgebat, anima illa properat, & feſtina reuertitur ad corpus & per illum qui inſpirauit in faciem primi hominis ſpiraculum uitæ, reunita eſt corpori, calefacta eſt caro, fota mẽbra, nerui & uenæ mollificati, & accepta uita reſedit, qui erat mortuus, & cœpit loqui. Profecto feretri operimẽto, ipſe fila diſrupit, & faciem nudans, manibus eleuatis, cępit loqui ad turbas de Chriſto.

En iſta eſt dies, quã expectabamus, inuenimus, uidimus, fecit Dominus quæ cogitauit, compleuit ſermonẽ ſuum. Hic eſt de quo ait Patriarcha: Ipſe erit expectatio gentium, ipſum gentes deprecabuntur. De hoc ſcriptum eſt & rogatum: Emitte agnum Domine dominatorem terræ. Huic patriarchæ in limbo quotidie dicunt: Veni ad liberandum nos Domine Deus uirtutum, oſtende faciem tuam & ſalui erimus. Educ uinctos de domo carceris ſedentes in mendicitate, in tenebris & umbra mortis. Et ad Chriſtum ait: Tu es uerus Ioſeph, tibi dicere ualeo id quod dictum eſt ei. Salus noſtra in manu tua eſt. Ex quo enim feretrũ tetigeſti, uoluntas tua tetigit animam meam, ut uiueret, quia uita in uoluntate eius. Benedicant te cœli & terra, & enarrẽt gloriam tuam uſque in altiſſima quæ facturus es magnalia, ego autem qui ſum minor cunctis miſerationibus tuis magnifico nomẽ tuum, quia cor viduę matris meæ conſolatus es. Tunc ait Ieſus dans filium matri: Ecce quare dixi tibi noli flere, accipe puerum tuum, tolle filium tuum, gaude & lætare, & gratias age. Tunc accepit omnes timor ſanctus, quem ipſe Ieſus ſuper turbam effudit, vt participes & ipſi fierent reſurrectionis & pręlibatæ reuelationis, unde ſequitur: Et magnificabant Deum dicentes, quia propheta magnus (de quo locutus eſt Moyſes) ſurrexit in nobis, qui & Deus eſt, quoniam Deus habitu iuuentus ut homo, uiſitabit plebem ſuã, uiſitatione illa de qua Hieremias ait in perſona Domini, Viſitabo uos, & ſuſcitabo ſuper uos uer-

Quid loqui cœperit adoleſcens ſuſcitatus.

Tren. 2.

Gen. 47.

Hier. 29.

bum meum bonũ scilicet æternum de quo dicitur, Misit verbum suum & sanauit eos. Ecce salus nostra, ecce medicus animarum ægrotantium, visitator in spiritu lenitatis, & salutis de quo dixerat, & orauerat rex Dauid

Psal. 105. Visita nos in salutari tuo ad videndum in bonitate electorum tuorum, ad lætandum in lætitia gentis tuæ, vt lauderis cũ hæreditate tua Israel. Sic ergo iuuenis iste retulit gratias Christo adhuc residens cito, pro se & pro matre sua & pro toto mundo, vnde turbas docuit, vt cum eo dicerēt: Quia propheta magnum surrexit in nobis, qui talem resurrectionem fecit, vt visitaret plebem suam, ideo magnificauit Dominus facere nobiscũ, facti sumus lætãtes, qui flentes mortuum deferebamus. Sed iam lætamur per eum qui surgens mortuos suscitat, & nos pariter in vitam æternam suscitabit. In suscitatione iuuenis huius vt notat Petrus Damianus præfiguratur vniuersalis resurrectio, qua in mensuram ætatis plenitudinis Christi, omnes quidem resurgemus. Nã vt breuibus agam, sicut in Naym ista signatur mundus, ita in porta occidentali Naym intelligitur finis mundi, illa .n. porta exhibat multa turba. Et quidem semper Deus venit in Naym nos visitãs in nostris commotionibus, quia semper in suis tribulationibus venit in adiutoriũ ecclesiæ. Sed in porta quando erit tribulatio magna, qualis nunquam fuit ab initio, quando populus Christianus varijs antichristi persecutionibus martyrizabitur, & quasi filius vnicus matris ecclesiæ efferetur, quæ tũc vidua erit, & corporali præsentia spõsi Christi scilicet orbata. Tunc sane (vt scriptum est) conterētur in porta scilicet in exitu, tunc denique licet turba ciuitatis cœlestis sit cum illa tam in angelis deputatis ad eius custodiam, quàm in multis eius membris sanctis, quæ nunquam in ecclesia deerunt. Tunc dabitur copiosior consolatio, & prohibebit Deus antiquas lacrymas non solum ecclesiæ militãtis dicens ei, Noli flere, sed etiam triumphantis scilicet secundam stolam desiderãtium, qui dicuntur sub altari Dei clamare. Accedit igitur Deus familiarior tunc temporis,

Resurrectio generalis.

poris,ac denique accedet in iudicio vniuersali, & tâget loculum etiam sepulchra, & nunc cessabunt portitores tam viuorum quàm mortuorum, quia & persecutores ecclesię,& curruptores cadauerum stabunt,quia nō dabitur locus vlterior. Persecutiones igitur & persecutores cedent Deo,& omnes, qui in monumentis sunt audient vocem filij Dei,& qui portabant,stabunt,dum nō fient in nostro corpore actiones elementorum corruptiue, sed miraculo quidem Dei manebit suspensa omnis actio corruptiua,quia sic sedebit quiete,q. mortuus fuerat,& incipiet loqui cœli concentus nouos. Et erit mater cum suo filio in perpetuū. Et accipiet omnes timor ille reuerentię, quo tremunt potestates, & magnificabunt Deum suscitati dicentes. Propheta magnus surrexit in nobis,qui primo in sua persona surrexerat in seipso,Quia Deus nunc vniuersaliter uisitauit plebem suā, illa uisitatione qua per Ezech.dixerat: Ecce ego aperiā tumulos uestros &c. Hec uisitatio eo melior erit, quo posterior. Tunc sane dicens: Omnis consummationis uidi finem. Ezec.37.

Secunda pars ubi agitur de resurrectione prima.

Vt uobis fratres ingererem primam resurrectionem uisum est aliquid de secunda pręlibare, quia premium irritat meritum, & corona certantem uiribus militem munit Quis namque libenter non exponet corpus tribulationibus, cum Christus tam magnifice illud premiabit?iam ergo si ad stolam glorię peruenire cupitis, quę secunda,dicitur, oportet uos prius acquirere stolā iustitię, quia nemo perueniet ad uitam glorię, nisi qui prius habuerit uitam gratię.Sed uita gratię non potest haberi, nisi prius aliquis protegat se a morte peccati, quę in hoc etiam euangelio figuratur.Nota ergo q͞ peccatum est animę mors. Voluit namque Deus in morte nostra peccatum nostrum signari,ut sciamus quantum sit fugiendum,& quo studio ab eo cauendum,& si pec- Peccatū est animę mors

care contingat) quanto fletu plorandum, vnde ideo scriptum est. Modicum plora super mortuum, quoniam requieuit, nequissimi autem nequissima vita super mortem fatui. Et ibi iubet nos scriptura mortuos 7. diebus lugere, sed impios lugere nos oportet etiam omnibus diebus vitæ illorum, in quibus sunt impij Vnde ait August. Suntne in te viscera Christianæ compassionis, qui plangis corpus a quo recessit anima, & non plangis animam, a qua recessit Deus? valor corporis est anima, valor animæ Deus, quem tollit peccatum, ideo enim est mors, quam iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrum. Et sicut mors aufert corpori anhelitũ, & pulsum, & motum, & sensum, sic etiam peccatum aufert animæ anhelitum scilicet gratiam & pulsum, id est, remorsum conscientiæ, & motum, id est, iustitiam seu iustitiæ opera, & sensum scilicet gloriæ aut Christi. Aufert equidem peccatum animæ sensum iuxta illud: Verberauerunt me & ego non dolui: traxerunt me ego nõ sensi scilicet & damnum animæ, nam damnum corporis valde quidem sentit peccator vnde in Hierico descẽdens remanet semiuiuus. Patet hoc in Pharaone indurato flagellis Dei, qui tamen nolebat priuari captiuis Hebræis, nimis enim sensit eorum recessum. O peccator qui nõ sentis plagas tuas, nam vltra remorsum consciẽtiæ, qui animam tribulat, si dicenda est tribulatio priuari multis pecunijs, in quam magno est labore ac tribulatione, qui dum est in peccato, irrecuperabiliter priuatur gloria æterna, quæ correspõdisset bono operi, quod fecisset, si esset in gratia? viuus ergo est peccator in corpore, sed non in anima, quia ipsa iam non sentit manẽs nimiũ in fœtore peccati, vbi minime sentitur odor malus, sicut demorantes iuxta sentinam nauis vix fœtorẽ sentiunt, sic ergo peccator, nam ideo dicitur gloria impij sicut stercus terræ, cum tamen gloria eius esse deberet suæ conscientiæ testimonium. Nec peccatum solum modo dicitur mors, ex eo quòd peccatum solius Adæ fuerit causa mortis omnium, quodlibet enim peccatũ

mortale

Eccle. 22.

Cognoscitur mors animæ sicut mors corporis.

Pro. 23.

mortale nostrũ est sufficiens causa mortis propriæ, ita vt tot causas habeat homo suæ mortis, quot peccata commisit, vt etiam de morte corporali possit intelligi hoc, Anima quæ peccauerit ipsa morietur. Incurrit autem hanc peccati mortem liberum arbitrium nostrum quod signatur in adolescente hoc, ex eo quia sicut est robur virium in iuuentute, sic liberum hominis arbitriũ est magnarum virium, quia non potest cogi. Non tñ passim hanc mortem incurrit, nec vbique, sed dũ est in Naym, dum scilicet per amorem seculi est in mũdo, nam sufficit esse mundanus ad moriendum. Vbi nota quòd Naym interpretatur pulchritudo, & ideo signat concupiscentiam oculorum, & quia interpretatur iocunditas, signat concupiscentiam carnis, & quia interpretatur motus eorum, signat superbiam vitæ. Et hæ sunt tres infirmitates, quas legimus habuisse tres mortuos, qui leguntur in veteri testamento suscitati. Puer enim quem suscitauit Helisæus, obiit ardore solis, quãdo exiuit ad messores, & caput ei doluit, vbi signatur auaritia æstuans & sensus capitis occupans. Adolescens suscitatus ab Helia filius Sareptanæ mortuus est languore fortissimo, in quo signatur concupiscentia carnis, quę Sampsonem etiam eneruat. Sed uir quem mortuus Helisæus suscitauit, mortuus est infirmitate secreta & inuisibili quę est superbia, nam potest latere sub omnibus signis humilitatis. Contra hęc tria mala expedit remedia tria quærere, quæ Paulus ponit in epistola illius dominicæ, vbi canitur istud euangelium. Cõtra superbiam ait, Ne efficiamini inanis gloriæ cupidi. Et qui se existimat aliqui esse cum nihil sit, ipse se seducit &c. auaritiæ autem subuenit, dum ait: Communicet autem his qui chaterizatur verbo &c. Luxurię autem succurrit dicens. Spiritu viuimus, spiritu & ambulemus &c sic ergo his tribus malis morietur, id est, peccat liberum arbitrium nostrum, cui vix manet synderesis, quæ est pia mater flens. Mori autem dicitur quando per peccatum fit impotens ad opus meritorium,

Mundus est Naym

4. Reg. 4.
3. Reg. 17

4. Reg. 13
Liberum arbitriũ.

ritorium, & effertur cum per malam consuetudinem exit in prauam operationem. Hic est ille adolescens qui obit, quando Paulus concionabatur, & quando domus erat plena lampadibus, quia quanuis habeat cor nostrum lumina Dei, non vult tamen Dei lampades attendere, sed dormire, idest, negligere, & mori, idest, pecare. Vtinam vel attenderet solem & lunam lampade domus Dei, quæ continue nobis enarrant gloriã eius. Hic ergo adolescens est ille, qui omnia sua bona consumit, signatus in Euthico qui (vt dicitur in Actis apostolorum) somno oppressus cecidit de fenestra, negligens verbum Dei, mortuo tamen manet mater, idest, synderesis & conscientia viua, quæ flet lacrymis irremediabilibus mortem filii, ipsa enim synderesis ex adiutorio Dei generat animam seu liberum arbitrium in esse gratiæ. Et huius lacrymæ dicuntur esse irremediabiles, quia nulla humana consolatio sufficit eius remorsum totaliter extinguere nisi Deus gratiam infundens intus ei dicat, Noli flere. Vbi pondera, quod non erat remedium verum Sauli audire citharam Dauid, quia quãuis ad tempus leuius se haberet, postea tamen dæmon redibat atrocius, qui ex inuidia fecit ipsum persequi Dauid, Sic ergo non verum peccatoris remedium, ad mundi consolationes conuerti, quia licet ad tempus obliuiscat sui remorsus postea tamen redit acrius. Si ergo bona Dauid cithara vix potuit Saulem liberare, quis deinceps Luthero deliranti aures inclinabit? hic enim audax negat hominem posse a peccati morte resurgere, cum misericors Christi clementia gemitibus matris nostræ, idest, conscientiæ contritæ se offerat gratiam vitæ præstaturus. Ad matrem ergo hanc recurre contritæ, quoniam adhuc consumptis omnibus habet adolescens ille matrem intra se, quæ dicebat per os eius, O quãti mercenarii in domo patris mei abundãt panib. &c. Flet ergo vidua hęc mater, quia p̱ peccatum manet viduata Deo, q̃a non potest ex se sola ob spõsi absentia filios, idest, merita bona operũ producere, donec ei loquatur

Act. 20.

Consciẽtia est mater.

quetur Deus,qui ianuæ,ideſt,noſtræ diſpoſitioni aſſi-
ſtit.Turba tamen ciuitatis multa eſt cum illa, manent
enim in ea naturalia dona,& gratiæ gratis datæ, quæ
iuuant ad fletum.Ecce igitur quomodo moritur ꝑ cul
pam peccator,ſed iam attende quõ Chriſtus eſt eius re
ſurrectio & vita,venit nanque in Naym cum determi-
nat accedere ad cor mundanum,cum ei vult ſubuenire.
Sed non venit ſolus,quia cum eo turba copioſa, ideſt
humilitas,caſtitas,temperantia,&c. Gratia enim Dei ſi-
ue eius auxiliũ ſpeciale omnia bona ſecum portat,imò
& in anima efficit plura deſideria optima. Exponit hoc ſanctus Antonius quo ad clericos & fratres, quia quo- Sequela Chriſti.
tiens Chriſtum ſequuntur,cum ſint ſpeciales eius diſci
puli,ſequit̃ Chriſtum turba copioſa,& facile bono exẽ-
plo multorum ſuſcitatur peccator.Siquidem ideo tur-
ba infidelium non ſequitur Chriſtum, quia Chriſtiani
fere oẽs relicto eo fugerunt,ſicut accidit tempore paſ-
ſionis.Quando diſcipuli fugiunt,facile Chriſtus illudi-
tur.Peccatores eum morti tradunt,diſcipuli autem fu-
giunt ab eo,& vtinam non tradant eum,Exclama qua-
liter in eccleſia primitiua facilis erat reſurrectio pecca-
toris,imò & plurium infidelium,quia erat Ieſus valde
aſſociatus,ſed nunc pro dolor,quia ẽt diſcipuli fugiũt.
Attamen minime eſt nobis excuſatio, quia ſemper ha-
bemus,quos imitemur,nam ſicut tunc vſque ad cœnã
& hortum,ſic nunc multi ad ea quæ carnis ſunt & con
ſolationis properant(vt ſibi videtur)cũ Chriſto,ſequũ-
tur tñ eum veraciter fortiores velut Petrus & Ioannes
ſaltim a longe,ſunt enim inſtrumenta Chriſti ad cõuer
tendos peccatores,& ideo ibant cum eo diſcipuli eius.
Qui etiam nunc angelis ſtipatus venit ad nos & ſanctis
defunctis qui ſequuntur,agnum,quocunq; ierit. Appro
pinquat aũt portæ ciuitatis,quando gratia ſalutaris co
hibet,ne tentatio per aliquem ſenſum in peccati cõſue
tudine ad effectum perueniat. Motus enim miſericor
dia ſuper vidua & filio eius, ac volens prohibere fletũ
per pacem conſcientię,tangens loculũ,& applicans ſuæ

passionis virtutem,accedit,cum affectum malum compescit. Et tunc stant portitores,sunt 4 quæ hominẽ portant in loculo prauæ affectionis ad sepulchrum fœtidũ consuetudinis vitiosæ primum est fiducia diu uiuendi, alterum consideratio alienæ culpæ,tertium impunitas peccatoris,quartum stulta spes pœnitẽti in futuro. Sed quando Christus accedit ad animam isti portitores stãt perditis viribus,quia in vano mendatio fulciuntur. Et nota quòd non legitur Christum dixisse,senex tibi dico surge,quia durum est tales conuerti. Aliqui portantur ad sepulchrum spirituale sicut ad corporale a quatuor elementis,a terra per auaritiam,ab aqua per luxuriam, ab aere per superbiam,ab igne per iracundiam,sed omnes stant accedente Christo,qui suæ virtutis norma obuiat malis nostris. Sunt & alii 4.portitores,quos Guil. Pa.notat,efferentes a cęnobio cum Luthero malũ monachum. Primus est recordatio vitæ prioris, sicut in deserto recordabantur filii Israel cępe & cucumerum &c. Secundus est rigor regularium obseruationum, quasi anima eorum dicat,Hoc est onus,quod neq; nos, neq; patres nostri portare potuimus. Tertius est exemplũ aliorum pusillanimum,ideo enim in libro Numerorũ, cum dixisset Caleph,Ascendamus, dicitur ei, Nequaquam ad populum hunc valemus ascendere,qui fortior nobis est. Hoc dixerunt ei ob timorem,quem eis incusserant exploratores,ideo formidolosi, & corde pauido eiiciebantur a prælio. Quartus portior est spes redeundi per pœnitentiam,cum tamen difficile redeat coruus ad arcam,si fuerit iam semel egressus. Tamen hi omnes stant Christo accedente ad cor, quia eos conuertit ad se maxime dum clamat illo viuo sermone suo & efficaci, qui est penetrabilior omni gladio. Vtinam Domine ingeras animæ meæ. Tibi dico,surge, scilicet a casu peccati quo in profundum recesserat. Dum Deus loquitur in scripturis sanctis, videtur omnibus loqui,dum autem animę imprimit verbum suum singulariter,ait,Tibi dico surge. Impossibile arbitror, quintalis

Quatuor portitores.

Num.13.

Deut.20.

Monachi difficile corrigun tur.

talis audiat, vnde sequitur, Resedit, qui erat mortuus, & cœpit loqui, Ante vitam gratiæ peccator mutus est & velut ęs sonans, aut cymbalum tinniens. Tamen dū iam salutaria fatur, matri restituitur, & iam intra conscientiam suam & sub eius monitis habitat in pace. Dicitur autem quod resedit, & non plane, nec omnino surrexit, quia inclinatio peccati non æque cito tollitur sicut peccatum ipsum. Tunc sane timor Dei accipit omnes nostros sensus interiores, & clamant in gratiarum actionem dicentes, quòd Propheta magnus surrexit in nobis. Pro huius intelligentia, nota quòd cum anima est in peccato, Christus est mortuus in ea, sicut ex opposito viuebat in Pau. dicente, An experientiam quæritis eius qui loquitur in me Christus? dum ergo peccator manet in peccatis suis, Christus moritur in eo, & sic quilibet peccator est deicida, qui iterum Christum crucifigit. Et etiam ipsa anima est mortua Deo Et quia magis dolendum est de inhonoratione Dei, quæ est in peccato, quam de damno nostro, ideo plus est gratulandū in conuersione ad gratiam, de hoc quod iam Christus mortuus reuixit in nobis, & redditus est illi honor, suus quam de vtilitate nostra. Vnde propterea non proclamatur, iuuenis surrexit, sed Propheta magnus Christus surrexit in nobis, quod valde notandum est. Iam ergo venit primo Christus in Naym, quando quasi a longe disponit misereri animæ, secūdo autem appropinquat portæ per gratiam præuenientem, quæ est gratis data, qua detinet, ne peccatū vltra procedat, licet nō ipsum destruat. tertio monet cōscientiā ad pacem, dicēs, noli flere, tolle remorsum semota causa eius. Nō dixit, ne fle sed noli flere, quasi dicat, Ama pacē, & tolera cām fletus. Sed quia anima quæ semel peccauit, ex se sola nō potest ad pacem restitui. quarto accedit Iesus non ad portam solum extra, sed ad loculum mali amoris, in quo defertur liberum arbitrium, & dum quinto tangit applicādo meritu suæ passionis cessat prauus amor. Et quia nunquam est vera contritio, quin ad noua proposita

Peccator est deicida.

sita surgat anima, sexto ei dicitur. Adolescens tibi dico surge. Vnde quia post hęc sequitur pax animę optata, ideo septimo dedit illum matri suæ, vt scilicet nutriat vitam gratiæ, & acquirat, hęreditetque vitam gloriæ, quam mihi &c.

Historicus sextæ feriæ Lazari.

IN illo tempore. Erat quidam langueus Lazarus, a Bethania castello di Maria &c.

Sermo quinquagesimusprimus.

THEMA.

Et lacrymatus est Iesus. Ioan. 11.

Inuocatio ad Virginem.

VT in præsenti canitur Euangelio sorores infirmi
Pro.13. nuncium miserunt ad Iesum, nō talem vt de eo dici queat. Legatus fidelis sanitas, Si autem De genetricē mitterent ad Iesum, venisset quidem festinus, nec ineptus aliquis dicat quòd non iret, quanuis mitteretur, quoniam & ipsa pariter Lazarum diligebat, & ad pietatis interuentionem semper pia fuit Maria, sciens quòd melius est ire ad domum luctus, quæ non vocata venit ad nuptias minus cōsentaneas sibi quàm funera, vt egestatem vini intercedens apud filium suppleret, si hanc ergo mitterēt, certa languēti salus aduenirer, Iesumq; statim adduceret vt vinum letitiæ præstaret. Maria ergo exoratrix importunior sic legationem suam explere, vt
Pro. 25. diceretur de ea. Sicut frigus niuis in die messis, ita legatus fidelis ei qui misit eum, animam illius requiescere facit. Vbi nota ꝙ messis mortis, est langor perseuerans, quo mors animam metit a terra corporis & corpus a mundo, & totū hominē a domo & rebus suis, sed sicut nix

Quātum valet Mariæ intercessio.

nix messi prestat impedimentū, sic Maria legatione fungens obstat morti, & a doloribus mortis animā mittentis eā reqescere facit, ita q leuius ferat mortē, vel mors sit mitis eis p quib Maria intercedit, qa sicut ī die messis nix calorē tēperat, sic Maria mortis angustias, q̄ autorē vitæ peperit, & possedit, dies quoq; messis est dies sermonis, quo aīas in horreū Dei a mundo separatas cō grego. Minor igitur cunctis miserationib. eius est gratiæ collatio, qua verbū Dei reddit viuum & efficax, sunt equidem verba emortua, q̄ gratia non informat, quam vt p̄senti sermoni assequi valeamus, Dei genetrici offeramus, Aue. Quære aliā salutationē in libro meo super Missus est, sermone 3. fol. 24. vbi Maria est Sunamitis.

Argumentum dicendorum.

Prædicator in hoc, domificator est, aut similis ei, quia sicut meliorē lapidē perquirit ille pro construēda domo super eam, sic iste meliorem sentētiam pro sermone suo statuendo super eam. Cum ergo ex toto euāgelio nulla sententia mihi magis arriserit, q̄ ista, & lacrymatus est Iesus, hinc est q ei adhesi. Nec mirum q melior sit, quia quod infirmum est Dei, fortius est hoībus. Secundo quia ex ea maior erga nos Dei amor insinuat, vnde recte viso Iesu plorante dnt Iudæi, Ecce qūo amabat eum, vnde ly & in themate nr̄o, non qualitercunq; accipi debet, sed vltimate ac si dicat. Cū plura fecisset insuper lacrymatus est Iesus, quasi hoc sit vltimum, quod pro nobis fecerit Dei filius, quod & morti, quam pro nobis pertulit adiunxit, qn̄ clamore valido & lacrymis obtulit se in cruce. Et etiam hec duo, ac si essent æqualis difficultatis, scilicet, mortem & lacrymationum adiūxit rex dicens cum lacrymis, Fili mi Absalon, Absalon fili mi, quis mihi det, vt pro te moriar? Aequalia quidem videntur heroico viro mors & fletus, quia tales flere minime norunt, nisi magna ex cā, ex magno ve dolore, maxime Christus qui nō afficitur passione, sed ratione, Quantū sit flere.

ne,non teneritudine sed potius veritate, quantū sit fle re,nouerat ille qui figuraliter dixit. Descendā lugēs in infernum,& videbo filium meū. Potentia Christi quæ communis est omnibus,panditur in suscitatione Lazari,sed amor in fletu,amor autem melior est & solū amicis impenditur. Nam potentia etiam in dęmones extēditur, amor autem solum in dilectos, & amor cum lacrymis in charissimos fertur. Itaq; plus debet Lazarus Christo quia fleuit pro eo quam quia suscitauit eum.

Diuisio.

Duo faciam simul in sermone,narrare historiā, & causas dominici fletus enodare.

Pars. I.

Vt beatus euangelista nobis insinuet,quantus sit defunctus iste, quem deflet filius Dei,dicit. Erat quidam &c. Sic fama diuitijs & ꝓsapia nobili erat insignis,ac dignitate militię Lazarus & sic miraculum prodigiosum fuit,vt nullatenus excideret ab hominum memoria,quanuis illud scripto nō mandaret Io. qui solus scriptor eius fuit, quanuis illis quatuor quæ dixi pollebat in domo sua vir iste, aliis 4. ꝓcelluit in domo Christi,famosus quidem extitit sanctitate,& gratiarum ac meritorum copia diues,nec nō & de genere Christorum insertus in bonā oliuā Christū filium Dei,insuper eius dignitas fuit hospitandi filium Dei & apostolos eius,quorum amicus & hospes erat,

Sublimitas Lazari.

Hunc ergo tam prædilectum Deus languori dimisit, quanquam & illum,& sorores eius diligeret, a quibus singularia subuentionis opera receperat, impenderatque. Nam Mariam a septē dęmonis liberauerat, & teste Ambrosio Marthā a fluxu sanguinis,& nunc earū fratrē diu languere permisit,pro quo miserūt sorores eius ad Iesum longe positum dicentes. Ecce quē amas, infirmatur,ac si esset magnum inconueniens, ꝙ amatus a Iesu,id est,a salute infirmitatem incurrat. Et est simile huic,nunciate dilecto quia amore langueo, quasi dicāt si amas attende infirmitatē,amātis est infortuniū amati arcere nos,dum mala patimur nil melius possumus dicere Deo,quā ecce quē amas,infirmatur. ideo succurre,amor prædestinationis allegandus est, quē erga christianum

Ecce qd signet.

ſtianum habet Deus, nam teſte Pau. quos prædeſtinauit, hos & uocauit, vnde ſi uocatus es ad fidem, allega Deo uocationis amorem tanquam firmiorem, quia eius charitas perpetua nunquam excidit, quin compleatur, quoniam certus ſum quòd neq; mors neq; aliqua creatura me ſeparabit a charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu, ubi etiam attende quod magno pondere exprimere debes ly ecce, quoniam hoc in loco omnia officia ſua ſimul exercet, de quibus ait Gerſon, Ecce notat certitudinem & oſtenſiuam præſentialitatem, grandem in bono uel in malo nouitatem, aut admirationem, ſtuporem & terribilittatem, hæc ille, quæ facile eſſet indaganti ſigillatim cuncta nunc uerificare, nam ecce nũc certitudinem denotat infirmitatis, quoniã in extremis languẽ erat Lazarus, quem tamdiu expectarãt non putãtes quod infirmitas creſceret, denotat & oſtẽſiuam præſentialitatem, quia in his uerbis, ecce quem amas infirmatur, ipſam infirmitatem aliquo modo mi ſerunt ante pedes Chriſti, qui ubique præſens uocat ea quæ non ſunt, tanquam ea quę ſunt, & ideo nõ fecerũt infirmitatis peculiarem relationem, uti corporali medico fieri ſolet, ſcientes quod Chriſtus diuinitatis oculo cerneret omnia membra infirmi, & cauſas morbi. De nouitate autem quam ecce denotat, & ſtupore ſeu admiratione, quid referam? quoniam nihil uidetur admiratione dignius, quam quod dilectus Dei Lazarus langueat. Ioannes quidem diſcipulus ille, quem diligebat Ieſus, nullibi legitur ægrotaſſe, alióve infortunio, nec morte depreſſus, ſed ecce terribilis eſt in conſiliis ſuper filios hominũ Deus, & ſuper dilectos etiam ſuos, quos aliquando tribulari permittit & languere. Si aũt aliquã quærelam emittis, audies quod ſequitur in Euangelio Infirmitas hęc &c. Hanc reſponſionẽ dat Chriſtus omnibus amicis ſuis infirmis, ubi nota qđ aliud eſt flagellari ſeu infirmari pro gloria Dei aliud pro peccato tuo. Fœlix qui infirmatur, non ad mortẽ ſed ad uitam, ut eã abundantius habeat, ueluti Lazarus iſte in quo glorificatus

Infirmitas pro gloria Dei, vel pro peccato.

catus

catus est filius Dei, ad meliorem vitam eum suscitans, vnde quandoq; Deo dilecti grauiora sustinent mala, sicut enim medicus timens de morbo periculoso, vel de febre acuta inducit tertianam, vt acuta euitet, sic Deus inducit corporales infirmitates, vt euitet animę morbum, quia procliui sumus ad peccandum, quapropter Hugo dicit, Pręsciens Deus quosdam multa peccare posse, flagellat, ne peccent, quia vtilius est eis frangi langoribus ad salutem, quā remanere incolumes ad damnationem, hæc ille. vbi nota quod Deus est, vt agens naturale volens introducere propriam formam, quia tūc per accidens corrumpit, quanuis hoc non intendat. Sic Deus volens introducere charitatem in peccatores, per infirmitates in eis naturę corruptionem permittit, nō ad mortem, sed vt destruatur homo peccati, & viuat ille, qui secundum Deum creatus est. Ecce igitur qualiter pro gloria Dei acquirenda ægrotant dilecti sui, quoniam funiculis charitatis flagellat eos, & illa virga de qua dicitur, Si percusseris eum virga non morietur, tu virga percuties eum, & animam eius de inferno liberabis. Merito quæ talia facit figuratur per virgam de qua dixit Esaias, Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Iesse interpretatur incendiū, quoniam ex incendio amoris procedit correctio Dei dicentis, Quos amo, arguo, & castigo. Hanc igitur virgam in signum clementiæ extendit Deus filiis suis prędilectis, in cuius rei figura legitur, quòd Hester Regina osculata est summitatem virgę aureę, quam sibi Rex Assuerus extendit. Spiritualiter Assuerus Deus est. Hester Regina est anima Christi, sponsa, virga aurea, corporalis infirmitas quę sicut & mors iustorum preciosa est, quam pater misericordiam in signum clementię filijs suis dilectis extendit, & ab anima sponsa Christi non est odienda, sed cum gratiarum actione est osculanda summitas huius virgę, id est laudandus finis infirmitatis, nam osculari manum, est laudare opus, iuxta id Iob, Nunquid osculatus sum manum

Virtus in infirmitate perficitur.

Pro. 23.

Eze. 11.

Apoc. 3.

Hest. 5.

num meam, osculari ergo summitatem, est laudare finem faciamus & nos sicut pueri qui flagellati a magistro coguntur osculari flagellum, & monachi manum flagellantis prælati ob sanum finem qui est glorificatio Dei, quam debemus attendere & laudare & regratiari, alioquin reprobi, qui hanc virgam patienter non ferunt in præsenti, flagellabuntur in futuro cum virga ferrea, quæ tanquam vas figuli confringet eos. Patet igitur quòd Lazarus & quilibet fidelis mala patitur non pro peccato, sed pro gloria Dei amplianda in se, quemadmodum Hester magnificatur postquam osculata est summitatem virgæ aureæ, & in virga Iesse consurgit flos, qui eam magnificat. Ex flore autem salutari medicina conficitur, quo anima refloret, imò & caro in gloria resurrectionis, vbi amplius glorificatur filius Dei. Sed mirum est quòd sequitur in Euangelio, scilicet quòd postquam sorores miserunt ad Christum, non statim uenit, sed mansit in eodem loco duobus diebus, vbi segregatus extiterat. Hoc magis mirandum est, nam Deus facit nunc vt medicus, cui male reddimus mercedem aduentus, & laboris sui, qui tardus & sero venire solet, aut scripto mādare quæ faciēda sunt, sic male exarato, vt opus sit iterum eum accersiti ad legendum, quę obscure scripserat, sed nos dicamus Christo. Cur Domine non venis, aut dicis verbo imperatiuo, vel cur non accedit ad hanc domum totam te vocantem? an forte nescis scriptum esse tibi. Discurre, festina, succita amicum tuum, ne dederis somnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ. Ad hanc conclusionem respondit Augustinus dicens: Distulit tunc sanare, vt postea posset resuscitare, sed plenius Chrysost. ait: Mansit Christus, vt expiraret interim Lazarus, & sepeliretur, ne quis dicere posset, quoniam stupor fuit, id est epilepsia, vel quoniam dissolutio fuit, id est paralysis, vel subductio fuit, id est apoplexia, & non mors, propterea tantum mansit, vt dicant, quoniam fœtet, duos ergo dies venire distulit vt & sua potētia amplius innotesceret,

Prou. 6.

Duo dies Christi.

tesceret,& nostra miseria clarior esset, & sic aduentum suum distulit per duos dies, idest per legem naturæ & scripturæ ob easdem causas, uidens ergo diem appropinquare,quo melius miraculum fiat, ipse pigros discipulos & timidos urget,ut ueniant in Iudęam intrepidi potentia magistri confisi, qui sicut in horas diem mutat, sic mutare dextera sua poterit corda lapidantium eum, ut auferens cor lapideum, det eis cor carneum. Confidant pariter in Christi iustitia, quia non ambulat in nocte peccati, ideoque non offendet ad lapidem pedem suum. Postquam ergo de periculo reddit securos, causam aduentus in Iudæam exposuit, ne mutabilitati ascriberetur,imo & rationem dum dicit. Lazarus amicus noster dormit scilicet somno mortis, a qua uelut a somno excitabo illum. Amicus noster inquit est, debitum oportet reddere amico. Thomas autem considerās necessitatem Lazari, & periculum vię stans vitam discrimini, conclusit dicens. Eamus & nos, & moriamur cum illo. Venerunt ergo ad castellum quarto die,ubi erant consolatores onerosi,& sorores defuncti. Martha autem occurrit illis, prospiciens enim per cācellos ubi spes poterat esse remeandi, uidit uenientes relicta ergo Maria cum Iudæi secretiori loco manentibus, egreditur ad Iesum, & ignorans quod ipse decreuerat, dixit se utinam affuisse, ne Lazarus moreretur. Hic nota harum sororum finem, quę quanuis humano aspectu non fuisset impletum Christi responsum, non sunt turbatę, nec minorata crudelitas, quanuis intra se plus tristarentur de introuenienti responsione Christi, quam de fratis morte, tamen in fine Christus exposuit responsionem suam,dum ait. Nonne dixi tibi quod si credideris &c. Data ergo spe recuperandi uitam fratris, uocat Mariam ad magistrum, quę cito uenit ad Iesum adhuc extra castrum manentem nō enim uoluit ingredi donec suscitaret amicum. Consolatores Iudęi sequuntur Mariam quę eadem fere uerba locuta est ad Iesum, quæ Martha dixerat. Iesus aūt uidens eā &Iu-

Solū confide ī potentia iustitiaque

& Iudæos plorantes facta est facies eius altera, & ait: Vbi posuistis eum? dicunt ei. Domine veni & vide. Et post hæc lacrymatus est Iesus. Has lacrymas Euangelista tribuit teneritudini cordis Iesu, qui videns flentes, flet cum flentibus, sicut olim Ioseph cum fratribus suis tristibus, boni autem qui aderant ortas ex amore putant, dicentes: Ecce quomodo amabat eum, mali autem eas autumant ex impotentia, dum aiunt, Non poterat hic, qui apperuit oculos cæci nati, facere vt hic non moreretur? quasi dicāt secundum Chrysostomum ex quo non potuit hoc, nec illud potuit, nec fecit.

Secunda pars.

Nos autem fratres quęramus à Domino, cur flet. Quænam est causa Domine Iesu, cui omnia viuunt, quę te flere compellit? quid potuit vertere in luctum citharam nostram, quis tantum gaudium imo & ipsam lætitiam, in lacrymas tam cito valuit permutare, vt gemat & ploret? nonne tu paulò ante dixeras. Lazarus mortuus est, & gaudeo propter vos? quomodo ergo tam citius in contrarium duceris? Alchuinus dans primam causam, fletus Christi, dicit, quia fons pietatis erat, fleuit ex parte humanitatis, quem suscitare poterat per potentiam diuinitatis. Nam semper vbi Dominus ostendebat suā diuinitatem, aliqua faciebat, vt declararet suam humanitatem, & econtra. Hæc ratio tendit ad fidem qua Christus se ostendit bonum socium nostrum in lacrymis, & bonum Dominum nostrum in potenti suscitatione, nam est socius, quia quæ nostra sunt sentit nobiscum, & est Dominus quia calamitates nostras propulsat. Secundo autem fleuit, vt nos similiter faciamus super nos ipsos, & super alios peccatores, vnde ait Beda, quare fleuit Christus, nisi quia hoīes flere docuit? lacrymemur igitur & nos pro nobis & oībus illis, quos in fœtore vitiorum iacere sentimus, si forte nostris lachrymis nos & eos Dñs suscitare dignetur, Hæc ratio charitatem informat. Tertia autem facit ad spem de qua Hieronymus ait: Fleuit Dominus Lazarum non mortuum, sed rediuiuum

Causę fletus Christi.

compatiens ei ac præſentis vitæ miſerias reſurrecturo:
Thraces flent cū filii eorū naſcunt̄, gaudent cū relinquunt mundū.
Nec ſolum præſentes calamitates flere debemus, ſed penuriam rerum ſperandarum, vbi maxima fletus materia eſt. Flet quarto incredulitatem aſtantium, atque dicentium. Veni & vide. Quaſi ipſe neſciret, vnde ſicut in oppoſitum lætus extollit fidem Centurionis impedientis eum, ne deſcenderet in domum ad ſanandum puerum, quem tantum verbo curari expoſtulat ſic triſtatur in iſtorum infidelitate, flet igitur Chriſtus pro illis qui eum more humano ſolum flere putant, ſicut & cæteri qui ſpem nō habent. Flet inſuper Chriſtus quinto pro peccato generaliter mortis cauſatiuo, nō ſolum corporalis, ſed æternæ, vbi erit fletus & ſtridor dentiū. Flet ergo lacrymas, quæ non videntur, & mortem æternam malorum, à qua nec diues ille poterit liberari, nec exitus oculorum ſuorum poterunt linguam ſuam refrigerare. Flet ſexto Chriſtus vt inimicos ſuos lapidatores ibi aſtantes conuertat, quemadmodū Stephani oratio Saulum conuertit, qui ad eius lapidationem ſolicitus venerat. Septima flet figuratiue Chriſtus, nam ſeptē cauſas lacrymarum eius poteris aptare ſeptem virtutibus ſcilicet theologicis & cardinalibus, hæc vltima fortitudini conuenit. Zacharias vidit ſuper lapidem vnum ſeptem oculos id eſt, ſuper Chriſtum, qui nunc 7. oculis, id eſt, rationibus flet, ſed nunc amarius, vbi aduerte quòd vt ait Yſidorus catulus leonis naſcitur velut mortuus, quem pater Leo fremitu ſuo etiam cubile concutiente ſuſcitat. Chriſtus autem dicitur leo de tribu Iuda, populus eius catulus eius eſt, quē a morte peccati ſuſcitare potuit nemo, nam ſtatim quo naſcimur dæmon rapit catulos Dei ad inferni cubile à quo nullus nos potuit reuocare præter Chriſtum fremitu ſuo lacrymabili. de quo dicitur in euangelio: Infremuit ſpiritu, & turbauit ſeipſum, & lacrymatus eſt Ieſus. Flet ergo fremens (vti leo) ad ſuſcitandum genus humanum, vt quilibet noſtrum valeat ei dicere. Glorificabo nomen tuum in æternum, quia miſericordia tua magna

Leo Chriſtus fremit ut fugiat mors.

Pſa. 85.

gna est super me, eruisti animam meã ex inferno inferiori. Deus iniqui insurrexerunt super me, Synagoga potentium quæsierunt animam meam. Hi sunt dæmones, quia diaboli tenuerunt me ad Synagogam inferni condemnatum antequam Christus erueret animam meam à porta inferi. Nec inconuenit quòd catulus tertio & Lazarus quarto die suscitetur quoniam parum distat, quia numerãdo per leges, tertia, id est, euangelica suscitamur à peccato. Aliter tamen enumerans inueniet quartam diem fœtoris in quolibet peccatore. Nam primus dies mortis est peccatum originale, quod trahit de mortis propagine, secundo peccat in legem naturalem, tertio in legem scriptam, quarto in Euangelium iam diuulgatũ, & hic iam fœtet, quia post tot beneficia permanet ingratus. Post quamlibet prædictarum rationum quære à Christo, cur flet arguens quòd flere non debeat, qui respondeat contra argumentum tuum rationem fletus sui, cur Domine exitus aquarum deducunt oculi tui? venis vt consoleris sorores has, & fles? solum hoc eas plorare compellet? quis enim videre poterit lætitiam flentem, quin ipse pariter defleat ꝓfusus lacrymis? defleo inquit Iesus oculatissimus & deploro calamitatem matris meæ, nam erat mater Iesu ibi, vt opinior, quia sorores adduxerant eam ad funera Lazari & earum solamen. Cum vidisset ergo Iesus matrem futura prospiciens, & vidisset sorores, & eos qui venerant &c. O mater tristis quoniam cito sublatus ero ab oculis tuis per crucis mortem, & nemo veniet ad consolandum te, his sororibus remanent diuitiæ, atque honor & conuictus societatis suæ. Tu velut turtur sola pauper & afflicta, nec iuxta sepulchrum meum remanere concedetur à crudeli custodia, ideo defleo casum tuum, quanuis nondum venit, quia tunc non potero. Vtinam & tempus suppetat te respiciendi ex cruce. Tunc ipsa defles casum meum, nunc autem defleo ipse casum tuum, vt sic alter alterius onera portemus. Hæ fratrem solummodo perdiderunt, tu au-

Dies peccatoris.

Flet Christus matrem suã.

Tres.E:

tem in me fratrem & filium & sponsum, & multa bona perdes inuicta, sic vt impleatur illud quod locutus est Dominus super te, Plorans plorauit in nocte scilicet passionis, & lachrymæ eius in maxillis eius, non est qui consoletur eam ex omnibus charis eius, omnes amici eius spreuerunt eam, & facti sunt ei inimici. Cogitans Christus ista adimpleuit consilium Thobiæ senioris dicentis: Honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ eius, memor enim esse debes, quæ & quanta pericula passa sit propter te. Non solum quæ passa fuerat in Aegypto & alibi, sed quæ passura erat memorauit Christus piissimus, de cuius oculis dicitur in Canticis: Oculi tui sicut piscinæ in Hesebō, quæ sunt in porta filiæ multitudinis. Multitudo de qua hic fit mentio est illa de qua quærit Esaias dicens Deo: Vbi est zelus tuus & fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum & miserationum tuarum? filia ergo huius multitudinis fuit Maria, ideoque mater misericordiæ extitit, dans quod accepit. In porta Mariæ erat Hesebon quod interpretatur numerus siue cogitatio, aut festinans intelligere. Oculi ergo Christi, cuncta videntis erant in numero dolorum Mariæ, eosque cogitabat festinans intelligere passionem eius quæ non longe, sed iam ad portam erat appropinquante filij morte. Vnde merito sunt isti oculi sicut piscinę lacrymarum pleni, quæ paruo pietatis impulsu lacrymas effluunt. Vtinā & in vtraque piscina pisces cogitationum nostrarum natarent, ac nutrirētur quia pro vnoquoque nostrū lacrymatus est Iesus sicut & pro Lazaro vel pro matre sua. Sic ergo flentes cum Domino veniunt ad monumenti speluncam, vbi ad ianuam lapis erat, quem tolli iubet, vt insinuet, quòd requirit à nobis cooperationem liberi arbitrij, vt suscitet nos. Sed Martha nihil de miraculo cogitans non assentit timēs fœtoris offensionem. Iesus autē ait. Nonne dixi tibi, quòd si credideris videbis gloriam Dei? ecce qualiter memor est Dominus primæ responsionis, vbi dixerat. Infirmitas hæc non est ad mortem

Tobiæ 4.

Cant. 7.

Esa. 63.

Tolle duritiem, ut suscitetis nō ponas obicem.

tem &c.vſque per eam,fœlix fœtor per quem glorificatur filius Dei, qui ſublato lapide atque oculis eleuatis dixit,Pater gratias ago tibi,quoniam audiſti me,hic orationis forma nulla eſt,quia Chriſtus oratione non indiguit,nam ſi Apoſtoli inuocato ſolummodo nomine Ieſu miracula maiora fecerunt cur non ipſemet Ieſus ſine vlla inuocatione non faceret quod vallet? dixit ergo Ieſus,Pater gratias ago tibi,quoniam audiſti me, nõ ꝙ opus eſſet hoc dicere aut orationem facere vt putant hęretici,ſed ne crederet aliquis alia quàm diuina potẽtia miraculum fieri.Vnde propterea ſubdidit, Ego autem ſciebam,quia ſemper me audis etiam in quocuque volito,ſed propter populum qui circunſtat,dixi, vt credant quia tu me miſiſti.Ideſt, propterea oro ad te, ne credant me contrarium tibi,vel ne credant futurum miraculum non ex Deo aduenisse.Hoc enim dicere ſolebant,ſcilicet,Non eſt hic homo ex Deo. Vt ergo Chriſtus animos circunſtantium ad Deum fontem vitę pariter eleuaret,cœpit Deo gratias agere pro nobis, ac ſi iam beneficium collatum eſſet, atque receptum. Nec mirum quia ipſe ab incarnationis hora recepit quicquid daturus eſt nobis. Poſtquã ergo egit gratias, quas agere debuit ſuſcitandus,dixit clamore valido, Lazare veni foras.Si nobis loqueretur diceret, Exi a muliercula, puteus anguſtus aliena, quia non facile ab ea quis euadit. Exi a rapina & opibus alterius, non poſſunt viri diuitiarum ab eis exire,quia poſſident cor eorum.Diuitias proprias poſſides,alienæ vero econtra tenẽt te, vę ei qui congregat non ſua,quoniam aggrauat in ſe dẽſum lutum.Exi a rancore,nolo quia inuidia tenet me. Exi a praua conſuetudine,nolo quia lapis tenet me.Exi a peccato,nolo quia infernus tenet me. Exi a lucro iniuſto nolo quia cupiditas tenes me. Sed nunc o Domine Ieſu mortuum alloqueris? & ſi reſpondere poterit,quid opus eſt vociferatione cum ſit iuxta te? Item Lazarus iam non eſt in rerum natura,quia anima non eſt Lazarus per ſe,nec etiam corpus ſolum,ſed tertium

Ioan.9.

quoddam ex utroque constans,hoc autem non est,& ꝙ natura non habet,respondere non pōt.Quamuis La zarus sibi mortuus erat,Deo viuebat,sicut quando tr sumptum perditur,& remanet originale cui recurre dum est,vnde propterea leuauit Christus ad patrē oc los,in ipso erat vita Lazari,quem vociferans vocat,ne quis putet ibi sub lapide animam detentam. Si autem Lazarus non est,ad hoc vocatur vt sit,quemadmodum vocandi sunt omnes mortui in turba Dei ad iudicium. Hæc aūt vox dicitur magna,quia non fuit minor illa, qua omnes vocandi sumus.Nam teste Augu.ideo ex p prio nomine dixit Christus,Lazare veni foras.quia tan ta erat virtus vocis eius,quòd pariter omnes mortui co gerentur exire,nisi per expressionem nominis virtutem suam ad vnum determinasset,sicut qñ rex vocat seruos confuse,nisi signanter aliquem exprimat, vnde statim prodiit qui fuerat mortuus,ac si diceret:Ecce ego,quia vocasti me. Ad literam vt notat Hug.& beatus Thom. super Ioan.dicere poterimus, venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem filii Dei, & qui audie rint viuent. Prodit ergo qui fuerat mortuus, immo & attractus est & adductus,alioquin ligatus qūo ambula re potuisset?non minoris miraculi fuit egressio eius ꝙ suscitatio,q̃a ligatus vndiq; ambulare non pōt,sed vox Christi attractiua est adducens q̄cunq; vocat,Nisi dicas ꝙ pro tunc ei data est virtus illa,qua ut ait Sco.utentur animæ beatæ post resurrectionē erga corpora sua, mo uendo ea simul,& non per partes vnam post aliā,vt nūc sed totum corpus simul, quemadmodum mouetur sol aut luna,sed qūocunque fuerit miraculo ascribitur nō solum suscitatio,sed egressio Lazari.Sepulchri aūt lapi dē iussit dominus tolli,quanquā ipse dominus manen te lapide resurrexerit. qđ Lazarus non poterat qm cor pus non gloriosum minime cum alio se pōt penetrare. Et oportuit sic fieri,vt Lazaro iterū moritur ianua ma neret aperta,non aūt Christo,qui iā nō moritur, mors illi vltra non dominabitur.Nemo ergo tā facile surgit a som-

Ioan. 11

Ioan. 5

30.d.4 q. 7.

Sublato lapide surgit Lazarus.

a ſommo quàm Lazarus iſte per uocem domini a mortii fœtore, quoniam uno eodemq; impetu a limbo uenit anima eius per corpus, quod informans ſubtulit ſanum, & ad pedes Ieſu proiecit, ligatum tamen. Nec Ieſus ab iſtis ligaminibus eum uoluit ſoluere, ex quo ſequitur in Euang. Dicit ei Ieſus, Soluite eũ, & ſinite abire. Quanuis in hoc loco dicatur a Scoto, quod eũ Apoſtolis tradidit ex toto ſoluendum, ut figuret qũo prius Ieſus intus animam contriti ab inferno culpæ liberât, & deinceps eum tradidit ſacerdotibus ſoluendum à pęna temporali in qua æterna commutatur per præſentiam. Ipſe tamen dicerem ꝙ ſi allegoria bona ſit, non tñ exprimit Euangeliſta eos quibus dictum eſt, ut Lazarum ſoluant, unde arbitror quòd Iudęis, qui uenerãt ex primoribus templi ad conſolandum ſorores, tradit̃ Lazarus ſoluendus tanquam minus credulis, vt ſoluentes eum, uideant facti euidentiam, & confundant̃ agnoſcentes eundem Lazarum amicum ſuum, tam patenter & potenter ſuſcitatum, & fiant prędicatores in templo Dei, qui fuerant inſidiatores. Sic ẽt dum Chriſtus uellet panes multiplicare, eum qui minus credebat, interrogauit ſ. Philippum, ut ſic eum doceret in fide, qđ fecit nunc, ut Iudæi adſtantes haberent curam diuulgãdi miraculum præ manibus habitum & abſentes conoertant ab Deum patrum ſuorum & Chriſtum eius, ꝗ iuſſit, ut eum ſinant abire quacũque uellet, ne ſi factus fuerit Apoſtolus aſſcribatur iactantię Chriſto. Lazarus autem qui reuerſus fuerat ab inferis, poſtquã ex toto ſolutus eſt ad pedes Chriſti ſe proiecit, eos deoſculans in quorum uirtute a morte ad uitam deuenerat, & à fœtore ad incolumitatem. Et ſtans ſuper genua ſua ſic incipit antequam ueſtibus ſuis indueretur, O mortis & uitæ Domine Ieſu claues utriuſque habens cõfiteor tibi, iudex uiuorum & mortuorum, qui dignatus es in morte mea glorificari taliter nunc in præſentiarũ, cũ in morte tua oẽs uos æternaliter ſimus glorificandi, & omnis qui inuocat nomen tuũ. Verè mors tua nõ erit

Vide Scotũ in 4. d. 14. q. 4 & d. 19.

Lazarus ſoluitur ab incredulis.

Vide Scotũ in 2. d. 7. ubi tenet Lazarum uiſa narraſſe plura.

ad mortem,sed pro gloria nostra & tua pariter,quia ex ea nomen accipies super oẽ nomen,ut in noĩe Iesu omne genu flectatur cælestium,terrestrium & infernorũ. Quanuis sorores non habeas tecum circa salutem tuã solicitas,sed latrones conuiciantes tibi.Ne pigriteris venire ad limbum, vbi patriarchæ & prophetę sancti tui expectant,te,q̃uis difficilis sit uia passionis.Gauisi sunt de aduẽtu tuo in mũdum,quẽ ego eis retuli,ideoq; ardẽtius exoptãt te Deus Israel,quẽ veluti filiũ Dei ac verum Messiam adoro,qui et resurrectio & vita, sic quod oĩs viuens,si in te nõ credit mortuus est,deficiẽte ei fide qua iustus viuit.Si aũt corporaliter mortuus est, & credit in te iã viuit in anima,& viuet ẽt in corpore ꝑ te qui es oĩum resurrectio gñralis tam per gratiam quam per futurã gloriam. Amen. Vide sensum moralẽ totius euangelii in Hugone,& lege Rupertum quia bene ꝓcedit. Et cõclude hunc sermonem dicens ꝙ postea intrãt castellum ad prandẽdum , quia post futurã generalem resurrectionẽ intrabimus castrum paradisi , vbi cibus gloriæ à Deo paratus est,ad quam nos perducat &c.

Pro quarto sabbato de uentre Maria quo ad nos.

Sermo quinquagesimussecundus.

T H E M A.

Beatus venter qui te portauit , ut supra.

Inuocatio est infrà.

Argumentum dicendorum.

SAtis beatus Lucas explicaret mysterium præsens,si tãtum diceret,ꝙ quædam mulier exclamauit,tñ eã uo-

voluit de turba nominare, quasi esset illustrioris por tionis vna, tūc siquidem temporis melior pars erat, turba quoniam ideo præmisit: Locutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ. Scribæ autem & Pharisæi signum de cœlo & quærebant, de quibus etiam sequitur, Turbis autem concurrentibus cœpit dicere, Generatio nequam (scilicet Pharisæorum) signum quærit, & signū non dabitur ei, nisi signum Ionæ. Pharisæorum ergo generatio nequam dicitur, Nunquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex Pharisæis? sed turba hæc, quæ non nouit legem maledicti sunt. Ecce quomodo hæc est turba Christiana, cui Christus dixit: Beati eritis cum vos oderint homines, & exprobrauerint, & proiecerint nomen vestrum tanquam malum propter filium hominis de hac etiam turba Christus dixit, iterum beatificans eam, Beati qui audiūt verbum Dei, & custodiunt illud. Ad hanc turbam Christus dirigebat amorem, quoniam de ipso dicitur, Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem suam, in capite turbarū clamitat, in foribus portarum vrbis profert verba sua dicens, Vsquequo paruuli diligitis infantiam &c. Harum turbarum caput erat mulier illa, quæ de turba extulit vocem, quoniam in ea gloriatur Dñs Iesus dicens, Propter hanc habebo claritatem ad turbas, & honorē apud seniores. s. Iudæorum qui secuti sunt huius mulieris fidem dicentis. Beatus venter qui te portauit. In priori parte ostendam quòd Maria nos portat, in altera verò quod est mater nostra.

Ioan. 7
Turba bona est.
Pro. 1.
Sapiē. 8.
Diuisio.

Quia hęc mulier est caput turbarum, nos docet, nos erudit, vt bono ventre portemur ad gloriæ portū. Festiuitas sanctorum, & mors eorum vocatur natale, quia dum moriuntur velut ex vulua matris ecclesiæ in lucē perennem emittuntur fœlici partu, audiuntq; cęteros comprehensores, qui velut obuios se offerunt aduentāti dicentes, Beatus venter qui te portauit. Oēs peccatores intempestiui male nascuntur, est enim quilibet eorum velut abortiuū, quod è vulua proiicitur informe.

Pars. I.

Tunc

Tunc autem ecclesia conqueritur dicens cum propheta. Ventrem meum doleo, ventre meum doleo. Venter dolore plenus non beatificatur, sed condolendum est ei, non eget laudibus, sed gemitibus. Tunc sane nõ est velut venter Mariæ, nec ei similis, nam ipsa gloriosè portauit Christum suum. Non sicut illi qui dicebant. Portauimus pondus diei & æstus. Maria uero nullam grauedinem, nullum æstum sentiebat, dum charissimum filium portabat, qui propterea meruit audire. Beatus uenter qui te portauit. Peccatori autem dicetur, Infœlix uenter qui te portauit, quia melius esset si natus non fuisset, nec etiam conceptus homo ille. Quid ergo faciemus fratres? nunquid & nobis deerit huius mulieris benedictio? Si hæc mulier (vt ostendi) est caput turbarum, & nos turbæ Christum sequentes sumus, etiam super nos debet extendere benedictionem suam, caput nanque membra protegit atq; fouet. Si autem huius benedictionis uultis & uos esse participes, vt audire possitis. Beatus venter qui te portàuit. Paulum percipite dicentem. Cupio uos in visceribus Iesu Christi. Senibus loquebatut Paulus, cum hęc dixit, sciens ꝙ potest homo iterato in uentrem matris suæ introire & renasci. Semel nascimur per peccatum mundo naturaliter, secundo autem nascimur Deo per gratiam Christi, si tamen in eius charitatis uentre manemus, sicut ipse mansit in uentre matris suæ dicens, Intrans in domum meam conquiescam cum illa, non enim habet amaritudinem conuersatio illius, nec tædium conuictus illius, sed lætitiam & gaudium. Domus Christi fuit uenter matris eius, quem ingressus est uelut ad discipulos ianuis clausis. Et conquieuit cũ illa nouem mensibus, altero in altero quiescente. Nam si Maria Christum gestebat, ipse gerebat eam in sinu suo, qui erat in sinu patris opulentes & delicatus, & uterum matris reddebat similem sinui paterno, ideoq; uirginem euexit nimis Erat ergo Dei filius cum ea in humanitate, & ipsa cum eo in sublimi diuinitate, quam altis-

Maria portat nos.

altissimè contemplabatur. Vnde non habuit amaritudinem prægnantium, nec tædium Maria, sed lætitiam & gaudium magis quàm Elisabeth. Si Ioannes exultauit in gaudio, dum erat in matris vtero, quid arbitrandum est de Domino Iesu, qui saliens in montibus præ gaudio venerat ad montem filiæ Sion, qui est vterus virginis? non immerito dies incarnationis dicitur lætitiæ cordis Iesu, nisi quia nimis gaudebat in vtero matris velut in thalamo sponsus iste: Vnde cum Dauid prophetaret dicens. In sole posuit tabernaculum suum & ipse tanquam sponsus procedit de thalamo suo, statim addidit. Exultauit vt gigas ad currendam viam, Sol est spiritus sanctus, in quo tabernaculum filius Dei ponit, dum eius opere concipitur temporaliter. Thalamus eius est pectus patris a quo tanquam sponsus processit, vt in die desponsationis illius, qui est dies incarnationis, gauderet, factus viator. Venit enim acceptum sibi vxorem, quoniam ab æterno desponsauerat sibi naturam humanam, & hanc accepit in suppositi vnitatem, dum ingressus est in adolescentulam virginem. Qui tunc temporis dicitur gigas, quia plusquam homo erat, quamuis ibi à fœmina circundaretur, veluti alter Sampson in gremio amicæ suæ, quæ eum fecit infirmum, sicut cæteros homines. Ecce fratres mei habetis formam Christi, sequimini eam, vt venter qui te portamini beatus prædicetur. Forma eius stat in hoc, vt gaudeatis fieri minores. Estote ergo quasi modo geniti infantes rationabiles sine dolo. Væ illis, qui vt Iacob & Esau rixantur in vtero matris ecclesiæ, quia sunt filij Belial exasperantes, & maceriam diuidentes. Fœlix ergo qui Dominum Iesum imitatur matris vterum beatificantem. Debemus etiam Iesum imitari per hoc, quod ille decimo mense natus est. Nemo enim poterit nasci ad vitam æternam, nisi decimo mense oriatur sicut Christus, qui Martio cõceptus in decembri natus est decem menses attingens. Vnde cuidã volenti nasci Deo, Christus dixit. Si vis ad vitam ingredi,

gredi,serua mandata.Ille ergo decimo nascitur mense,
Num.12. qui decem seruat præcepta . Non maturus colligitur,
qui antea progreditur,ideo velut acer , velut acerosus
proiicietur,sicut illa de qua dicitur . Ne fiat hęc quasi
Processus peccati. mortua,& vt abortiuum,quod proiicitur de uulua matris suæ.Ecce iam medium carnis eius deuoratum est à lepra.In his verbis innuitur processus peccati, nam dũ anima resistit prauæ suggestioni, fit quasi mortua, qa non exercet operationes vitales . Si autem aliquantulum arridet operi nefando,ac delectatur in eius cogitatione, iam est anima vt abortiuum . Dum vero assentit , ac determinat se inique agere, & media facinoris perquirit, iam proiicitur de vulua matris suæ Mariæ . Vnde illa mulier soror Aaron in pœnam peccati sui proiecta fuit extra castra postquam peccauit . Væ igitur animæ abortiuę si ab vtero sancto Dei genetricis . & ab eius protectione discesserit . Nam beata Maria est terribilis vt castrorum acies ordinata,vt ordinet in nobis charitatem suam . Fit anima quasi mortua, dum non resistit suggestioni , dum secundo delectatur aliquantulum,fit vt abortiua,dum tertio plenæ cõsentit,proiicitur a gremio charitatis Mariæ,dum quarto remanet conculcata & inuoluta in peccato suo possumus concludere.Ecce iam medium carnis eius deuoratum est a lepra scilicet peccati . Deus medietates habemus omnes nos , prima prouenit a matre Eua , & hæc est naturalis pronitas ad peccatum , altera vero prouenit a matre Maria , & hæc est contrarietas bona remurmurans contra malum , vnde de Maria dicitur, Obuiauit illi quasi mater honorificata . Dum hęc bona obuiatio perit , aut latet siue moritur in nobis,tũc septem diebus remanemus extra castra expositi septẽ vitiorum occasionibus.Resipisce igitur o peccator , & conuertere ad cor tuum , quia quoties remorsus conscientiæ stat contra te, Beata Maria quasi mater honorificata obuiat tibi,ne sequaris monitionem Euæ, quę facta in adiutorium uiri potius destruxit eum . Ma-

ria

ria vero vt ab ea distingatur dicta est quasi mater hono rificata. Maria mater Dei est quasi mater tua, vt te pariat Deo cum honore. Ne cunctetis, ne tardes conuerti ad matrem Dei, quoniam adhuc expectat, vt misereatur tui, quoniam propterea cōgregatio filiorum Israel non est mota de loco suo, donec proiecta mulier reuocaretur. Maria propter delicta nostra moueri non vult a consueta clementia sua, ideo vocat nos dicens. Transite ad me omnes qui concupiscitis me, & a generationibus meis adimplemini, spiritus enim meus super mel dulcis &c. Dicendum arbitror, transite in me, potius quam transite ad me, nam ad spiritum suum interiorem vocat nos, vt iterum secundum spiritum generemur vnde propterea dixit a generationib. meis adimplemini. Hoc facit ad illud Pauli. Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Christus in uobis. Sæpe cupit nos generare in visceribus charitatis suæ beata virgo. Fœlix qui ex ipsis generationibus suis adimpleuerit desiderium salutis suæ. Diximus ergo quali ter beata virgo vsq; ad mensem decimum portauerit Christum, & sic exoptat portare nos vsque dum adimpleamus decem mandata dei quæ dicuntur mandata vitæ, quoniam ad vitam æternam ducunt obseruatores suos. Sed nec vacat a mysterio, ꝙ beata virgo tertio mē se anni Christum genuit. s. in Martio, qui est tertio a Ianuario. Vbi datur intelligi, quòd nostræ salutis initium stat in fide trinitatis: complementum autem reperitur in obseruantia decalogi. Fœlix qui hunc annum compleuerit, quoniam in hoc solo perueniet ad virum perfectum in mensuram ætatis plenitudinis Christi. De hoc anno perhibetur in Psalmo. Benedices coronæ anni benignitatis tuæ, & campi tui replebuntur vbertate. Annus benignitatis fuit ille, quo Dn̄s Deus dedit matrem suam in matrem nostram. Quid benignius? corona huius boni anni est virginitas Mariæ quæ est benedicta, id est bene aucta, quia quotidie gignit filios pacis, donec impleantur vbertate meritorum campi, id est iusto-

Concipe Deum sicut Maria.

Corona est Marię uirginitas.

iustorum cõscientiæ, in quibus Maria seminat plura bona quia omnium bonorum mater est. Sicut quicquid mali habes in carne tua, ex qua indesinenter metis corruptionem, venit ab Eua, sic etiam quicquid boni reperis in conscientia tua (crede mihi) initialiter venit a Maria, ideoq; eius anni corona benedicitur, illa benedictione prima, qua dictum est. Crescite & multiplicamini & implete terram &c. Imo & maiori, quia illa benedictio non extendebatur tantum, ꝙ virgo posset generare, vnde altius innotuit angelus cum dixit. Benedicta tu in mulieribus. Et altius Elisabeth cum addidit. Et benedictus fructus ventris tui, nam hic fructus non habetur vt alij communiter, quia cum suo virginitatis flore concipitur, & procreatur incorruptibilis, nam etiam in cruce fuit Nazarenus, id est floridus Propter hunc ergo datum est Mariæ, vt filios incorruptos quotidie pariat, iõ etiam cuilibet iusto dicitur propter Mariam. Beatus venter qui te portauit. Portat ergo nos ad gratiam, vt per eius filium portemur ad gloriam.

Fructus Marię ab aliis differt.

Altera pars.

Maria est fœcunda

NVnc videamus quomodo beata virgo est mater, quoniam in Psalmo dicitur. Mater Sion dicent homo, & homo natus est in ea &c. Hoc nomẽ magnę dulcedinis est. Mater fœcunditatem supponit, pietatem ostendit, dignitatẽ exprimit, reuerẽtiam exigit. Circa primum aduerte, quòd cum sit triplex maternitas, scilicet carnalis & legalis & spiritualis, primo modo ipsa vere dicitur mater Christi, duobus modis, aliis ipsá est mater nostra, cui tota die dicimus. Monstra te esse matrem &c. nam sicut qui baptizat, vel quæ baptizat, dicitur spiritualis pater vel mater eius qui ꝑ eius ministerium recipit spiritum vel vitam gratiæ. Galat. 4. Filioli mei quos iterum parturio. Ita beata Maria recte est mater nostra spiritualis, cuius auxilio & ministerio viuimus vitam gratiæ, vnde ipsá dixit. In me

om-

omnis spes vitæ & veritatis, id est veræ vitæ. Et Ecclesiastici 4. sapientia id est beata virgo filijs suis vitam inspirat. Huius rei manifesta probatio est in Ioanne Baptista, qui mox vt facta est vox salutationis Mariæ in auribus matris exultauit in gaudio repletus spiritu sancto. Per hunc modum etiam ipsa dicitur mater minera, & quædam fontalis plenitudo, ac scaturigo omnium bonorum, quoniam Sapiens ait, Sapientiæ 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, & nesciebam, quoniam omnium bonorum mater est. Hinc est quod eam toties matrem gratiæ, & matrem misericordiæ merito vocamus. Quòd autem secundum cognationem legalem ipsa sit mater nostra, & nos eius filii adoptiui significatur nobis, Exodi secundo, vbi filia regis Aegypti assumptum ex aquis infantulũ nutrire fecit, & adoptauit in filium. Sic pariter nostra virgo beata, virgo regina regis filia, quę cum pœnitentē in aquis lacrymarum vagientem videt, assumit, nutriri facit per angelos, & in filium adoptat. possunt equidem mulieres ex rescripto principis adoptare. Maria vero non tantum habet rescriptum, sed & mandatum adoptandi à principe, quando dixit ei. Mulier ecce filius tuus. Et ne putetur, ꝙ de solo Ioanne dictum sit, sed de omni discipulo Christi in quo est gratia, statim sequitur: Ex illa hora accepit eam discipulus in suam, scilicet matrem & custodem. Non dicitur, accepit eam Ioannes quod est proprium nomen vnius personæ, sed discipulus, quod est commune nomen ad hominem quemlibet, qui discipulus est Iesu, & Christianus, Nec solum his duobus modis Maria est mater nostra, sed etiam tertio scilicet regimine, nam propter regimen Dalbora dicebatur marer Israel, & propter defensionem populo impensam, Maria quoq; regit, & protegit nos sum vmbra alarum suarum, igitur dicamus cum Anna: Sterilis peperit plurimos, & q̄ multos habebat filios infirmata est. Maria quia virgo sterilis videtur, attamē plurimos peperit, & Eua quanuis primo dicta sit cunctorũ viuentiũ mater,

Maria quadrupliciter est mater nostra.

1. Reg. 2.

mater, infirmata est per peccatum, ita vt omnes nascantur ex ea mortui, & opus sit, quod Maria eos viuificet, ad hoc enim clamat dicens: Ego mater pulchræ dilectionis &c. propter maternitatem spiritualem dicitur mater pulchræ dilectionis. Propter maternitatem legalem dicitur mater magnitudinis, nam per legem ad hæreditatem disponuntur adoptati, & cum Mariæ sit infinitus thesaurus, semper ad magnitudinem adoptat, vnde propterea dixit Sapiens: Quasi qui thesaurizat est qui honorificat matrem suam.

Eccl. 24.

Eccl. 3.

Tertio dicitur mater timoris propter maternitatem regiminis, quia per timorem filialē regimur ab ea, si non obliuiscimur legem matris nostræ.

Quartò pp maternitatem defensionis dicitur mater sanctæ spei, vnde Mariæ possumus dicere: Bonæ spei fecisti filios tuos &c. spem sanctam tribuit, quia per eius protectionem & imitationem peccatores fiunt sancti. Hoc nomen mater vltra fœcunditatem insinuat pietatem. Esaiæ. 49. Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filij vteri sui? Et in libro Regum dicitur: Commota quippe sunt viscera eius super filium suum. Et ait rex. Date illi infantem viuum, hæc est, n. mater eius. Sed si omnis mater diligit. & quæ melior est magis diligit, & quæ maxime, maxime, constat, quod cum ipsa sit præ omnibus matribus plus nos diligit, & tenerius erga nos pietate mouetur. Imo & est magis mater, nam cæteræ non sunt matres nisi corporum, Maria vero & animarum, cæteræ autem semel sūt matres, Mariæ vero sæpe. Insuper & est auia nostra, q̄a mater dignoscitur patris nostri, auia vero tenerrime diligit, etiam plusquam mater. Hier. 31. Vox in Rama audita est. p. & v. m. Rachel plorans &c. huius rei gracia specialiter vocatur Maria mater misericordiæ, & cōparatur oliuæ, quæ est mater pietatis. Item hoc nomen mater dignitatem exprimit, maiorem quàm sub Deo dici possit. Nam si dicitur sponsa, si domina, si regina hæc oīa dicunt excellētia quo ad angelos & quo ad homi-

3. Reg. 3.
Propter pietatem Mariæ uenter intremuit.

homines ac cæteras creaturas, ſed cũ dicitur mater Dei notatur quædam excellentia & dignitas & ſuperioritas quo ad Deum, vnde Lucæ ſecundo dicitur: Erat ſubditus illis. Vnde hoc nomen reuerẽtiam exiuit. Exod. 20. Honora patrem tuum & matrem tuam, quod fecit etiã ipſe beatus filius Dei, qui legem vſque in finem impleuit quoniam in extremis agens dixit: Mulier ecce filius tuus. vbi ſecundum Chryſoſtomum docemur honorare parentes, quia Chriſtus ſui oblitus matrem orbatam reſpexit, cui loco ſui humilem filium Ioannem contulit ex cruce. Vnicuique ergo dicamus illud Sapiẽtis: Audi fili mi diſciplinam patris tui, & ne dimittas legẽ matris tuæ. Audi diſciplinam, id eſt, doctrinam patris tui Chriſti, quæ eſt vt non dimittas matrẽ tuam Mariã nec legem eius, quoniam ſi quotidie ingeris ei, monſtra te eſſe matrem, oportet etiam vt tu monſtres te eſſe filiũ eius, ei reuerentiam exhibendo, quoniam Dominus Ieſus eius naturalis filius hoc docuit filios adoptiuos, nõ ſolum per totam vitam ſuam, ſed iam moriens vt verus nobias docuit nos honorem habere matri noſtræ Mariæ, nam quod Ioanni dixit, omnibus dixit, ſcilicet ecce mater tua, ei adhære, ei ſeruies, ei obſequere, ei debitam ſubiectionem impende, ei te voluntarium & facilem tribue, quia ſic dicetur tibi: Beatus venter, qui te portauit non ſolum ad eccleſiam militantem, ſed portabit etiam in eccleſiam triumphantem glorię, quam mihi & vobis præſtet Ieſus. Amen.

Prou. 1.

Ne oret Maria filios uteri ſui ut Ioan.

Inuocatio ad Virginem beatam.

HAec mulier de turba liquide oſtendit, quòd beata virgo dum prægnãs erat nil vexationis ſentiebat à fœtu ſuo, qui voluit eam in hoc etiam honorare, vt immunis eſſet à calamitate prægnantium. Tamen vix credo, quòd beata virgo nil prægnantis ſenſit, dum prægnans erat. Nec enim ocioſus erat infans, qui recenter conceptus matrem agebat in montana conſcendere, quod ſentiens Eliſabeth ait: Vnde hoc mihi vt veniat

mater Domini mei ad me? communiter ergo prægnantes patiuntur defectiones aliquas, sæpe nanque dicunt. Defectio tenuit me pro fœtu & ob feturā quem gero.

Triplex defectus bon⁹ beatæ Mariæ

Cant. 5.

Cant. 5.

Triplicem defectionem habuit Maria prægnans, prima dicitur admirationis, secunda deuotionis, tertia exultationis, vnde ad hoc insinuādū dixit, Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est, scilicet se in vtero meo, nam filius Dei dixit seipsum in ventre matris incarnationis tempore, & tunc Maria defecit prę magnitudine admirationis, considerans altitudinem consilij diuini super salutem generis humani. Item secundo defecit spiritus eius præ dulcedine deuotionis, qua liquefiebat in amore filij. tertio autem præ multitudine exultationis pro reparatione humani generis. Et hic est triplex defectus bonus & beatus, quem sentiunt aliqui viri sancti sed pauci, de quo Psal. ait: Velociter exaudi me Domine, defecit spiritus meus. Et hic est triplex ascensus virginis in spiritu. Nam propter primum dicitur: Quæ est ista quæ ascendit sicut aurora &c Aurora est lux matutina, & ascendendo deficit, & esse desinit, nō quod desinat esse lux, sed desinit esse lux matutina, ita intelligentia viri iusti in contemplatione incipit à tenebris, & quasi lux crescēs procedit vsque in perfectam diem. Prou. 4. Et esse desinit intelligentia, sed intelligentia humana quæ mixta est tenebris phantasmatum, sicut aurora, vnde regina Saba audiens sapientiam Salomonis primo quærit, & audit, secundo uidit, & intelligit, tertio miratur, & deficit. Item propter secundum defectum dicitur: Quæ est ista quæ ascendit sicut virgula fumi &c. Similiter virgula fumi de turibulo ascendendo deficit, & vaporat totam domum. Ecclesiast. 24. Ego quasi Libanus non incisus vaporaui habitationem meam. Propter tertium dicitur. Quæ est ista quæ ascendit delicijs affluens innixa supra dilectum? quia cum sit certum, quod ex gaudio corpus suum præ teneritudine ferre non sustinens. Hester. 5. ideo innixa supra dilectum, quia cum ex gaudio aliquando contingat

Ascensus in mōtana.

homi-

hominem deficere & mori naturaliter cōstat, quòd nisi virtus altissimi obumbrasset ei, & nisi dilectus eam sustinuisset, si habuisset mille animas prę magnitudine exultationis & gaudij defecisset. Ex his apparet quòd beata virgo nō minus portatur à dilecto quam portet eū, nec minus est beata ī eius portatione actiua quàm passiua. Portat à quo portabat, ex quo prouenit, vt nobis quotidie afferat gratiam verbi, quæ similiter portata portat cor ad fructum sermonis, vt hanc ergo mereamur accipere genibus flexis beatæ virgini, Aue præsentemus.

Literalis Dominicæ in passione.

Sermo quinquagesimustertius.

T H E M A.

Spectaculum facti sumus mundo & angelis & hominibus. 1. Corint. 4.

Inuocatio ad Mariam Virginem.

NOn solum beata virgo Maria mundo, angelis & hominibus spectaculum fit, sed ipsi Deo, cui ait ei, Opus manuum mearum tu es hæreditas mea Israel. Quod interpretaē præualens cū Deo, & est Maria mater Dei quæ præ omnibus prçualet cum Deo. Hęc sub figura hæreditatis laudatur, nec amplius laudari potuit, nisi quòd ab ipso Deo opus manuum suarum vocatur, & hereditas sua, ab eo culta ex qua fructus colligit abundantius, vbi aduerte, quod quanuis quelibet rationalis creatura Dei hęreditas sit, fructus permanent ipsi hęreditati, vnde ait Christus: Eatis & fructum afferatis & fructus vester maneat, scilicet vobis in sinu vestro. Hęc deifera hęreditas non solum hoc habet, sed fructum Deo vt colligat ex ea filium suum incarnatum (Maria est Maria Deo.)

de quo ait: Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni. Si ergo pro Deo fructum habes ò Maria, & nos tribue tuę
Gen. 17. abundantiæ gratioſe participes fieri, quam vt aſſequi mereamur ei offeramus, Aue.

Argumentum dicendorum.

FRatres chariſſimi oculi omnium ad nos conuertūtur, noſque conſpiciunt angeli, homines iuſti, & dæmones cū prauis hominibus q mundi nomine intelliguntur. Vt de malis autem loquamur aduerte, quemadmodum in iudicio boni erūt iudices malorum, & condemnabunt eos, ſic & nunc, quia tua caſtitas ò fidelis, eius confundit impuritatem, tua humilitas, ſuperbi arrogantiam &c. Vnde aiunt naturales quòd quādo adamas optimus ſtat iuxta adamantes falſos, eos ſua ſola preſentia frangit, ſic ſi conſtans iuſtus cum prauis cōuerſetur, vel eos cōuertet, vel tacendo etiam cruciabit. Quòd iuſti ſint ſpectaculū iuſtis hominibus, liquet, nā dum anxij viatores iter agunt, non reſiduos, ſed anteriores inſpiciunt, quę retro ſunt obliuiſcentes. Angelis etiā iuſti ſpectaculum prębent, dum vident in eis ſanctam quandam ſuperbiam, qua audent, & anhelant, vt inter mundi anguſtias ſint per gratiam, quod angeli ſunt in cœlo per naturam, puri videlicet, & ſoliciti apud Deum. Omnibus ergo debitores ſumus, angeli interiorem puritatem, malis bonum debemus exemplum, & iuſtis bonam doctrinam, vnde ait de omnibus thema: Spectaculum facti ſumus mundo & angelis & hominibus. In hoc ſermone nil aliud faciam, niſi exponere Euangelium literaliter vſque ibi, Quem teipſum facis.

Omnib⁹ debitores ſum⁹.

Diuiſio.

Pars. 1. Mos erat antiquis iudicibus ſe innocentes oſtendere coram populo, quoniam ſicut ipſi non particulares, ſed communes erant perſonę, ſic oportebat eos teſtimonium habere ab his etiam, qui foris ſunt, vnde primus populi iudex Moyſes ait: Tu ſcis,

ſcis,quòd nec aſcellum quidem vnquam acceperim ab eis,nec afflixerim quempiam eorum. Et vltimus huius populi iudex ait,Conuerſatus coram vobis ab adoleſcentia mea vſque ad hāc diem, ecce præſto ſum loquimini de me coram Domino,& coram Chriſto eius, vtrum bouem cuiuſquam tulerim,aut aſinum, ſi quempiam calumniatus ſum,ſi oppreſſi aliquem,ſi de manu cuiuſquā munus accepi,& contemnam illud hodie reſtituamque vobis.Hęc Samuel purgans ſe coram multis reſignans officio,Chriſtus aūt ſciens ſe moriturū ab hac emundatione nō vult eſſe alienum, cui eo amplius adhibenda eſt fides,quo propinquior videtur morti,vbi ſceleratis limis quibuslibet credere ſolemus, ergo ipſe Chriſtus inter gentem hanc conuerſationem ſuā fuiſſe bonam & ab omni culpa liberam prædicans eam,dicebat turbis Iudæorum,& principibus ſacendotū.Quis ex vobis arguet me de peccato vel ſuperbiæ aut auaritiæ,ſiue de aliquo alio?prodeat iſte reſpondeat, palam loquatur.Contemplabor (ait Chriſtus cum Propheta) vt uideam quid dicatur mihi,& quid reſpondeam ad arguentem me In uerbo Chriſtus facialiter contemplabatur,quid reſpondeat arguenti ſe iniuſto,nam & ſi, vt ait Iob,nemo ſit mūdus a ſorde originali nec infans vnius diei,cuius ſit uita ſuper terram,hunc.ſ.Chriſtum de uiris vnum,reperit Salomon abſque peccato,q ſortitus eſt animam bonam & venit ad corpus incoinquinatum,qui minime potuit iuſte de peccato argui,quoniā nec valuit vnquam peccare, qui eſt inter mortuos liber etiam a potentia peccandi, vt probant doctores in duodecima diſtinctione tertii quorum prima ratio eſt,quòd cum Chriſtus ſit legum conditor ac dominātium Dominus,non ſubiacet legi,nec tenetur terminis præceptorum,qui ſi eam voluit adimplere, non tenebatur obligatione aliqua,quia Deum comprehendere nequit lex vlla,vnde merito de Chriſto dicitur, quòd nō eſt ei ſimilis in legiſlatoribus,quos latę leges cōcluſerāt.Sed hęc ratio,non concludit,quia vnuſquiſq; eſt

Nu.26.
1.Re.12.
Abac.2.
Eccle.2.

ſibi lex & etiam Chriſtus habet legem conſcientiam ſuam. Ratio autem, quam adducit Henricus, eſt vnio ipſa hypoſtatica, cui non ſe compatitur peccandi potentia, quoniam non ſolum Chriſtus homo adhęres Deo, vnus ſpiritus fit cum eo, ſed vna perſona, & hæc eſt diuina omni modo impeccabilis, quæ a ſe diſcordare neſcit. Scotus vero tenet quòd hoc prouenit Chriſto, non ex vnione, ſed ex fruitione, ſicut beatis, nam etiam dormiens & hoc ignorans quis aſſumi poteſt a Deo, & etiã lapis qui impeccabilis non ideo dicetur. Vnde potentia peccandi caruit, quia ſumme iunctus fuit ſupremæ regulæ, in qua taliter confirmatus eſt quòd ab ea deuiare nequiret, vt iaculum nimis immiſſum, quod extrahi nequit. Vnde vt ait Thomas diſtinctione hac, Dominus Ieſus erat viator, cõprehenſor & Deus, & ideo impeccabilis, quo ad primum Chriſtus fuit viator, & regula metrum & mẽſura aliorum viatorum, ſi ergo in hac regula fuiſſet obliquitas, non eſſet vbi alii potuiſſent regulari. Quo ad ſecundum fuit comprehenſor, & ita immutabiliter fini vltimo iunctus. Quo ad tertium, teſte Damaſceno, fuit organum deitatis, & ita peccatũ in eo intrare non potuit, propterea quod deuiare non potuit motor talis inſtrumenti, quoniam actiones ſunt ſuppoſitorum & ſuppoſitum Chriſti diuinum erat. Aliqui, & ſi non arguant Chriſtum de peccato, nec de potentia peccandi, cum de imperfectione redarguunt aſſerentes, ꝙ in laudem viri iuſti dicitur. Potuit tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus, facere mala & non fecit, & tñ dicimus Chriſtum, qui iuſtus iuſtorum eſt, fuiſſe impeccabilem vbi nota ꝙ id quod eſt perfectio in inferiori, eſt imperfectio in ſuperiori. Furor enim laudatur in cane, & auiditas in formica, quæ in homine vituperatur, & Philoſophus 10. Ethicorum ait, Laudes hominum in Deos translatæ, deriſiones videntur, ac ſi diceres Deũ bene ſaltare & equitare. Vnde laus prædicta eſt inferiorũ viatorum ad Chriſtum, dicit. n. perfectionem in hoc quod eſt nõ tranſgredi, ſed dicit imperfectionem in potentia

Chriſtus eſt impeccabilis.

Eccle. 31.

tentia faciendi mala,vt est imperfectio vitri posse frangi,tales autem laudes non sunt Christi, qui laudari debet sine imperfectione laudis,vt liquet de fide non posita in eo propter ęnigma iunctum cognitioni , licet in aliis dicat perfectionem.Securus igitur Christus etiam patri intulit,Deus Deus meus,vt quid dereliquisti me, arguens de peccato,vnde illa vox & clamor validus (vt notat Hubertinus)signū fuit perfectę innocentię Christi,& iustitiæ consummatę,cui quasi condolens pater, quia ipse lugere non poterat,luctu cuncta vestiuit in tenebris,quę factę sunt super vniuersam terram moriente Christo,cui totus mundus superior & inferior condoluit,cui spectaculum erat Christus , qui vt in eadem distinctione Durandus probat impeccabilis esset,quanuis filius Dei assumeret naturam humanam in puris naturalibus.Augelis etiam malis dicit Christus , quòd eū de peccato arguere non valent,quia difficilis visa est Salomoni uia colubri super petram , ex eo quòd vestigia colubri,ut alibi ait,non inueniuntur in petra , sed hoc non est mirum,quoniam pntra Christus erat tam firmus,quòd nüllam exarationem in eius carne plus quā ęnea,relinquere ualuit princeps mundi huius,qui in eo non habet quicquam uestigii, aut primi motus , quia de nullo peccato,nec motu ad peccatum eum arguere potuit.Vnde merito ait omnibus Iesus,Quis ex uobis arguet me de peccato?per angulos corroditis uitā meā gressus meos deiudicatis,taxatis mores,nec pudet scrutare omnem suppellectilem meam, euoluereque gesta & conuersationem,si aliquid habetis decretum & conclusum,uenite,& arguite me. Tabula picta est conuersatio mea,eam uideāt multi , ueluti imaginem omniū oculis obiectam,iudicet sutor etiam ultra calceos impune,prodeat tñ,& palam loquatur,uel unus , ecce paratus sum corrigi.Scio quod prędecenti spectatur mantica tergo,& quòd falcem mittitis in messem alienam.Si oculatus quisque arguendum aliquid in me considerat

Etiam angelis spectaculū ē Christus.

Christus puluerē excutit pedū , id est, leue peccatū. Turbatio iudicium impedit.

ecce coram uobis alio iudicari uenerat Dominus. fratres qui iudex eſt uiuorum atque mortuorum, omnes iudicaturus eſt,& ab omnibus vult antea iudicari, nam qui ſine peccato eſt lapidem ſententiæ mittere debet, ne in quo alium iudicat, ſeipſum condemnet. Sed o Domine turbam facis iudicem tuum? Sic equidem incipit Euangelium: Dicebat Ieſus turbis &c. A turbatione turba nominatur. Dicebat ergo Ieſus turbis, ideſt, turbatis Iudæis & principibus ſacerdotum, de quibus Dauid ait. Turbati ſunt,& moti ſunt ſicut ebrius,& omnis ſapientia eorum deuorata eſt. Fera peſſima inuidiæ deuorauit ſapientiam eorum, imò & Chriſtum, qui eſt noſter Ioſeph. Cum ergo oculus turbatus rem lucidam credat turbidam, iuſtum videtur reiicere culpam in Chriſtum. qui tales iudices adiuit, ante quorum tribunal aſtare voluit,& ibi iudicari, cum Paulus Cęſarem appellet. Periculum quidem grande, quòd hos faciat Chriſtus iudices ſuos, vt faciunt ſcrupulis credentes,& diabolo turbanti eorum conſcientiam, ſed aduerte quòd tanta erat Chriſti iuſtitia, vt in eius perſona dicat Propheta: Inimici noſtri ſint iudices. Ex hoc remanet condemnatum adagium illud, Amplius vellem palmum iudicis, quàm virgam iuſtitiæ. Nam iudex abſque iuſtitia, non eſt iudex, ſed tyrannus, cui datur virga ſicca, ne rectitudinem dimittat, vel ad dextram per dona, vel ad ſiniſtram per minas. Ex hoc ergo habes quòd vnuſquiſque tenetur ſe irreprehenſibilem exhibere,& conuerſationem inter gentes habere bonam lucernamque ardentem manibus geſtare, vt ſit exemplum bonorum operum. Incongrue tamen ſubiungi videtur, id quod intulit Chriſtus, Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? Hoc dictum non bene cohęret huic, quis ex vobis arguet me de peccato. Sed attende, quod propter duo ſolemus doctrinam repellere, vel quia falſa eſt, vel quia prædicatur a prauo. In primo dicto ſe Chriſtus probum oſtendit, nam cuius

Iuſtitia Chriſti viget apud iniquos.

ius uita despicitur, quid restat nisi vt eius prædicatio contemnatur? quoniam & peccatori dixit Deus, Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum. Quemadmodum ergo nullus vellet bonum vinum in sordido vase bibere, sic nec a prædicatore prauo doctrinam accipere. Prædicas a mulieribus recedendum, & ipse suspecta habes consortia, nec extrahis pedem tuum a domibus fœminarũ. Doces non diuitiarum condensare lutum, & nil aliud facis, non appetere honores, & ambitione fatigaris. Medice igitur cura teipsum. Secundo repelli potest doctrina, quia mendax, & contra hoc ait, Si veritatem dico &c. Si hoc referatur ad primum, scilicet quis ex vobis arguet me de peccato, sensus est, Hanc veritatem dico vobis, quod nemo me potest de peccato arguere, tamen hoc vos non creditis me peccatorem iudicantes, Vt aiunt glosæ de omni veritate a Christo prædicata intelligitur, & maxime de ipso Christo, qui est veritas à Iudæis non credita. Ego autem intelligo hanc veritatem de figurarum & promissionum adimpletione facta per Christum, vbi aduerte quod vt asserunt sapientes. veritas est conformitas rei ad intellectũ, id est, ad conceptum intellectus. Tunc igitur veritas moralis erit in te, quãdo reale opus dictamini recto intellectus erit conforme. Tamen vt scias qualiter Christus est veritas contemplare, quod ipse Dei filius est cõceptus intellectus diuini, & humanitas nostra siue homo est res ad extra è paradiso eiecta, harum duarum rerum conformitas est in Christo per vnionem hypostaticam, vnde dici potest conformitas rei ad intellectum, scilicet diuinum vbi est verbum Dei conceptum. Si ergo Christus dicebat ueritatem credendam qui solus iuste prædicat seipsum, væ autem nobis si nosipsos prædicauerimus eo dimisso, Cum autem veritas est de arduis stabiliri solet, & astipulationes ei adhiberi, vt credibilis fiat nimis, aliquando. n. additur iuramentũ, aliquando sigillum, aliquando datio manuũ datis dextris

Doctrina repellēda cur.

Veritas Christi astipulata & probata.

Christu ē veritas.

in con-

in confirmatione, aliquando testimonium affertur, His omnibus modis Christus veritas confirmatur in euangelio præsenti, vbi quo ad primum sepe iuratur, qñ dicitur, Amen amen. De sigillo autem ait Christus. Est pater meus qui glorificat me, scilicet in baptismo vbi pro sigillo columba descendit super Christum, quæ super eum mansit vsque ad hanc diem. Vel sigillum paternũ sit potentia miraculorum, qua vsus nunc est Christus quando euasit lapides inuisibiliter exiens de medio eorum. Hunc ergo vt ait Ioan. pater signauit, & misit in mundum. De datione autem dexteræ vbi astipulatio fieri solet & amicitia. nulla videtur hic mentio, nisi in exultatione Abrahæ ad visionem diei Christi, quæ fuit quando senior seruus domus suę posuit manum suam subter femur Abrahę, de quo latius infra. Extensio tamen manuum ad populum non credentẽ maior fuit in cruce, vbi in promissione gloriæ extenditur manus dextra ad bonos, & in obiurgatione pœnę sinistra ad malos, vt alii per amorem, alii per timorem veniant ad agnitionem veritatis deificæ. De vltimo autem dicitur. Huic scilicet Christo omnes prophetę, de quibus fit mentio in pręsenti Euangel. testimonium perhibent, quinto fit astipulatio veritatis per eleuationem digiti, quod videtur fecisse Christus dum ait est pater meus qui glorificat me, scilicet sursum in cœlo. Sic ergo astipulatæ veritati & confirmatę cur nõ creditis o Iudęi? Ego dicam, quia non est culpa in me, sed in vobis, nam qui ex Deo est, verba Dei audit, propterea vos non auditis, quia ex deo non estis. Mile de agricultura audire contemnit, nec fur de restitutione, nec immundus de munditia, sic nec vos de Deo, quia ex eo non estis, sed ex patre vestro diabolo. Hanc nudã veritatem ferre nõ valentes aiunt. Nonne benedicimus nos, quia Samaritanus es, & dęmonium habes? vbi apparet ꝙ inter eos sępe duo hęc de Christo concluserant asserentes eum habere dęmonium familiarem & alienum a lege vt Samaritani. Mundare se voluit Christus in

Vide Sco. in 4.d.10. q.7.

Ioan.6.

Christus extendit manus.

in duabus prædictis rationibus a peccato & mendacio & hæc duo nunc in gerunt ei dicentes quòd dęmoniũ habet quo ad primum & quòd Samaritanus sit, quo ad secundum, id est, suspiciosæ doctrinæ, ac diceres Luteranum. Glosæ quædam dicunt. quòd Christus respondit ad alterũ, & non ad alterũ, quia in repetitione sua de Samaritano tacuit, docens nos se esse custodem, & ꝙ debemus, dum rixas exercemus, vel aliquod verbum dissimulare, nec tot repetere, quod nobis illata sunt: Væ autem quærulosus qui addentes præuaricationem sunt & suspicantes deteriora, nec non & referentes: Christus autem v, aiunt non respondit, nisi ad alterum illatum, ego autem ad vtranque video responsum, nam primo ait. Ego dæmonium non habeo, & si vobis dicta & opera mea videntur eximia, in eis honorifico patrẽ meum, & vos inhonorastis me. Ego autem nunc non quæro per iustitiam gloriam meam, quia tempus miserendi est, erit tamen qui quærat, & iudicet in futuro iudicio. De altero autem intulit, Amen amen dico vobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum. Bis dixit amen, quia nec in anima, nec in corpore videbunt mortem in eternũ credentes Christo de principali, scilicet de dęmonio prius se purgauit secundo aũt de suspicione doctrinæ, vbi aduerte ꝙ primũ præmium seruantibus sermonẽ Christi est, ꝙ mortẽ non videbunt. Quam horribilis, sit hæc visio, explicare nequeo. Nec putes huic visioni desse horrorem ex eo ꝙ mors priuatio sic, nam tenebræ priuatio pura sũt, & admodum horribiles factæ sunt in Aegyptii punitione, ista vt palpari queant. Infernus dicitur in Iob terra operta mortis caligine, ex quo claret visioñem montis ibi esse horridã. Si corpus quod parum temporis vidit mortẽ corpralem, sic omnibus inuisum remanet, ꝙ vt ait Seneca sepulcra magis reperti sunt pro viuorũ refrigerio quã mortuorũ, vt abesset a nobis visio mortuorũ, qualis erit visio mortis ęternæ? ego arbitror ꝙ sicut in cœlo visio Dei est tota merces fidei, sic in inferno visio

Visio mortis ęternę

Exo. 10.

Iob. 10.

Sepulcrũ uiuis cõfert.

ſio mortis æternæ erit tota pęna fere damnatorum. Si tam horridum eſt hanc mortem videre, quale erit eam ſuper ſe ſentire? nec mireris ꝙ ſuper ſe dicam, quia ſcriptum eſt Sicut oues in inferno poſiti ſunt, mors depaſcet eos. Fera dum paſcit herbas ſuper eas eſt, nec ad integrum euellit, ſed partem capit, & in poſterum partẽ dimittit ſic mors æterna, ſuper dãnatos erit, non ſemel nec bis conſumendos, ſed in æternum, vbi nota quòd ſicut in inferno eſt duplex pœna ſcilicet pœna damni, & pœna ſenſus, ſic in cœlo eſt duplex gloria, ſcilicet gloria euitationis cuiuſcunque damni, & gloria omnium ſenſuum tam interiorum quàm exteriorum. Pro ſeruantibus igitur ſermonem ſuũ ait Chriſtus inferno, O mors ero mors tua, morſus tuus ero ò inferne. Serua tãdem ò peccator Chriſti ſermonem, ſerua ſuperbe eius humilitatem, auare eius eleemoſynam, luxurioſe eius caſtitatem, ne lædaris a morte ſecunda, cuius viſio interimit, Audientes ergo Iudæi tam amplam Chriſti promiſſionem, obſequentibus ſibi exhibitam dixerunt ei. Nunc cognouimus quia dæmonium habes. In his videtur deficere regula Auguſt. quæ ait. Nihil volitum niſi præcognitum. Nunc cognoſcunt, quod antea decreuerunt, ſuſpicionem habuerunt pro decreto, aſſerentes pro vero, quod mendaciter ſugebat inuidia. Vę temere iudicantibus, quia tale iudicium proferunt, quales ipſi ſunt, vnde Sapiens ait, Semper præſumit ſæua perturbata conſcientia. Et tam ſæua quantum ipſa eſt, nam cum iſti dęmonium haberent, dæmoniacum iudicant Chriſtum, vt eis dici poſſit. In quo alterum iudicas, teipſum condẽnas eadem enim agis quæ iudicas in eiſdem reus inueneris. Vide ergo quam peſſimum ſit temerariũ iudiciũ, quod caſtum reddit in luxuria condemnatum. ſi de ea alterum iudicat, & ſic de quocunq; vitio videamus nũc qualiter quod dixerant, cognouerunt. Abraham inquiunt mortuus eſt, & Prophetæ, & tu dicis, Si quis ſermonẽ meũ ſeruauerit, mortẽ nõ guſtabit in ęternũ, quaſi dicant, ꝗ ſermonẽ Dei audierũt, mortui ſunt, & audientes

Cõtra ſuſpicionẽ.

Sapiẽ 17.

Rom. 2.

tes tuum non morientur? hic multa mendacia inculcant Iudęi primum est, quod prophetę mortui sunt, cum equidem viuant, quia in morte iustorũ canimus, regem cui omnia viuunt. Nec ut ait Christus, Deus est mortuorum, sed viuorum; pręsertim sanctorum. Item prophetę non solum audierunt Dei verbum, sed corde seruauerunt per synceram fidem & ore per intrepidam confessionem, & opere per deuotam conuersationem. Item Christus dixerat, non videbit scilicet mortẽ, isti mutantes verbum Christi, aiunt, nõ gustabit, quod nõ sic ex toto quadrat, nã nemo seruus Christi videbit in ęternum aliquam mortem, oportet tamen quod gustemus saltim temporalem ad Christi imitationem, qui hanc subijt, vt nos ab ęterna liberaret. Ex falso igitur pręsupposito quęrunt, an Christus sit maior prophetis, cum de Baptista audierint, quod sit plus quam ꝓpheta, quia Christum pręsentem annunciauerit. Vt Christi, fugiant dominium ad Abraham eorum patrem confugiunt, quęrentes an Christus sit maior eo, cui tanta Deus contulit & repromisit, & ne per ambages Christus palliet ambitionem suam, perquirunt, quẽ seipsum faciat. Non quęrunt quis sit, quia putant se cõpertum habere quod sit filius fabri, sed quęrunt quem se Christus fingat an de se idolum sibi faciat, quam denique de se existimationem habeat mente conceptam, & quantum se putet, vnde aiunt, quem teipsum facis? nonne bene te intus & in cute nouimus, quod sis filius fabri Ioseph & paupercule Marię? parentes tui maiora se non quęrunt, non ambulant in mirabilibus super se, sicut tu qui ambulas super pennas ventorem, quem teipsum facis? Magnum dispendium arbitrantur immi nere Christo, si de se magna sentiat, cũ Pau. dicat: Qui se putat aliquid esse cum nihil sit ipse se seducit, & veritas in eo non est. Nos autem catholice quęramus a Christo, quẽ seipsum faciat, nam solus inter oĩa diuina & humana se fecit. Nulla quippe res seipsam fecit, nec Pater, nec spiritus sanctus se fecit, quãuis cuncta fecerit

Mortui iã uiuũt coram Deo.

Quem se fecit Christus.

Deus,

Deus,solus tamen filius Dei,qui in sua deitate genitus est non factus,se hominem fecit, quando verbum caro factum est.Sed qualē te fecisti ò Dei fili? quales non eramus,nam propter nos homines,& propter nostram salutē homo factus est. Audite igitur fratres quod ob nos quales nos ipsi sumus se fecit filius Dei, cū diues esset, propter nos egenus factus est, vt nos ditaret.Cum esset opulentus,penurium se fecit, cum autem quietus in domo gloriæ esset,fecit se laboriosum. Cum in forma Dei esset,fit in forma hominis,taliter quod nil differat à seruo,hoc est a peccatore.Cum esset gloriosus se fecit contumelijs affectum.Cum esset comprehensor se fecit viatorem,cum magnus etiā esset,exinaniuit semetipsum, vt nos magnificaret in gloria, & vt nos faceret Deos se fecit hominem & vt nos faceret diuites se pauperem fecit,& ditat nos,& vt nos magnos faceret,examinauit se, & vt nos faceret comprehēsores,se fecit viatorem,quærens,vt bonus pastor ouem,quam humeris deferret ad gloriam,quam præstet mihi & vobis ipse Iesus, qui cū patre & sancto spiritu viuit & regnat.Amen.

Feriæ secundæ dominicæ in passione.

IN illo tempore.Miserunt Principes & Pharisæi ministros, &c.

Sermo quinquagesimus tertius.

THEMA

Stabat Iesus & clamabat. Ioan. 7.

Inuocatio, ubi ostenditur quòd egemus præsidio Sanctorum & plus Mariæ.

Sap. 1. ET si oēs voces Deus exaudiat,q̄a vt ait Sapiēs, auris zeli illius audit oīa, clamore tñ signanter se astringit

git audire, dum dixit. De quacunque tribulatione clamauerint ad me exaudiã eos. Dum aũt insurgit, ac sęuit tribulatio, non solũ per se tribulatus clamare solet, sed per alios, & magis per eos, qui ei propinquiores sunt, vt patet in Ismael, qui cum periclitaretur siti non solum per se, clamauit ad Dominum, sed per matrem suam, de qua dicitur. Sedens cõtra leuauit vocẽ suã, & fleuit. Et statim sequitur, Exaudiuit autẽ Dominus vocẽ pueri. Vt ait Hugo, vox pueri vocatur hic vox, quã mater ꝓ illo emisit flens, sicut petitio matris filiorũ Zebedei dicebatur ipsorũ filiorum, ibi nescitis quid petatis. Sed in historia Ismael aduerte quod non solũ exaudiuit Deus matrẽ suã pro illo clamantẽ, sed etiã ipsummet, quoniã angelus dixit iterum matri suæ. Noli timere, exaudiuit enim Deus vocem pueri de loco in quo est. De loco in quo est dixit, vt hanc exauditionẽ ab exauditione, qua mater auditur, distingueret, exauditus ergo est & puer pro se clamans, & mater clamans pro puero, quod ideo ponderandũ decreui, ne quis audiat hæreticos modernos dicentes, quod apud Deũ non est opus patronis, nec nos egemus orationibus sanctorum, postquã ipse Deus promisit se exauditurum nos statim quo ad ipsum clamauerimus (vt Esaias refert) sed hoc non obstat, quin operępretiũ sit sanctos habere conclamantes, quia exaudiet nos & illos Deus, qui exaudiuit vocem pueri & vocem matris clamantis pro puero, qui periclitabatur siti, & matri dedit Deus aquam pro filio. Ex his igitur fratres optime perpẽdimus, quòd mater Maria sicut & Christus dicit nobis, Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Veniat ad me, quia eum adiuuabo in clamore suo, & sic certus sit, quod bibet aquam gratię, quæ non datur nisi sitibundis (hoc est) cognoscẽtibus indigentiam gratiæ, cuius priuatio est causa appetitus, qui facit clamare ad fontem vitæ, spiritum sanctum dico, qui vsque hodie effundit super nos aquam mundam, qua, quia nũc in præsentiarum indigemus, deprecemur Mariam, vt nobiscum clamet, & nos cum ea clamemus dicentes. Aue.

Gen. 21.

Maria clamat pro nobis.

Argu-

Argumentum dicendorum.

SIcut in anima nostra duæ sunt præcipuæ vires, scilicet intellectus & voluntas, sic duæ sunt pręcipuæ virtutes necessariæ, ad intellectū fides, ad voluntatem charitas, & secundū hoc dupliciter exponitur quælibet scriptura sacra, scilicet allegorice quo ad fidem, & moraliter quo ad charitatem, de his duabus expositionibus ait thema. Stabat Iesus & clamabat. Stat in allegoria fidem informans, clamat in moralitate charitatem ædificans. Propterea igitur si tempus suppetat, in priori sermonis parte totum euangelium allegorice exponam & in secunda totum etiam moraliter.

Diuisio.

Pars. 1. Vbicunque est Iesus, stat & clamat, quia flecti nō potest nec tacere verbū Dei, præcipue tamen & altius stetit, & clamauit apud patrem, quia verbum erat apud Deum in principio. De hac statione immutabilitatis ait Iob. Porro ad me dictum est verbū absc̄oditū, & quasi furtiue suscepit auris mea venas susurrij eius. In horrore visionis nocturnæ, quādo solet sopor occupare homines, pauor tenuit me & tremor, & omnia ossa mea ꝑterrita sunt Et cū spiritus me præsente transiret, inhorruerunt pili carnis meæ. Stetit quidā cuius non cognoscebam vultum imago coram oculis meis. Verbum (inquit) absconditum (vt ait glosa) quod erat apud Deum, & tunc erat in patre absconditū, tamē per operationem intimā clamabat, ita vt cōtemplator iste audiret venas susurrij eius adhuc in terra existens. Verbū Dei nunquā est alligatū nec tacet, semper clamat, quia producēs spiritū sanctū non silet, imo in summis excelsisque verticibus dat vocē suā in magnificentia. Tamen vt hanc vocē audias, oportet mundi strepitus fugere, ideo melius auditur, quando sopor occupat homines, tamē commouit, ac terret auditorem, quoniā clamor iste diuinus est, & sensus nostros excedit, ideo sequit̄. Et cū spiritus me ꝑsente trāsiret. Clamor verbi diuini est spiritus sanctus ideo

Iob. 4.

Stat fili⁹ Dei cum patre.

Clamor est spiritus sanctus.

ideo enim erga ſanctos Apoſtolos factus eſt repente de cœlo ſonus tanquam aduenientis ſpiritus vehementis. Pili carnis inhorrent, quia cogitationes noſtræ non attingunt ſpiritualem clamorem hunc Ergo quia ſpiritus ſcrutatur profunda Dei, præmittitur, vt ipſum verbum oſtendat. de quo ſequitur. Stetit quidã cuius non cognoſcebam vultum. Stat quidẽ filius Dei, q̃m apud eum non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio. Stat inflexibilis, incommutabilis ima ſummaq; attingens, tamen ante incarnationem vultus eius non cognoſcebatur à mortalibus, ſed poſtquam filius Dei per incarnationem ſtetit in medio noſtri, ſtatim cognouit eum Stephanus quando ait: Ecce video cœlos apertos, & Ieſum ſtantem à dextris virtutis Dei. Stetit ergo ab æterno cum patre, cum quo clamauit producendo ſpiritũ ſanctum. Stetit per exiſtẽtiam perſonalem, clamauit per operationem intimã, ex toto ſe comproducens clamorem diuinũ, ſcilicet ſpiritum ſanctum (in quo & nos (teſte Apoſtolo) clamamus, Abba pater, quoniã ad hoc miſit Deus ſpiritum filij ſui in corda noſtra. Prima ſtatio, & clamor æterna ſunt ſtetit & in tempore filius Dei, quando demonſtrare ſatagit ſtabilitatem ſuam, vnde aduerte quòd oppoſita iuxta ſe dum ſunt, magis eluceſcunt, ideo Deus immutabilis mutabilia creans, magis oſtendit ſtabilitatem ſuam, ſicut album apparet magis album, dum eſt iuxta nigrum. Per mutabilitatem ergo creaturarum ſtabilitatem Dei magis notã cõtemplabatur ille qui dixit: Initio tu Domine terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cœli, ipſi peribunt, tu autem permanes, & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent. & ſicut oppertorium mutabis eos, & mutabuntur, tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficiẽt. Stetit ergo quaſi ſecundo Deus, quando per mutationẽ creaturarum oſtendit, ac magnificauit amplius ſtabilitatem ſuam. Tunc etiam clamauit quando vocauit ea quæ non erant, ad quam vocationem requirebatur cla

Rom. 8.

Stetit de° mũdum crean..

Pſal. 101.

mor infinitus, clamor effectiuus qui clamando faceret ea, quæ vocabat, clamor omnipotentiæ, qui etiam à non existentibus audiretur, cui parerent non solum operando, sed essendo cuncta. Nam propterea dicitur, quòd Dominus Deus vocat ea, quæ non sunt, tanquam ea q̃ sunt, q͡a sicut ista obediunt ei exercendo recẽtem operationem, sic etiam illa obediunt ei sumendo nouam existentiam non ab alio quàm à seipso, nam Deus non vocat creaturas ab extra, sed à seipso, non à se tanquam à natura, sed vocat eas à se tãquam ab exemplari prototypo & originali. Inter varias creaturas vocatas à Deo per creationem, maiori clamore vocantur angeli, non quòd maiori conatu eos creauerit Deus, sed quia magis se in illis expressit, ac propinquius accesserunt ei, nam propterea de angelis refertur. Stellæ autem lætatæ sunt. & vocatæ sunt, & dixerunt: Ad sumus. Et luxerunt ei cum iocunditate, qui fecit illas. In verbo Dei clamante creati sunt angeli velut stellæ super cœlestes atque lætissimæ, qui cum gratiæ iocunditate luxerunt Deo ei tribuendo quicquid habent. Angeli enim dicuntur stellæ, quoniam à vero sole iustitiæ splendorem suum, ac splendidum naturale accipiunt, tamen inter has stellas fuit quidam lucifer ita luce splendida fulgens, quòd Deo lucere noluit sed sibi, qui cauda, id est exemplo superbiæ suæ traxit ad se tertiam partem stellarum, vt contra solem iustitiæ Christum pugnarent, quod beatus Iob contemplabatur, dum flens dicebat: Ecce qui seruiunt ei, non sunt stabiles, & in angelis suis reperit prauitatem. Stabiles non fuerunt mali angeli, quia Deo stabilimento suo adhærere noluerunt, sed caudæ luciferi putantes tunc non fore subiectos potestati Dei contra quem semper stant, nam ideo incipit euangelium: In illo tempore miserunt principes & Pharisæi ministros, vt apprehenderent Iesum. Dæmones non solum sunt principes sed Pharisæi quę duo satis contraria sunt, nam qui principatum gerit, vnitatem

Baruc. 3.

Angeli sunt stellę uocatę a Deo.

Apo. 12.
Iob. 4.

Ioan. 8.
Prælatio est inter principes demones.

tem intendit, Pharisæi autem interpretantur diuisi. pro quo aduerte quòd, vt ait Thomas loquens de principatu dæmonum, inter eos est prælatio, & quidam naturali ordine sub alijs constituuntur, & actiones eorum sub actionibus superiorum sunt, ideoque iure vocatur principes qui dominationem exercent inter eos, sed adhuc sunt Pharisæi (hoc est) diuisi, nam hæc dæmonum concordia, qua minores principibus suis parent, non procedit nisi ex diuisione, qua omnes diuiduntur à Deo, & eius repugnant iustitiæ, est enim (vt ait Thomas ibidem) hominibus impiis proprium, vt se adiungant, & subiiciant ad propriam nequitiam exequendam eis, quos potiores viribus vident, & sic dæmones inter se principatum tenent contra Christum Dei electum. Nam propterea dictum est. In illo tempore miserunt &c. Non est nouum bellum principis mundi huius contra Iesum. sed ab illo tẽpore, quo in angelis suis reperit prauitatẽ Deus decreuerunt principes dęmonum diuisi Deo destinare suos minores demones contra Iesum. Et ministri principum Pharisæorum, scilicet demonum sunt praua eorum desideria, & appetitus, & fraudes, & actus ierarchici sui velut ministri detestabiles sunt. Sed quid volunt tales ministri? adnituntur quidem apprehendere Iesum, & captum eum detinere, vbi attentius inspicere oportet, quibus mediis ac impedimentis voluerunt dęmones Iesum apprehendere, id est, detinere salutem nostram cœlestem, ne saluator veniret ad nos, ne filius Dei veniret incarnatus. Nam inuidia diaboli, & peccato & calliditate serpentis nostra salus moram fecit, de qua sequitur in euangelio.

Textus.

Textus.

Dixit ergo eis Iesus, scilicet ministris volentibus eum apprehendere. Adhuc modicum tempus vobiscum sum. Propter peccata in deserto commissa detinuit Deus filios Israel in deserto ꝑ aliquot annos, donec illi qui ab Aegypto fuerãt egressi cõsumerent. A ꝓmissio-

Dæmones detinent salutem nostram.

ne primo Abrahæ facta de terra promissionis, scilicet quod semen eius eam possideret fluxerunt anni ccccxl. antequam Israellitæ intrarent terram illam. Et tantam moram quis dubitat a dæmone procuratam? propter peccata enim quorum dæmon est procurator, modicum detinet Deus promissiones suas, ideo enim dixit eis, Adhuc modicum tempus vobiscum sum. Ille dicitur esse nobiscum, qui annuit nostræ intentationi, & facit quod optamus, & sic attenta iustitia est iustus Deus cum dæmone quando detinet promissa sua, & continet in ira sua misericordias suas, Modicum ergo tempus (propter multa peecata nostra per dæmonē procurata) fuit Deus cum inimicis nostris, in hoc, quod detinuit redemptionem nostram, ac per consequens incarnationē. Sed quia prædestinatio, nec ordinatio Dei nullo modo vincitur peccato, quin tandem suum sortiatur effectum, ideo sequitur in euang. Et vado ad eum qui misit me. Quasi dicat, ille qui misit me pater frustrari non potest ideo vado viam ab eo præfixam vt me faciā viatorem. Ab æterno misit me, quia cum eius voluntas pro facto reputetur, & ab æterno voluerit me facere viatorem, taliter quòd redirem ad ipsum finito itinere, ideo vado per incarnationem modicum expectatam. vado, inquam, ad eum, quoniam circulum faciam temporalem, vt reuertar ad eum qui misit me, ac decreuit ab æterno mittit me, Ab initio incarnationis suæ & antea ibat Christus ad patrem? quoniam semper in mente habuit regressum, & semper ad patris honorem operabatur, ideoque in prouincia Galileæ conceptus est, quæ rota interpretatur, quoniam Christus semper circulum perfectum amoris agebat rediens in omnibus ad patrem. Vtinam & nos fratres mei semper simus versis vultibus in propitiatorium, patrem præ oculis habentes. Tunc sane diceremus de nobilibus cum Christo, id quod sequitur in euangelio. Quæretis me, & non inuenietis, tam absconditus erat Christus in

Textus.

Christus semper ait ad patrem.

Tertius.

in mundo celando bona ſua,& cooperiendo interiorẽ gloriam,ꝙ nec dęmones cognouerunt eum , donec a mundo egrederetur,ideo dęmonibus dixit, Quęretis me,& non inuenietis.Dęmon inter innocentes quęrebat puerum Ieſum,& per tentamenta ſua inter peccatores quęrebat eum, ſed nõ inuenitur in terra ſuauiter viuentium, qui inter omnia genera peccatorum non inuentus dixit. Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. O fratres mei quod inuenit nos dęmon, quod obuiat inſperatis, quot & nos obuiamus ei.Certè ei dicere econtra valeamus, Quęritis me,& ſemper inuenietis ad quodcunque malum paratum.Chriſtum autem numquam inuenerunt dęmones,qui in via peccatorum non ſtetit ſicut nec inuenerunt Heliam quęrentes eum, an ſpiritus Domini eum dimiſerit in aliquo monte poſtquam eum curru igneo rapuit in cœlum. Impoſſibile eſt, ꝙ aſſumptus à Deo inueniatur à diabolo,quia ille non inuenit niſi derelictos à Deo, & homines perditos ac perinde vagos pro quib.circuit omnem terram, ſicut piſcator maria pro capiendis piſcibus.Tamen Chriſtus ſemper fuit ſecurus,ideo.n ſequitur in Euange. Vbi ſum ego, vos non poteſtis venire.Hęc ratio propterea quòd literaliter non quadrat,ſpiritualiter magnum includit myſterium. Nam ſi literam aſpicias, nonne poterat quiſque ire in Hieruſalem,vbi tunc temporis erat Chriſtus? ſed altius conſidera,quia homo Chriſtus erat in verbo Dei in Deo erat hypoſtatice, Deoque ſubſiſtebat,perſona verbi baſis eius erat.Nam in medio baſilicę,in medio templi Salomon erexit baſim,in qua ſtabat ipſe, & ſolus orabat ibi,nemoque ad eum aſcendere audebat. Erat ergo Ieſus in perſona verbi, ad quam poterit nemo venire. Modus autem ſtationis huius deſcribitur in Exodo, vbi Dominus dicit. En ego ſtabo ibi coram te ſupra petram Oreb, percutieſque petram & exibit ex eo aqua, vt bibat populus. Ibi (inquit) coram

Semper ꝗrit nos dæmon

4.Reg. 2.

Textus. Statio Chriſti hypoſtatica.

Paral.2.

Exo.17.

te ſtabo, ideſt, in mundo viſibilis, ſed ſtatio mea vbi ſum ego inuiſibilis eſt, quia tunc (inquit Chriſtus) ſupra petram Oreb, ſupra petram altiſſimam verbi. in hac petra mirabilia operatus eſt dominus, ſed nunc quia non eſt, qui ſuget mel de petra, oleumque de ſaxo duriſſimo dicit. Percutieſque petram, & exibit aqua, vt bibat populus. Vniuerſalem aquam de fonte excelſo vult nobis filius Dei propinare ſcilicet ex ſeipſo, qui eſt fons ſapientiæ verbum Dei in excelſis. De hac generali aqua in præſenti Euangelio clamat dicens: Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat. En ipſa petra clamat, ac percutit nos labiis charitatis ſuæ dicens: Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat. Quamuis ad quæſtionem Iudæorum qua dæmones quærunt, quo iturus eſt Dominus reſpondere potuiſſemus, quòd erat iturus in diſperſionem gentium, quas dęmon lupus diſparſerat, vt vnuſquiſque in viam ſuam declinaret, & Chriſtus collector paſtor deberet docere vnionis viã, & reddere doctos, quos dæmon fecit tam inſipientes, vt iumentis comparari valerent, nunc non volumus loqui, niſi de aqua petræ noſtræ, quia nobis per eandem petram dicitur, Si quis, ſitit veniat ad me, & bibat. Tripliciter commendantur clamor iſte fratres mei, primo quia in die magno feſtiuitatis factus eſt. Non eſt clamor nocturnus, vt ille de quo dicitur, Ad me clamat ex Seir, cuſtos quid de nocte? nec eſt vt ille de quo refertur, Media nocte clamor factus eſt, ecce ſponſus venit &c. nam iſte clamor erit nouiſſimæ tubæ, vt ſurgant animæ defunctorum ad iudicium. Clamor ex Seir nocturnus fit ad mala agentes, ad odientes lucem, vt terreantur, clamor tubæ ad omnes, vt iudicentur, ideo timorem inducit nocturnos clamor, quo in operibus manuum ſuarum comprehenditur peccator. Nunc autem conſolamini fratres, conſolamini, quia petra fundit vobis riuos olei, & ipſamet petra Chriſtus in die clamat ad vos, quibus pater cor

Textus.

Clamor nocturn⁹ timẽdus eſt

eius,

eius, qui & in hoc die mandauit misericordiam suam vobis, Dies magnus festiuitis & nouissimus dicitur quo IESVS clamat. Cunctis diebus fœlicior est dies ista lætissima, quia & est clara,& magna, & festiua & nouissima,& clamore Iesu celebris facta. De hac ergo die venit intelligendum illud, Melior est dies vna in atriis tuis super millia, scilicet dierum. Hic aduerte quod finito colloquio,quod Iesus habuit ad ministros Pharisæorum,vertit se ad turbas, vt eis loqueretur,vnde ait Ioannes in Euangelio presenti dicens: In nouissimo autem die & cetera. Finito certamine quod est inter Christum & ipsum dæmonem ac ministros eius,nil restat nisi vt Iesus se vertat ad illam turbam de qua Ioannes dixit, Vbi turbam magnam &c. Spiritualiter ergo stabat IESVS apud sanctos,quando in nouissimo die magno festiuitatis clamabat dicens, Si quis sitit,veniat ad me,& bibat.In diem gloriæ translatus erat,quando hæc dicebat: Est equidem gloria dies,& infernus nox quem sempiternus horror inhabitat.Et est dies magnus propterea quod sicut tempore Iosuæ sol Iesus stabit in medio cœli, quamobrem sepe vocata est dies illa meridies. Stare in medio est omnimodam prestare magnificentiam, & omnibus se diffundere. Tertiò hec dies gloriæ dicitur nouissima, propterea ꝙ ei non succedet nox,nam de hac die Ioan. ait, Et erit dies vna que nota est domino,non dies neque nox,& in tpe vesperi erit lux.Et erit in die illa,exibunt aque viue de Hierusalem.De istis aquis fruitionis viuis,ait Iesus,Si quis sitit,veniat ad me,& bibat Quarto hec dies dicitur festiua,& huius diei festum est, ꝙ stat Iesus,& clamat dicens, Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. O Domine Iesu quam dulcis est tibi mortis memoria,nam eo tempore quo ministri mortis te apprehendere volebant,tu festum gloriæ, festū vite eterne, diem quam expectamus predicare cœpisti,exclamans,Si quis sitit,scilicet diuinam fruitionem, veniat

Psal.83. Dies gloriæ qualis est.

Apo.14.

Leta est Christo memoria mortis.

ad me, & bibat. Quod nobis clamandum esset, clamat Iesus, videt nos culpabiliter silentes, & clamat in auribus nostris, quod nos opportune importune deberemus clamare in auribus eius, vti clamabant illi, de quibus Moyses, & Aaron clamantes coram domino proni in tabernaculo fœderis dixerunt: Domine Deus audi clamorem populi huius, & aperi eis thesaurum tuum fontem aquæ viuæ, vt satiati cesset murmuratio eorum. Et apparuit gloria domini super eos. Locutusque est dominus ad Moysen dicens, Tolle virgam & congrega populũ tuũ, & Aaron frater tuus, & loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas. Cumque eduxeris aquam de petra, bibet omnis multitudo, & iumenta eius. Hæc ibi, vbi vt superuacaneum videtur loqui ad petram, cum in Euangelio præsenti ad nos clamet ipsa petra dicens, Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Si ista petra (vt communiter dicunt omnes doctores) est Christus, nonne ipse clamat ad nos & inuitans omnes dicit, Si quis sitit &c. Quid ergo est opus loqui ad petrã? hic aduerte ꝙ quia charitas Christi vrget nos, ipse prius clamat, qui prior dilexit nos, tamen oportet, vt nos ẽt clamemus, quoniam scriptum est, Præoccupat, qui se concupiscunt, vt illis se prior ostendat. Qui de luce vigilauerit ad eam non laborabit, assidentem.n. illam foribus suis inueniet. Ecce quõ sapientia incarnata quærit nos, & vult quæri a nobis, desiderat nos, & vult etiam desiderari, nam ideo præoccupat qui se concupiscunt. Ex hoc infero ad humiliationem meam. ꝙ quando clamo ad Christum, ipse prior clamauit intus ad cor meum, quod quasi furtiue suscepit venas susurrii eius, quando aũt non clamat Christus ad me, hoc ideo est, quia ego non clamaui ad ipsum, qui præoccupat, qui se concupiscunt. de pigris aũt si nõ curat, imputetur eis, quia non clamant, & si clamas, cognosce ꝙ prius Christus clamauit .i. suggessit clamorem cordi tuo. Nemo ergo desperantium, nec diues epulo arbitretur,

Nu. 20. Sapi. 6. Humilitas Christiani qualis est. Bonus clamor est bonũ desiderium naturale

tur, quòd voluit illi Deus subtrahere gloriam suam, qui potius vult omnes homines saluos fieri, si tamen habent aures audiendi eius clamorem, & faciant, quod in prætacta figura iussit Deus Moysi & Aaron, qui sunt intellectus & voluntas nostra. Isti fratres prius debent intrare tabernaculum ecclesiæ per fidem, quia extra eã non est salus. Secundo debent proni esse per humilitatem Christianam, quoniam in conuallibus (hoc est) in humilibus fontes suos emittit Deus. Tertio debent clamare pro populo suo, vbi aduerte, q͛ vt ait Paulus, omnis creatura ingemiscit pro gloria Dei, & magis populus paruus corporis nostri, qui desiderat gloria superuestiri, pro isto populo minori qui naturaliter per desiderium clamat, clamet intellectus & voluntas liberæ, quoniam ratio nostra nullum efficaciorem poterit allegare rationem, quam si quæ naturaliter nobis insunt proponat coram Deo quæ adimplet in bonis desiderium nostrum, vnde hoc desiderium, s. perueniendi ad gloriam est, quasi vox non huius seculi, sed quasi vox Dei, qui clamat in deserto. Quod autem liberum arbitriũ scilicet voluntas & ratio debent explicare dum clamat, est istud, Aperi eis thesaurum tuum fontem aquæ viuæ. Thesaurus Christianorum est cumulus meritorũ Christi, quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei. Hic thesaurus est fons aquæ viuæ. s. indeficientis, de quo facite vobis sacculos, qui non veterascunt thesaurum non deficientem in cœlis. Hunc thesaurum indeficientem sub comparatione fontis viui (id est) perennis ponitur propter aquam lateris redemptoris, & propter lacrymas eius, & propter aquam baptismi eius & propter abundantiam gloriæ, qua torrente voluptatis potantur beati. Aperto huius fontis thesauro (qui modo clausus est, quia nondum apparuit quod erimus) tamen aperto thesauro cessabit murmuratio nostra. quia totaliter inebriati gloria erimus. Sed vtinam nunc non cessæret murmur istud apud nos. O Domine

Luc. 12.

Quam bonum est mortis desiderium.

Deus,

deus, quia sæpe cor meum murmurat de te, cur nõ educis de carcere animam meam ad confitendum nomini tuo? cur exilium meum prolongatum est? quid facio in hac vita, nisi peccatum? quid est vita mea nisi peccatorum occasio? fœlix qui quanuis omnibus bonis abundet, quodammodo non cessat murmurare. i. querelas offerre deo, propterea quod incolatus eius prolongat, nam vt aiunt doctores super illud, tolle ꝙ tuum est, & vade, gloria dei tã magna est, quod in sola illa. Si inuidia deberet admittit, haberet locum querela, & sic ego arbitror, quod de nulla re murmurare debes nisi propter ea quod hæc gloria retardatur. Væ autem nobis quia nullus vsque hodie murmurauit propter hoc contra Deum, sed potius econuerso, si nos ad hunc thesaurum vocat, nolentes imus Si autem hunc aquæ viuæ thesaurum, quem pater tuus Christus thesaurizauit tibi expetere non cessas, fiet quod sequitur scilicet. Et apparuit gloria Domini super eos. Hic est thesaurus, hic est fons aquæ viuæ scilicet gloria Domini super nos Gloria mũdi deberet esse infra nos quia non deberet extimare aurum nec argentum nec honorem ille, cui thesaurus indeficiens promittitur in cœlis. Ne quispiam dicat, quod non poterit ad eam (quæ est supra nos) gloriam, dicitur quod hæc gloria est fons aquæ salientis in vitam ęternam, quia eleuat nos ad se, quoniam scriptum est. Multiplicatæ sunt aquæ, & eleuauerunt arcam. i. totum hominem in sublime a terra, & a terręno modo viuendi, Sed audite fratres, quod ipse Dominus in præassumpta parabola dicit. Tolle virgam, & congrega populũ. Tolle Christiane virgam non solum crucis, qua percussus est Christus, sed virgam iustitiæ, qua percutias teipsum, sed virgam pœnitentiæ, qua isto sancto tempore Aegyptum (id est) peccata corrigas. Tolle virgam pastoris, scilicet, quia ideo additur. Et congrega populum scilicet membra & sensus tuos, & totum minorem mundum, ne vadat in dispersiones vitiorum, nam ideo

Gloria Dei est super nos & mũdi est infra nos.

Virga triplex.

se-

ſequitur. Tu & Aaron frater tuus loquimini ad petram coram eis. In omnibus hominibus eſt voluntas & intellectus velut Moyſes & Aaron, ſed in aliquibus iſtæ duæ vires non ſe habent ſicut fratres, maxime in illis, qui bona ſciunt & mala eligunt, qui ſubtilia indagantur, & communia peccata cupiunt. In Chriſti fidelibus fratres eſſe debent intellectus & voluntas, vt Aaron dicat, atque loquatur pro Moyſe. Iſti ergo fratres ex communi conſenſu debent loqui ad petrã ſcilicet Chriſtum coram nobis, vt ſcilicet videatur an petræ ſimus conformes, quoniam alibi ſcriptum eſt. Attendite ad petram ex qua exciſi eſtis. Vnde ſicut ex magno lapide ſcinditur paruus, ſic ex Chriſto Chriſtianus, debemus ergo attendere an ſimus ex hac petra, an habemus venas huius lapidis, an ei poſſimus aptari ad myſticum ædificium conſtruendum. Voluntas intellect⁹ fratres ſunt.

Nam ſi coram petra Chriſto ei apti & conformes inueniamur, profecto dabit nobis aquam, quia natutale eſt, vt vnuſquiſque prouideat ſuis, & ſeruis dominus, & pater filiis, & Chriſtus Chriſtianis an Chriſtis ſuis. Aqua de petra dulcior eſſe ſolet, ac dulciſſima ſi ex alto à longe veniat, quia teritur, & attenuatur, vt liquidior fiat, & per conſequens ſuauior. O Domine Ieſu ſit vena tua benedicta, quia vena vitæ os iuſti quæ dulciorem aquam ſtillat nobis, & a deitate longe ante productam, quæ fluit impetu charitatis de Libano altiſſimo perſonæ tuæ, tam abundanter, vt concludatur. Bibet omnis multitudo, & iumenta eius. Ex petra exit aqua dulcior.

Intra nos fratres mei magna multitudo eſt, nam ſapientes aiunt, quod intellectus eſt quodammodo omnia, quia omnium cognitiones efficit, & per conſequens voluntas etiam omnia appetit, & hominum deſideria numero carent. Magnus eſt oculus, qui non impletur viſu, & magna eſt auris, quę non impletur auditu, & ſic in omni ſenſu, & in omni animæ noſtræ potẽtia variam multitudinem inuenies, ſi per cuncta ſecũ- Multitudo interior eſt varia.

dum

dum respectus discurras, tamen de omni nostra varietate ac multiplicitate dicitur. Bibet omnis multitudo, & adhuc iumenta eius. Sunt pariter in nobis iumenta satis domestica scilicet membra & sensus corporis, quæ nihilominus aquam gloriæ bibere poterunt, & merito, nam si rex Niniue iussit, quod iumenta non gustarent quicquam, sed quod ieiunarent cum hominibus, cur tempore refectionis non accipiēt pariter cibum? membra & sensus nostri ieiunauerūt pariter cum anima ab omnibus illicitis, quod si ita est cum illa bibent participes in tribulatione & regno. Tamen prius poculū gloriæ bibet omnis interior multitudo affectuum nostrorum, & postea quasi secundario, & velut ex redundātia bibēt sancta animalia quæ pariter eleuantur cum multitudine rotarū. i, animarū, quarum multitudo dicitur quasi visio maris, quoniam aqua ista immensa est. ideo enim concluditur in euangelio præsenti. Qui crediderit in me sicut dicit scriptura, flumiaa ex ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dicebat de spiritu, quē accepturi erant credentes in eum. Operæ pretium esset nunc exponere, quæ sit venter animę, cuius vmbilicus erit sicut crater, tornatilis non indigens poculis. Sed nota quod sicut nunc in Christo credentes recipiunt flumina gratiarum per spiritum sanctum qui datus est nobis, sic in gloria eiusdem dona eumque recipient tam abundanter, quod sicut nunc ex corde pessimo exeunt cogitationes, malę, adulteria, rapinæ & omnia mala, sic postea homine iam glorificato exient a corde homo & optimo flumina omnium bonorum ab ipso causata, qui dabit mensuram bonam, confertam, coagitatam, & superfluentem in sinum vestrum. Hæc mensura fratres erit aquæ, sicut in nuptiis, vbi Dominus implet hydrias pro sitibundis conuiuis, quoniā aqua gratiæ quæ postea in vinum gloriæ conuertetur, sitim requirit, o si ex corde dicamus. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam, & ap-

Sensus nostri sunt iumenta sancta.

Abundantia glorię magna erit.

apparebo ante faciem Dei? sitiuit in te anima mea domine Iesu, quia inuitatio tua irritat me atque spem tribuit, quia confido per te posse peruenire ad locũ voluptatis, vbi fluuius egreditur, cuius impetu lætificatur ciuitas Dei. Hic per gratiam & in futuro per gloriam, quam &c.

Feriæ tertiæ dominicæ in passione.

Sermo quinquagesimusquintus.

THEMA

Stabat Iesus, & clamabat. Ioan. 7.

Inuocatio ad uirginem, ubi ostenditur, qualis debet esse prædicatio.

PRædicatoribus iniunctum est, vt clament iuxta illud. Clama ne cesses. & quasi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorum. Clama (inquit) vt vim præbeas verbo Dei, & ne cesses per metum aut tepiditatem, sed quasi tuba nouissima quæ omnes exterret, exalta vocem, non terrena infima, sed alta cœlestia loquens, tamen annuncia populo meo scelera eorum. Non (inquit) scelus alicuius in particulari, sed generaliter scelera eorum. Ecce igitur quomodo prædicator debet clamare per feruorem, & per altitudinem mysteriorum, & per comminationem & per communem annunciationem, sed ad omnia ista opus est, vt erit se, nam ideo ait thema. Stabat Iesus, & clamabat, Stare oportet, quia si iacet prædicator aliquo vitio deiectus, nec poterit vim verbi obtinere, nec alta perscrutari, nec alios com- Stare prædicãs debet.

cōminari, nec nunciare contra populum, quæ videt in se, ne seipsum condemnet. Quomodo addet vim verbo, qui caret vi operis? quomodo alta perscrutabitur, qui sensum peccato habet corruptum, & pondere iniquitatis grauatam geris animam? quomodo alios timere faciet, qui contemnit? aut quomodo voce nunciabit contra alios, quod opere clamat contra se? opere (inquam) quia, vt ait Gregorius, efficacior est uox operis, quam vox sermonis. Oportet igitur, vt stet per rectitudinem, qui alios debet regulare. sed quidem minime stabit, nisi per manus adiutrices erigatur Mariæ, in qua & stetit primo filius Dei, & primo super montana Iudææ clamauit, vt primum prædicatores scilicet Ioannem erigeret per gratiam ei per os Mariæ largiter exhibitam, quam vt præsenti sermoni assequamur, ei offeramus. Aue Maria.

Argumentum dicendorum, ubi innuitur quomodo stat peccator per indurationem, & Christus per vocationis continuationem.

NE clamor diuini verbi sit inanis, cum vocat ea quæ non sunt etiam respondent ei si tamē distincte ac sigillatim vocet, vnde clamor verbi responsione nō caret nisi apud homines, de quibus conqueritur dicens. Vocaui, & renuistis. Extendi manū meam scilicet per comminationem, & non erat, qui aspiceret: scilicet post terga mouentem. Ecce quomodo stamus occludentes aures nostras, ac in malo perseuerantes, vt addamus præuaricationem, tamen Dominus iesus, qui in via peccatorum non stetit, stat in via sua quæ est persistentia misericordiæ vt addat clamores clamoribus, donec vt Samuel qui sæpe vocatur ideo propter repetitam vocationem eum audiuimus, inde persistentiam clamantis thema denotans dicit. Stabat Ie-

Duplex statio scilicet duritiæ & perseuerantiæ.

1. Reg. 3.

Ieſus,& clamabat. Stabat contra duritiam noſtram, & clamabat, vt beneficijs flectat eam. Heri fratres vobis promiſi duas ſtationes Chriſti, & non dedi niſi ſtationem allegoricam: nunc autem moralem volo exhibere iuxta heſternum euangelium: quia illud ſimillimum eſt hodierno, atque de eiſdem agit: vnde altero ſcilicet heſterno ad vnguem expoſito euidens erit quod hodie occurrit. Nunc ergo ſolum agam de morali ſtratione Ieſu. Intra nos ipſos & ſunt principes, & ſunt Phariſæi. Principes interiores qui regno aīæ principātur ſunt intellectus:& volūtas & memoria principa- **Principes**
les vires eius.quarū quælibet dicitur princeps:ſi tamen **terræ sūt**
digna & conſentanea ſibi ſequatur: alioquin non erit, **animæ**
in caput, ſed in caudam, quoniam Eſaias dicit. Non **vires.**
vocabitur vltra is qui inſipiens eſt princeps, neque fraudulentus appellabitur maior. Et ſequitur. Princeps verò ea,quæ digna ſunt principi,cogitabat. Quan- **Eſa. 32.**
do ergo memoria tua cogitat quæ ſibi ſunt digna ſcilicet cœleſtia: tunc ſane princeps eſt, & principatum humero gerit: cui conſequenter aſſentiens intellectus vocatur pariter eodem nomine, quoniam ſcriptum **Gene.23.**
eſt. Audi nos Domine, princeps Dei es apud nos. Hæc dicta ſunt Abrahæ qui interpretatur pater excelſus multarum gentium, & eſt noſter intellectus,quan- **1.Par.11.**
do excelſis adhibetur, tunc enim eſt princeps Dei apud nos, quia quæ Dei ſunt, nobis annunciat. De volun **Iudi.5.**
tate autem noſtra poteſt accipi illud verbum domini ad regem Dauid. Tu paſces populum meum Iſrael, & tu eris princeps ſuper eum. Populum interiorem paſcit voluntas, & dominatur ei. De his ergo tribus principibus dixit dominus Deus. Cor meum diligit principes, cum his principibus dicitur Deus ſedere, vt ſolium gloriæ teneat (hoc eſt) no- **1.Reg.2.**
ſtram ſyndereſim, qua glorioſe cupit ſedere. Pha- **Phariſæi**
riſæi ſunt etiam in nobis, ſcilicet ſenſus carnis, nam **ſunt ſen**
Phariſæi diuiſi interpretantur,& ſenſus corporei ſe iun **ſus car-**
nis.

cti

ᴄti ſunt a ratione, ac diuiſi ab ea, quod nouerat ille, qui dixit. Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ. Et ſi uis noſſe hanc diuiſionem, perpende quomodo ratio deprecatur ab optima, & ſumma naturaliter appetit, ſenſus autem hominis proni ſunt ad malum ab adoleſcentia ſua, & etiā a creatione ſua, ut tenet Durandus, nam & propterea homini addita eſt iuſtitia originalis, qua motus ſenſuales erant ſepulti. Sunt ergo diuiſi a ratione ſenſus, quia non eam ſequuntur naturaliter, ſed carnis ſenſualitatem. Quanuis ergo Phariſæos (ut plurimum) in malam partem accipiamus, aliqui boni ſunt, quoniam plures curauit Chriſtus, & quando turba ſacerdotum obediebat fidei, proculdubio Phariſæi, aliqui boni erant inter illos, ex quo infero, quod dum ſenſus noſtri adhærent rationi, dum ſegregantur a ſenſualitate, dum obediunt fidei, optimi Phariſæi ſunt.

Prou.7. Senſualitas, uult quod oculus ſatietur uiſu, ſed fides uult, ut uigilet, ut peccata defleat. Senſualitas vult, vt aures quæ ſibi non noxia captent, ſed fides quòd audiant legem & correctiones. Senſualitas vult, quòd nares captent cubile meretricis aſperſum myrrha: & aloe, & cinamomo, ſed fides vult, vt naribus ſit pro ſuaui odore fœtor infirmorum. Dum autem ſenſus a ſenſualitatis voluntate ſegregantur, & ea quæ fidei ſunt ſectantur, optimi Phariſæi ſunt, & ideo

Act.22. quilibet ſenſus cum Paulo clamabit. Ego Phariſæus ſum filius Phariſæorum, de ſpe & reſurrectione mortuorum ego iudicor. Quando ſenſus noſtri ſpem reſurrectionis habent, ſe iunguntur faciliter a ſenſualitate, ſcientes quòd non eſt par interitus hominum & iumentorum, ideoque nec par exercitium aut communicatio. De iſtis ergo principibus & Phariſæis incipitur euangelium. In illo tempore miſerunt principes & Phariſæi miniſtros, vt apprehenderent Ieſum. Hic aduerte quòd eſt duplex apprehenſio ſcilicet bona

Captio bona, qua deus capitur.

na & mala. De apprehensione mala circa præsens negotium pleni sunt libri, quapropter de bona nunc agere intendo, uti est illa de qua dicitur. Apprehendent septem mulieres uirum unum in die illa dicentes. Tantummodo inuocetur nomen tuum super nos aufer opprobrium nostrum. In illo igitur tempore, quo bene se gerunt principes,& Pharisæi resurrectionem sperãt, ministros suos mittere cupiunt, ut apprehendant Iesum, qui sit eis in præsidium,& adiutorium. Quanuis Iesus nollet imperare nobis, sicut ficus (ne desereret dulcedinem suam) nolebat inter ligna sicca promoueri, nos tamen deberemus ministros mittere etiam angelos, vt eum apprehenderent,& ad nos usque perducerent talem ducem, talemque regem, ut bene esset nobis propter eum,& uiueret anima nostra ob gratiã sui. Sed forte quis dicat quod ministri dictorum principũ & Pharisæorum non poterunt capere Iesum. Ne quis causetur hoc, ne quis desistat a tanto opere, uidendum est aliquid de ministris. Principes interiores sub potestate Dei solius constituti sunt,& habent sub se milites & dicunt huic. Veni & uenit: & huic. Vade & uadit. Intellectus habet plures indagationes, & notitias bonas, memoria optimas cogitationes, uoluntas autẽ alta desideria & ardores sempiternos. Quilibet istorum ministrò rũ sufficit capere Iesum, quanuis sufficientia sua ex ipso Christo sit, qui tã deprecabilis est super seruos suos,& super ancillas suas, ut uni earum dicat. Vulnerasti cor meũ soror mea sponsa, uulnerasti cor meũ in uno oculorũ tuorum,& in uno crine colli tui. Crine boni respectus capitur Iesus, & bona intentione ligatur, quin & humilitate & bono affectu apprehenditur, quoniam de anima sponsa sua dicitur. Sandalia eius captiuã fecerunt animã illius: Sãdalia sunt humilitas, & bonus affectus, quibus anima calciatur, ne terrenis inficiatur, nã affectus cœlestium si non est humilis non apprehendit Iesum, qui humilia respicit in cœlo & in terra,

Esa. 4. Textus.

Iudi. 9.

Amor capit Christum.

Cant 4.

Iudi. 16

ra, id eſt, in contemplatione & actione. Sed dicetis adhuc, Quid inde quòd apprehendamus Ieſum? Multum ſane per omnem modum, nam ſcriptum eſt. Lignum vitæ eſt his qui apprehenderint eam, & qui tenuerit eam beatus. Beatitudinem tenebit, qui ſapien-
Pro. 3. tiam incarnatam apprehenderit. Igitur fratres quia regnum cœlorum & rex vim patitur, violenti eſtote, vt
Ioan 6. eum apprehendatis, vti & illi de quibus dicitur: Ieſus ergo cum cognouiſſet, quia venturi eſſent, vt raperent eum, & facerent eum regem, fuit in montem. Quãuis fugiat Dominus, quærite eũ, quærite faciem eius ſem-
Cant. 4. per, donec cum ſponſa dicatis Inueni quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. Funiculis charitatis cupiebat hæc vincere, ac ligare Ieſum qui amplexibus amoris ligatur. Igitur fratres ad tantum bonum capiendum, ac detinendum, non vos pigeat miniſtros (hoc eſt) actus virtuoſos mittere, quin & rogate angelos, qui ſunt adminiſtratorij ſpiritus miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis. Ieſus interpretatur ſalus, hunc fratres capiamus, ſaltim hoc tempore dum prope eſt, nam elabitur, & fugit pigros, quem ſoliciti vix valent apprehendere, ideo
Textus. enim ſequitur in euangelio: Dixit ergo eis Ieſus: Adhuc modicum tempus vobiſcum ſum. Quaſi precibus detenti verba ſunt iſta, quia ſi ſol oratione Ioſuæ detentus eſt, etiam detinebitur Deus precibus noſtris, nã
Eſaiæ. 64 ipſemet Deus conqueritur de nobis per prophetam dicens: Non eſt qui innocet nomen tuum, qui conſurgat, & teneat te. Abſcondiſti faciem tuam a nobis, & alliſiſti nos in manu iniquitatis noſtræ. Per inuocationem nominis ſui, id eſt, ſalutis æternæ à conſurgentibus tenetur Deus, nã qui iacet vitijs deiectus non poterit eũ tenere, ſi aũt ſtas, tenebis eũ, quia propterea dixit: Adhuc modicũ tempus vobiſcum ſum. Quia non eſt nobis aſſidua Dei conſolatio, dixit ſe parum temporis futurum

turum nobiſcum, quod ſanctus Iob conſiderans ait. Viſitas eum diluculo, & ſubitò probas illum. De hac probatione ſtatim ſequitur in euang. Et vado ad eum qui miſit me. Per viam tribulationis Chriſtus iuit ad patrem & eandem viam ſe dicit ambulare, quando nos paſſioni & tẽtationi exponit, videns quòd oportet nos etiam pati, vt intremus in gloriam ſuam. Quando ergo tribulamur, videtur Chriſtus ꝙ vadit auolans à nobis, & quod relinquit nos, tamen eum iterum quærimus, quia ſine eo viuere non valemus. Nec ſolum quærimus coniunctum gratiæ ſuæ, nec ſolum quærimus guſtum eius, ſed cur deſeruit nos, cur tribulationi expoſuit, cur tacet conculcante impio meliorem ſe. Cur domine deſeris amantes te? De hoc ſequitur in euangelio. Quæretis me, & non inuenietis. Deum curioſè quærimus, quando eius opera ſcrutamur quando rationem quærimus iudiciorum ſuorum. Sic philoſophi quæſierunt Deum, tamen minime inuenerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis. Ratio potiſſima propter quam operum Dei non poſſumus inuenire rationem, eſt quæ immediate ſequitur in euangelio, ſcilicet. Vbi ſum ego, vos non poteſtis venire. Vnigenitus Dei eſt in ſinu patris (hoc eſt) in ſecretis ſecretorum, vbi pater aperit ei cor ſuum, & huc nemo, quantuncunque aſcendat poterit uenire. Nam & ſi homo aſcendat ad cor altum, & altiora ſe quęſierit, altius exaltatur Deus, ut ſcrutationem noſtram euadat, & ſic minus ſcies dum magis ſcrutatus fueris iudicia Dei, niſi facias, quod ſequitur in euange. Dixerunt ergo Iudæi ad ſemetipſos. Iudæi interpretantur laudantes, & ſunt qui per humilitatem ad ſe reuertũtur, quibus Deus ſecreta reuelat, nam ideo ſequitur. Nunquid in diſperſionẽ gentiũ iturus eſt, & docturus gentes? Hic eſt maximus fructus, quem Deus elicit ex afflictionibus iuſtorum, quibus non ſineret mala uenire, niſi tantũ bonum ex eis deberet elicere. Vnde quãdo Chriſtus uadit ad patrem nos flagellando, id eſt, imitatur

Textus

Textus

Textus

Humiles ſciũt u[illegible] Dei.

tatur patrem (qui teste Ioan.) flagellat oēm filiū, quem recipit, si eum tibi propitium non inueniris, scito, q̄ vadit ad dispersionem gentium docendam. Et gentium doctrina & omnium peccatorum scientia, & epilogatio iudiciorū Dei est ista: Si in viridi ligno hoc faciunt, in arido quid fiet? hac doctrina oēs dispersos docet Christus dum domesticos flagellat. vnde quandocunq; videris iustū affligi, repete intra te: Si in viridi ligno &c. Ergo qñ ego (inquit Christus) ad patrem vadens eum imitans, vos ò iusti destituam orbatos auxilio temporali, quæretis me per lacrymas & suspiria, & non inuenientis, qua ratione vos desero quia in iudicio scientiæ meæ intrare non poteritis tñ si per humilitatē reuertamini ad uos ipsos scietis, q̄ flagellando uos erudio dispersionem gentiū, quia qui domesticos castigat, extraneos reddit cautiores, iuxta illud: Si in viridi ligno &c. Non solum deserit nos aliquando Deus, ut alios erudiat: sed non inuenitur sæpe à nobis tribulatis, ut postea se copiosius tribuat. Ne assiduitate consolatio eius uilescat, & ut quando redierit diem festum agant sibi, qui diem tristem egerunt in absentia cōsolationis suæ. De hoc festo, & de hac emanatione copiosioris gratiæ sequitur in euang. In nouissimo autem die magno festiuitatis stabat Iesus & clamabat. Ecce igitur qualiter ille qui dixit ad patrem Vado, reuertitur onustus lætitia & refrigerio nostro. A patre nobis defert spiritum sanctum solito abundantius, ita ut ex abundantia cordis flumina procedant à uenre nostro. Iam ergo aduerte, q̄ dies magnus est illuminatio uirtutū insita cordis iustorū, de quo die Pau. ait: Nox p̄cessit, dies aūt appropinquauit. Qui ambulat ī hoc die nō offendet. Hic dies hēt mane. s. ortū virtutū, de quo ait Esaias. Orietur ut mane lux tua. Et habet meridiē, feruorē. s. charitatis, de quo sponsa dixerat: Indica mihi, ubi pascas, ubi cubes in meridie. Ab hoc meridie declinauit: Adā cū peccauit, dū deambularet Dñs ad aurā post meridiē. Et hēt

Fructus tribulationis.

Dies est luminatio uirtutum.

etiam

etiam vesperam. s. occasum solis iustitiæ, quem timebat Paulus, quando nos monuit dicens. Sol non occidat super iracundiam vestram. Hæc ergo dies. s. illuminatio virtutum est, quam specialiter fecit Dominus, exultemus, & lætemur in ea, quia festiua est. Hæc dicitur magna ad differentiam mundanę prosperitatis, quę est dies parua, ideo nolebat eam propheta dicens, Diē hominis non desideraui. Nam prosperitas quæ est dies hominis cito adducet noctem, quoniam propterea dicitur. In hac die tua quæ ad pacem tibi. s. parum durabis. Vnde Patriarcha Iacob in sua lætitia, & maxima prosperitate interrogatus a rege, quot haberet dies, respondit, Dies peregrinationis vitæ meæ. 130. annorum sunt parui & mali, & non peruenerunt vsque ad dies patrum meorum. Illuminatio ergo virtutum, qua cōscientia illustris redditur dies magna est, qua facit nobis magna sol iustitiæ, magna quidem, quia magnificat nos. Magna est dies ista, quia si saltim per horas huius diei laborare voluerimus, lucrabimur multa & audiemus, Ego merces tua magna nimis. Hæc dies festiua est, quia conscientia quiescit a malis omnibus, & soli Deo vacat exultans lætabunda, & ascendit in Hierusalem inquirens quæ ad pacem interiorem sunt, vt in pace in idipsum dormiat, & requiescat. Hæc dies non solum dicitur magna, & festiua, sed nouissima, vt properemus antequam finiatur festum. Dum Ioan. dixit. Nouissima hora est. Et dum Paulus proloquitur, Nouissime diebus istis locutus est nobis in filio, quid aliud facere volebant, nisi hortari nos ad properandum? nam nec nouissimis denarium daret paterfamilias, nisi vna hora fecissent, igitur o fratres mei quid immoramini? an ignoratis ꝙ quælibet dies pro vltima est habenda? venite ne alter præripiat coronam vestram, quia ideo stat Iesus & clamat. Mirum quidem quod clamet dicens, Si quis sitit, veniat, cum ipse pariter sitibundus existat, alioquin non clamaret, nam sitis vrget eū, vt clamet, quod

Dies parua est prosperitas. Gen. 47.

Cur est magna bona dies.

Sitibundus, ad sitientes clamat Christus. Psal. 61.

alibi declarans ait, Veruntamen precium meum cogitauerunt repellere, cucurri in siti. Ecce quomodo in siti quam habet nostræ salutis, cucurrit post nos surdos, & clamat bonus Iesus ne precium suum quod clamans in cruce patri pro nobis tradidit repellamus. Sed nobis edissere bone Iesu, quomodo cum sitibundus existas, poteris nos potare? nam sicut alter infirmus alterū non visitat, sic sitibundus potare non poterit sitibundum. Hic aduerte, quod sitis Domini Iesu ad nos dirigitur, non ad potum, vt patet in Samaritana, ab hac petiui aquam, idest, fidem, & ei dedit aquam idest, doctrinam, & sic refocillatus est Iesus, qui de aqua putei non curauit. Sitis ergo eius est, ut nos bibamus doctrinam eius, quia tunc fiet quod sequitur in euangelio, Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de vētre eius fluent aquæ viuę. Iam scitis fratres quòd dum quis accedit ad lauacrum regenerationis, anima eius a lauacro baptismi non ascendit sterilis, sed tam pręgnans vt flumina, idest, dona spiritussancti ex ea in posterum fluent, vt & alios regenerare ac baptizare valeat. Solummodo a ficto fugit spiritussanctus, ideoque de ficte baptizato dicitur per Iob, Non videat riuos fluminis. De ficto ergo dicit Gregorius. Riuulum fluminis per desiderium non videt, quia solis visibilibus intendit. Scriptum quippe est, Quod videt quis, quid sperat? riuulos ergo fluminis vidisset, si à præsentis vitæ gloria oculos clauderet, eosque ad amorem Christi aperiret. Dum igitur o christiane secundum dona spiritussancti operatis, flumina exeunt a ventre tuo, quia spiritualiter per bonum exemplum paris Christo animas. In pigro velut mortua sunt hæc dona, & retenta, quia non saliunt nec sanctam ecclesiam lætificant, vt illi de quibus dicitur, Moueatur mare & plenitudo eius, orbis terrarum, & qui habitant in eo, flumina plaudent manibus. Mare mobile est cor nostrum, plenitudo eius est spiritussanctus, orbis est totus homo, quapropter (vt exponit Richardus.)

Flumina sunt gratiæ spiritus sancti

Psalm. 7.

chardus) ſpiritus Domini repleuit orbem terrarum. Qui habitant in hoc orbe ſunt ſenſus & membra, quæ mouentur ad bonum, quando flumina.i.gratię ſpiritus ſancti plaudent manibus, per manus procedētes in operationes ſuas. Sed poterit quiſpiam dicere, ꝙ hæc flumina in præſentiarum non fluunt a baptizatis, nec talia vidimus imò nec a nobis ipſis, ſed flumina vitiorū. Nec mirum ꝙ tibi dicatur illud Pſalmi, Tu ſiccaſti fluuios Ethan. Pro reſponſione attende, ꝙ ad literam verum eſt, quòd Chriſtus dixit, ſed vt monuit nos, oportet ſcripturas rimari, vbi pater vocatur fluuius iuxta illud Sapien. Noli reſiſtere contra faciem potentis, nec coneris contra ictum fluminis, id eſt, Dei patris tam potentis ꝙ vno ictu velut vno impetu induxit diluuium. Et filius Dei quo que flumen ſe nominat dicens, Ego quaſi fluuius Dorix exiui de paradiſo. Et ſpitituſſanctus pariter eſt flumen, de quo Chriſtus per Prophetā dicit, Ecce ego declinabo ſuper eam(.ſ.eccleſiam) quaſi fluuium pacis, & quaſi torrentem inundantem gloriā gentium, quam ſugetis. Iſti fluuii per fidei confeſſionem fluunt ab anima, cui dicitur in Canticis, Emiſſiones tuæ paradiſus. Et omnia iſta flumina dicuntur in præſenti Euangelio de ſpiritu ſancto, propterea, ꝙ vnctio eius docet nos de omnibus. Tamen maxime docet ſacros doctores & Apoſtolos, a quorum abundanti doctrina; velut a fonte paradiſi, quatuor flumina exeūt .i.quatuor diſtinctę expoſitiones ſiue ſenſus, quoniā ſcriptum eſt. Lignum quoque ſcientiæ boni & mali. Et immediate ſequitur. Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandam paradiſum, qui inde diuiditur in quatuor capita. Attentius perpende, qūo poſt lignu ſcientiæ deſcribitur fluuius loci ſancti, ne quis audeat hæreticos adire pro conſcientia ſibi acquirenda, quoniam qui quatuor flumina ſunt, quatuor ſacri doctores, qui habent aquam viuam.i.regenerantem cor, hæretici aūt non habent in fluminibus Aegypti.i.in expo-

Diuinæ perſonæ ſunt flumina.

Pſal. 73.

Sapien. 4

Eccle. 24.

Eſa. 66.

Gene. 2. Scriptura eſt fons.

Exo.1. Exo.8. sitionibus suis nisi sanguinem, ad necandum animas sicut in Aegyptii qui in flumine infantes suffocabant. Non vadas anima mea ad flumina ista, quia non nisi ranæ, id est, nouitates vocum. Diximus ergo hoc & hoc resume. In hac secunda parte ostendam quomodo & nos debemus cum Christo stare, & clamare. Si omnis Christi actio nostra est instructio, in templo & stantes nos clamare oportet, nam generaliter loquendo triplex est clamor qui vbique & quomodocunque fieri potest, & fecit Christus. Primus clamor est in corde interior scilicet, & absconditus, qui soli Deo patet, de quo ait Greg, Si desiderium non esse clamor, non duceret Propheta, Desiderium pauperum exaudiuit Dominus. Hic est validior clamor, ideoque velut magnam habēs rationem dixit Psalmographus, Clamaui in toto corde meo exaudi me Domine, quia sitibundus sum, vt scilicet iustificationes tuas requiram, & inueniam. Secundus est clamor oris, quo & sancti viri vsi sunt, maxime quondo cor est tepidum, nam legimus ꝙ Sampson, dū spiritu Dei ageretur quadam mandibula asini interfecit mille viros, & tunc præ deuotione cantabat, sed parum post in afflictione positus flebat ideoque dicitur, Sitiensque valde clamauit ad Dominum, & ait, Tu dedisti in manu serui tui salutem hanc maximam atque victoriam, & en siti morior, incidamque in manus incircuncisorum, Aperuitque Dominus molarem dentē in maxilla asini, & egressæ sunt ex eo aquæ, quibus haustis refocillauit spiritum, & vires recepit. Ecce quō viris sanctis prodest etiam ore clamare maxime dum tepidi sunt. Tertius clamor est operis, & hic nihil aliud est, nisi euidentia facti, quæ euidentia clamare etiam coram Domino dicitur quoniam ipse ait ad Cayn. En sanguis fratris tui Abel clamat ad me de terra. Nunc igitur maledictus eris super terram, quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. Iste proculum sanguinis terræ sitienti propinauit, tamen clamor sanguinis

Desiderium est clamor.

Iudi.15.

Gene.4.

güinis fecit vt & ille ab altero interfficeretur, quoniã istum clamorem plusquam cæteros audit iustitia Dei. Sic nos fratres charissimi clamare oportet, quia sic per totam vitã suã clamauit Christus pro nobis. Væ aũt illis qui iacentes clamant, quia hos non exaudiet Dominus, tamen tempore isto ut surgamus a vitiis oportet clamare primo in corde per contritionem, secundo in ore per confessionẽ, tertio, in opere per satisfactionem. Primo ergo ꝑ cõtritionẽ clamemus cũ sancto Dauid, q̃ ait. A finibus terræ ad te clamaui, dũ anxiaretur cor meu. Anxiatur cor per cõtritionẽ, maxime dum a longe considerat velut a finibus terræ suam terrenã vitã, qua lõge fuit a salute. Quod faciebat ille qui accepta substãtia abiit in regionẽ longinquam sed postea pęnitentia ductus clamauit ad patrem dicens, Pater peccaui in cœlũ & corã te. Sic ex corde clamabat ille populus, de quo Dñs dixit, Vidi afflictionem populi mei in Aegypto, & clamorẽ eius audiui. Nõ legitur ibi populũ ore clamasse, cor tñ per contritionem non tacebat, quod tantum altius clamat, quantum intimius dolet. Vtinam tãtum doleret, vt & vos fratres scinderitis corda vestra, nam si cor cõtrariũ lacrymas sitit, percutiatũ bis. s. timore pęnæ, & amore gloriæ & tũc facile poterit, ẽt tacendo, aquã ex semetipso educere. Vti B. Petrus de quo ait Ambrosius in sermone 46. de pœnitentia Petri, vbi sic ait, Petrus prærupit in lacrymas nihil voce precatus, inuenio quod fleuerit, non inueni quid dixerit, lacrymas eius lego, aliam satisfactionem non lego. Recte plane Petrus fleuit, & tacuit, quia quod defleri solet, non solet excusari, & quod defendi non potest, ablui potest. Lauat. n. lacryma delictum, quod voce pudor est confiteri, lacrymæ ergo verecundiæ cõsulunt pariter & saluti, nec erubescunt in petendo, & impetrant in rogando, lacrymæ inquam tacitæ quodammodo preces sunt, veniã nõ postulant, sed merentur, causam non dicunt, & misericordiã cõsequunt̃, nisi ꝙ vtiliores lacrymarũ preces sunt

Alius triplex clamor, scilicet pœnitentia.

quàm

quam sermonum, quia sermo impercando forte fallit, lacryma omnino non fallit, sermo enim interdum non totum profert negocium, lacryma semper totum prodit effectum, & ideo Petrus iam nō vtitur sermone quo fefellerat, quo peccauerat, quo fidem amiserat, ne per id non ei credatur ad confitendum, quo vsus fuerat ad negandum, ac per hoc mauult causam suam flere, quā dicere, & quod voce negarat, lacrimis confiteri. Hæc Ambrosius, ubi notat quomodo tacente ore Petri, cor vociferabat, & sic meruit lacrymas in mensura delicti perpetrati. Secundus clamor est oris confessio, quæ & si coram sacerdote secrete facienda est, tamen propter suum vigorem dicitur clamor. De vigore quem confessio habet in se dicit Augu. in libro de pœnitentia. Confessio est salus animarum, dissipatrix vitiorum, restauratrix virtutum, expugnatrix dæmonum. Quid plura? Obstruit os inferni, & paradisi portas aperit. De vigore quem in te debet habere confessio ait Augustinus in eodem libro. Peccator sollicite consideret qualitatem criminis in loco, in tempore, in perseuerantia, in veritate personæ, cuius fuerit ætatis, cuius sapientiæ, & ordinis, & quali hoc fecerit tentatione, & in ipsius multiplici executione. De clamore igitur confessionis ait Iob, Mærens incedebam, sine furore consurgens, in turba clamabam. Frater fui draconum &c. qui peccata sua sicut Sodoma prædicat iactanter in plateis non incedit mærens, sed bonus pœnitens de quo ait August. in sermone tertio de natiuitate Domini. Quando sic pœnitens, vt tibi amarum sapiat in animo, quod ante dulce fuit in vita, & quod te prius oblectabat in corpore, ipsum te cruciat in mente. Iam tunc bene ingemiscis, & dicis ad Deum. Tibi soli peccaui, & malū corā te feci &c. Vidisti ergo quomodo mœstitia prouenit ex pœnitentia confessioni necessaria. Super id, sine furore consurgens nota istud Greg. Peccatores nos in tranquillitate fatemur, sed cū de peccatis ipsis

Clamor confessionis.

Iob. 30.

ſis flagello interueniente corripimur, murmuramus, pœna ergo pœnitentiæ non interrogat, ſi culpam veraciter cognoſcimus. Plerunque grauioris certaminis eſt, commiſſa peccata prodere, quam non admiſſa vitare. Ergo ſine furore debes pœnitentiam acceptare, nec turberis quando te videris turba circunſtātiarum, confeſſionis obſeſſum, ſed eiice turbam delictorum tumultuantem, & ſic incipe accuſare te. Frater fuit draconum ſcilicet per ſuperbiam, quā exercui &c. clamoroſa ergo debet eſſe confeſſio, non quòd fiat clamando, ſed ſecrete, tamen tali modo ſcilicet in eccleſia, loco publico, vt alii fideles videant, quòd eſt chriſtianus & non hæreticus, nam ſunt quidam qui in occulto dicunt, ſe confiteri, contra quos ait Auguſtinus, in tractatu de cura militiæ. Nemo dicat, occulte, Ego pœnitentiam apud Deum ago, nouit Deus, qui mihi ignoſcit, quia in corde meo ago. Ergo ſine cauſa dictum eſt. Quę ſolueritis in terra, erunt ſoluta in cœlo. Ergo ſine cauſa datæ ſunt claues eccleſiæ. Hæc ille. Tertius clamor eſt operis ſatisfactio, quæ non debet eſſe imaginaria, ſed euidens, nam clamor operis diximus, quod erat euidentia facti. Clamore reſtitutionis clamauit Dauid ad Saul, & econtra, quando clamantes ac flentes amici facti ſunt coram populo. Et Dauid reſtituit ei haſtam ſuam. Sic etiam Leproſus clamare tenebatur, de quo ſcribitur in Leuitico, Quicunque ergo maculatus fuerit lepra, & ſeparatus eſt ad arbitrium ſacerdotis, habebit veſtimenta diſſuta, caput nudum, os veſte contectum, contaminatum ac ſordidum ſe clamabit. In his verbis vt notat Yſidorus ponitur ſatisfactio peccatoris hæretici, vnde ait. Hæretici ab eccleſia eiiciuntur, donec purgentur. Diſſutis vnicis, ideſt, manifeſtatis ſecretis ſedere iubentur. Capite nudato, vt nuditas eorū a cunctis videatur. Ore clauſo, ne vlterius impia loquantur. In iſtis ergo tribus clamoribus hic ſeruatur ordo, ꝙ ſecundus præſupponit primum, & in voto habet

Satisfactio ē clamor.
1. Reg. 26
Leuit. 13.

ber tertium, primus alios duos desiderat, vnde omnes tres in effectu, vel in affectu oportet inueniri, quoniã de duobus ait Christus: Non qui dicunt mihi, Domine Domine, intrabunt in regnum cœlorum, sed tertio qui cum hoc facit voluntatem patris mei, qui satisfactionem exquirit etiam in ipso filio, qui satisfecit pro peccatis totius mundi. Propter hunc triplicem clamorem quo est opus ad excitandum animam peccato iacentẽ ac soppitam, legimus in suscitatione Lazari Dominum ter clamasse, de primo dicitur infremuit spiritu. De secundo additur, Iesus ergo rursus fremens in semetipso venit ad monumẽtũ. De tertio cõcluditur, Hęc cũ dixisset, voce magna clamauit, Lazare veni foras. Si igitur ò peccator Dei filius clamat pro te, cur ipse taces? clama de profundis peccatis tuis, clama cũ Dauid, & flẽs dic:
2.Reg. 8. Fili mi Absalõ, Absalon fili mi, qs mihi tribuat, vt ego moriat pro te, Absalon fili mi, fili mi Absalon. Iste impœnitens, ac in peccato interfectus obiit, ideo pr̃ eius sanctus & iustus magis tunc vellet mori corporaliter, quàm ꝙ filius eius damnaretur æternaliter, quod Christo datum est, vt sua præciosa morte nos omnes eriperet. Hic per gratiã, & in futuro per gloriã, quã ipse &c.

Feriæ quartæ dominicæ in passionæ.

IN illo tempore. Facta sunt encœnia in Hierosolymis & hyems erat, &c.

Sermo quinquagesimussextus.

T H E M A.

Facta sunt encœnia in Hierosolymis. Ioan. 10.

Innocatio ad Virginem deiparam.

ANtiqui & moderni Iudęorum primores, vt Iesum nostrũ fugiant, denegant diuinitatẽ Messię, quam & Ar-

& Arriani ausi sunt negare, tamen Iesus eam multis probat argumentis, quorum reperies vnum in calce huius euang. vbi dicitur, Si illos dixit Deos vsque filius Dei sum. Tanta est incarnationis maiestas, qua filius Dei factus est filius virginis, quod etiam eos dicat scriptura Deos, ad quos huiusmodi sermo factus est, idest, reuelatus, vt pote Dauid & Abraham & ceteros, quibus facta est de Christo repromissio. Istis sermo factus est, & reuelatio quòd Deus fieret homo, & vt scirent ad quid fieret, scriptura vocat eos Deos, quoniam ad hoc Deus fit homo, vt homines facit deos, vnde vox Christi est illa. Ego dixi, dij estis, & filij ex deo omnes. Si ergo participes huius factionis, qua verbum caro factum est, sunt dii nonne a minori ad maius Deus est ille, quem sanctificauit, idest, sanctum ab æterno pater luminum genuit, & misit postea in mundum, vt amicos suos sanctificaret? si sanctificati merito incarnationis vere dicuntur sancti, nonne ipse sanctificator sanctior erit? si sanctificati dicuntur dii, nonne certior erit Deus eorum sanctificator? ex sanctitate accidentali, quam effectiue dabit suis Christus, volens eos filios Dei fieri, probat suam deitatem, quia solus Deus effectiue potest facere filios Dei, ex quo sequitur, quòd ipse est Deus. Si ergo sermo Dei caro factus Deos facit, quid vos de Maria iudicabitis; cui & in qua & ex qua sermo Dei caro fit? nos quia voluntarie concurrimus cooperante gratia in moralem similitudinem factionis huius verbi incarnati, vocamur dii. Maria vero super hoc adiecit, vt actiue concurreret, vt mater ad hoc, vt sermo Dei caro fieret, tenet enim Scotus in tertia distinctione quarta. creaturam Dei adiutorio posset operari in instanti. Ex quo humili concursu ipsum sermonem æternum verbum patris ad similitudinem suam redegit, ipso dicente: In ventre matris meæ figuratus sum caro. Si ergo

Dii ob missionē de Christo Deo fiunt homines. Psal. 81.

Ioan. 17.

Christus facit Deos.

Maria sermonē infinitum redegit ad se.

go Deum sibi similem, fecit, nos interuentu suo poterit ei, per gratiam conciliare, quam vt assequamur ei offeramus, Aue Maria gratia.

Diuisio. *Vt thema introducas, narra Latine & in vernaculo vsque ibi, Dic nobis palam, literam euangelij quoniam solum hoc exponam prius literaliter & postea moraliter.*

Prima pars. Christus cur festa colit tẽpli.

FEsto dedicationis templi, noluit Christus abesse, quoniam in eis quæ patris erant oportebat eum esse, diligit enim filius domũ paternã, & colit eius hyemale festum, vt adimpleat illud Aggei prophetæ: Maior erit gloria istius nouissimæ domus, plusquam primæ. Et iure, quia priorem colebat Salomon, & hanc humiliorem domum colit Christus. Qui per hoc antecedenter voluit redarguere huius tempestatis hæreticos, qui volebant omnes dies festos Dei abradere, templumq; euertere, ne haberent in eis occasionem adorandi Deum. Christus autem qui nuptiis interfuit, vult etiã festo templi adesse, ne plus glorietur nubẽs quàm continens, qui dedicat per votum Deo templum corporis sui. Tunc hyems erat; quoniam & sunt æstiuales festiuitates, huic autem magis laboriose adfuit Christus, ne arbitremur eum aliis magis lętis defuisse. Dum ergo hyems erat, deambulat in porticu templi Salomonis, vbi vt notat Rupertus erat altare holocausti. Sed quid tũc versabat in corde? quidve conferebat in mente? nam in tẽplo festa colimus, vel bonis orationibus, aut sanctis meditationibus. Non garrulationibus nec negociationibus, nec nutibus oculorum quibus spelunca fit latronum aut histrionum. Certe Dominus meditabatur qualiter ipse sacerdos, altare nostrum, & hostia erat, qui semetipsum obtulit immaculatum Deo, vide teste Pau. non per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per propriũ sanguinẽ introiuit semel in sancta

Hebr. 9.

æterna

æterna redemptione inuenta. Huius altaris ministri sunt Iudæi de quibus in præsenti sequitur Euang. Circundederunt ergo eum Iudæi. Hostia priusquam offeratur debet excoriari, & in frustra diuidi, & ob hoc eum circundant Iudæi, ne locus remaneat euadendi, quia quicquid dixerit, concludent mortem suam. Vnde conqueritur ipse dicens, Perijt fuga a me. Quare? quia circũdederunt me canes multi, concilium malignantiũ obsedit me. ibi ergo Iudæorum copia eum circundat, vt eũ opprimant non ratione, sed turba. Et sic inuaserunt eũ. Quousq; animam nostram tollis? a quo ne incipiunt. vt dæmon in terrestri paradiso, qui ait, Cur præcepit vobis Deus. Vt notat Rupertus, Bernardus, voluerunt dicere, Vsquequo animas nostras perdis? nam tollere idem est quod perdere, vnde alibi dicunt, Tolle, tolle, crucifige eum, Quid est tolle nisi interficere? & quid est tolle, tolle, nisi cito, cito? & quid est crucifige nisi turpissima eum cito damnabis morte? sic nunc ipsi conqueruntur quòd eos perdit, & damnat Christus, qui venit quærere, & saluum facere quod perierat. Sed quomodo perdit vos Dei filius? quia (inquiunt) propter eum quotidie conciliabula facimus, & conuenticula super eum, propter ipsum tempestas schismatum in nos desæuit, vnus sic, alius sic de ipso loquitur. Quidam dicebant, Dæmonium habet. Alij vero econtrario respondebant, Eius verba non sum dæmonium habentis. Alijs dicunt, Non est hic homo a Deo, qui sabbata nõ custodit. Alij vero aiunt, Si non esset a Deo, non posset facere quicquam. Alij aũt proferunt, Scimus quia hic homo peccator est. Alij autem respondent, Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? & scisma erat inter eos quia pars altera damnat alteram, & medium bonũ inquirentes concludebant dicentes, Tormento & contumelia interrogemus eum, quia si filius Dei est, liberet eũ si vult. Ecce quõ perditi erant, & scandalum accipiebant in Christo, quem rogant, vt materiã scandali auferat

Christus est holocaustum.

Schisma Iudæorũ perdidit eos.

Ioan. 9.

rat dicentes. Si tu es Christus, dic nobis palam, ne mala viuamus conscientia. Tu forte iudicabis æquam petitionem eorum. Sed, oro, audias deceptionem, qua Christum volebant capere in sermone. Intentio eorum erat, eum perdere & mactare. Hoc autem nisi per sententiam Pilati nõ poterant, quia Romani sibi reseruarant criminale iudicium. Hoc iudicio Christum ipse non damnaret, nisi propter homicidiũ, aut crimen læsæ maiestatis, nam si eum accusarent, vti falsum prophetam, aut quia filium Dei se fecit. Pilatus diis multis deditus, nullam faceret difficultatem in eo quòd visis miraculis eius esset Iesus filius Iouis aut Martis. Ideo nolunt audire Iudæi a Iesu, nisi an sit Christus, idest vnctus in regem super populũ Iudæorũ, & omnem mundũ, quia de Messia scribitur: Regnabit rex, & sapiens erit, & faciet iudicium, & iustitiam in terra. Cum ergo videretur Iudæis facile probandum, quod regnum Messiæ deberet Romanorũ regnum conterere, volunt ab eo extorquere an ipse fuerit secrete vnctus a Deo, sicut olim Dauid secrete fuerat vnctus vt regnum Saulis acciperet, tamen Christus non de rege, sed de pastore respondit, ne possint accusare, sed accusari coram patre. Ecce fratres mucipulam Iudæorum, qui volunt a Christo scire veritatem, vt eam accusent, scire an sit Christus, vt eum inuadant securius & certius, nam ideo aiunt Dic nobis palam, quasi dicant. Sæpe audiuimus hoc secrete a te dictum, & per ænigmata, nunc autem gloriosius erit tibi, palam illud asserere, vt omnes ad festum hoc venientes gaudeant. Alium sensum etiam literaliter habet interrogatio Iudæorum, vt notat August. & Thomas sup Ioannẽ q.a dum aiunt, Vsquequo animas nostras tollis? volunt dicere, Vsquequo tenebis nos suspẽsos in dubio cruciatos? nescis ꝙ spes quæ differtur, affligit animã? hic prius notare debemus vim, & energiã verborũ Christi, de qua missi ad capiendum eũ, audito sermone dixerũt, Nunquã sic locutus est homo,

Ioan. 10.

mo;nã loquebāt nō vt Scribæ,sed quasi potestatem habens. Secūdo eius sermo erat viuus & efficax medullas cordiū penetrans plusquã gladius acutus, qm̄ scriptum est Spiritu oris sui interficiet impiū Erat ergo sermo viuus,q a in eius fonte.s.verbi æterni bulliebat. Sicut differt fides mortua a fide viua, sic differt sermo noster a sermone Christi.Tertio aūt q a erat opere & virtute firmatus,vnde Pau.Portansque oĩa, verbo virtutis suę purgationē peccatorū faciēs. Nā verba eius sicut facula ardebãt.Quarto ēt quia gratia plenus erat,ei.n.dicit. Diffusa est gratia in labijs tuis,ad alios, nō tñ ad oēs,sed ad eos,q gratiæ capaces erant, q in māsuetudine suscipiebāt insitū,cordi verbū Christi, potēs saluare animas eorū.Cū aūt æmuli Christi ad gratiã non essent apti, recipiebāt eius sermonē,vt eos cruciaret, iuxta illud.Verba sapientum sicut claui in altū defixi. Sentiētes aūt p stimulos cōscientiæ veritatē sermonis Christi,& nō assentiētes,ei cōqueruntur di.Vsquequo animas nostras tollis? Aug. exponēs illud, Diliges Dominū Deum tuū ex toto corde tuo.& ex tota aĩa tua, dicit cor p voluntate capi,animã vero pro intellectu.Vnde dū aiunt, vsquequo animã nostrã tollis? volunt dicere.Cur tollis solum modo intellectū nostrū, quē sermoni tuo facis assentire,& nō tollis cor i.voluntatē,vt uolūtarie assentiamus hæc est magna quæstio,in qua quærūt, Cur Deus non cōuincit eorū uoluntatē sicut in remorsu cōsciētię conuincit eorū intellectū.ut(& si nolēs) assentiat. Hic prius aduerte ꝙ intellectus est agens naturale, & ideo naturaliter potest conuinci,uoluntas aūt est agens liberum, & nō pōt cogi.Vnde nec Dei pōt fortitudo cogere uoluntatē,nã Dei potentia fuit super Pharaonē & Aegyptū, non potuit tñ emolliri cor eius durū. Et ratio est, quia & si cætera Deus absolute possit, te sine te saluare nequit.A cæteris rebus nō captat cōsensum, ut creētur, a te aūt uelle petit ut salueris,ideo in hoc opere alligauit potētiã suã tibi. Nec Dei sapiētia sufficit aĩam impij iustificare,

Energia viua uoce Christi.

Quæstio liberi arbitrii.

Vide Scotum in 4. d.49. ubi tenet ꝙ uoluntas non pōt cogi, sed necessitari a Deo potest.

ſtificare,ſi ipſe non vult.quoniam ſi poſſet, nonne per tot euangelica,epiſtolas & ſermones iam feciſſet,& Hieruſalem vbi Dei ſapientia prædicauit conuerſa fuiſſet? ſola ſpiritusſancti bonitas dulcis. poteſt rebelles ſaluare,non potentia,ſed arte dulcedinis ſuæ. Si nos inuitaret blanditijs, diceret: In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te, allexi te miſerans tui. Attraxi(inquit) te ſcilicet dulcedine gratiæ meæ. Quare ergo animam noſtram tolli intellectum cogens,& non voluntatem? Duplex eſt reſponſio.prior, quia mecum (qui illumino omnem hominem)eſt intellectum hominis docere veſtrum autem eſt piam apponere affectionem, alioquin fides veſtra nihil valeret. Vnde Aug ait: Cætera poteſt homo nolens,credere autem non niſi volens. Ad cætera poteſt homo cogi,non autem ad fidem.Secundo autem ſi adhuc dicitis quòd Adam aliquam vobis dulcedinem,vt attracti credatis,hoc pertinet ad ſpiritusſancti attributum, & in hunc peccatis, quia peccatum in ſpiritumſanctum eſt repugnare per voluntatem veritati agnitæ per intellectum. Vos clauditis viam veniæ, dum agnitam veritatem impugnatis. Pone exemplum in illo,qui obſeſſus ab inimicis habet bombardam, & plures vias,quibus eam poteſt emittere,inter quas, per vnam tantum ei poteſt auxiliū venire,& per hanc emiſit bombardam ſuam.Iam iſte omnino caret remedio, ſic Iudæi à diabolo circundati, quibus nec pater nec filius ſubueniūt,cum autem ſpiritusſanctus eis poſſit ſubuenire, peccant in eum per malitiam, ne ſit eis via veniæ.Tollet ergo animas veſtras,& damnabit eas, donec vos tollatis ab eis,& damnetis hoc peccatum quo ſpiritui ſancto reſiſtitis.

Quam dificilis eſt duri cōuerſio

Moraliter.

HIeroſolyma interpretatur viſio conſummata,quę cauſare ſolet quietem, & eſt finis quadrageſimæ, quem

quem iam præmanibus habemus, vt quietius dicamus, Omnis consummationis vidi finem. Nam si principium est plusquam dimidium, & etiam plusquam dimidium quadragesimæ transactum est, & parum quod superest pro nihilo reputatur, bene liquet, q̄ est nobis visio consummata. Sed in hac visione facta sunt encœnia, id est, nouitates. nam & si quadragesima est iam fere consummata, circa plures non est incepta. Consummata & non incepta est nouitas inaudita. Quomodo incepit quadragesimam, qui huc vsq; non ieiunauit? q̄uo incepit quadragesimā, qui huc vsq; carnes comedit? Sed dices forsitan: Pisces mihi nocent. Ad hoc facta est quadragesima, vt iuuenes doment carnem suam, ne spiritui contraueniat. Quomodo incepit quadragesimā qui hactenus carnaliter vixit? nam ecclesia hoc tempore nuptias prohibet, tu autem liberius adulterio indulges. Quomodo incepit quadragesimam qui de pœnitētia nō cogitauit? quomodo incepit quadragesimā qui aliena nō restituit, nec proximo famam, cum hæc debeant præcedere confessionem, reiecta concubina? Ecce igitur quomodo est quadragesima finita & non incepta, quod est magna nouitas, quæ vocatur implicatio cōtradictionis, Sed quare nō est incepta? quia vt sequitur, hyems erat. Ecce alia nouitas. Et quomodo hyems esse ibi pōt, cum dicatur: Deus cuius ignis est in Sion, & caminus in Hierusalem? Hyems, inquit, erat ideo non fuit incepta quia scriptum est. Propter frigus piger arare noluit. Frigus aīæ impedit operationē, qm̄ vult, & nō vult piger. Vult quadragesimæ tempus, & non mores eius, est sicut catus de quo dicit Lyra q̄ est piscium cupidus, & media nocte lucente luna vadit ad ripam, & videns pisces saltare, manū suā extendit, & reducit ad se, vacuam tamen quia non audet intrare flumen, ne madefiat. Sic peccator dicit, Ego pisces desidero, tamen vanè manum extendit ad illos dum nullum capit, nec ad os suum aptat, quia timet ne infrigidetur, & aqua munda lauetur

Quadragesima finita, sed non incepta.

Piger est catus.

à luxuria corpus suum. Nunc duo videamus, scilicet quam mala sit tepiditas & cur in quadragesima regnat cũ sit tempus feruoris. Tepiditas in anima, facit quod hyems in campo. Nam hyems non sinit cãpũ arbores & herbas renouari, & sic dum tempore hoc mundus renouatur, cur anima tua non renouatur ad pœnitentiam, nisi quia tepidus es? si coluber hoc tempore renouat pellem suam, cur nõ tu exuis veterem hominem cu actibus suis, nisi quia tepidus es? si aquila rostrũ ad petrã renouat, cur tu nõ immutas os tum in confessione nisi quia tepidus es? si accipiter mutat pennas suas, cur tu nõ renouas tua desideria, nisi quia tepidus es? si oue Marlio renouatur deposita lana, cur tu non deponis blanditias tuas, nisi quia tepidus es? Et quare tepidi estis hoc salutari tempore, cum dem vobis quotidie ignem ad deuorandum? nonne verba Dei sunt ignis purificans corda nostra? scriptũ est.n.in dextera eius ignea lex. In dextra est lex Dei q̃a duces & ponet nos cum ouibus à dextris iudicis, vt audiamus: Venite benedicti. Per totum annum tepidi ea quæ à sinistris erũt, quæritis, nũc autem ignea lex Dei vos docet quærere patris dextram, vbi est Christus noster. Sed cur ignem deuorando adhuc estis in hyeme vestro, nisi q̃a vt arbitror euenit vobis sicut illis, qui absconderunt ante captiuitatem, ignem sanctum templi in puteo alto & sicco vallis Iosaphat, & post requirentes eum non inuenerunt ignem, sed aquam crassam. Ignis Dei absconditur in puteo, quando verba eius referimus ad temporalia, quæ spiritum deijciũt. Prædico tibi, vt restituas, & respondis. Præterito paschate perdidit centum aureos proximo lucrabor eos, & sic restituam deperdita. Prædico tibi amorem Dei, tu vero respondes: Adamabo imaginem eius viuam, circum ornatam, quæ est velut similitudo tẽpli, inter cuius pectora ego suspiria mea & amorem offero Sic animalis homo ignẽ Dei sepelit, vt captiuetur, postea vero reperiet aqua crassam pœnarũ inferni, quãdo

Trepiditas mala

2.Mac.1.

Trepiditas erit ardor inferni.

Deus

Deus venerit iudicaturus in vallem Iosaphat, & ligna cum illa aspersa ardebunt vsque ad inferni nouissima, vnde ibidem sequitur. Tempus affluit, quo sol refulsit, qui prius erat in nubilo, & accensus est ignis magnus, ita vt omnes mirarentur. In nubilo misecordię absconditus est sol iustitiæ nunc, tamen quando voluerit accendere tepiditatem nostram igne sulphureo, tunc refulget ardoribus æternis. Tepiditas nostra Deum abiicit nunc, & eum extra detinet, vnde sequitur in euangelio, Ambulabat Iesus in tēplo in porticu Salomonis. Nōdum intrarat interiora, tepidi enim minime occurrunt ei nec dicunt Christo, Ingredere benedicte Domini, quid foris stas? immo ipse in porticu Salomonis, id est, in memoria nostra, quæ est porticus intellectus, vt intretur ad voluntatem, conqueritur dicens animæ tepidę, Aperi mihi soror mea, quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium. Et sequitur, Surrexi, vt aperirem dilecto meo, at ille declinauerat, atque transierat. Nec dubium quin propter tepiditatem, qua eum detinuerat. Aperi, inquit, mihi cor per consensum, viscera per deuotionem, os per confessionem, manum per subuētionem. Quia, inquit, caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium. Super hoc ait glos. ord. caput meum. i. fides mea, & amor mei in cordibus eorū excæcatis, amore terrenorum refrixit, & quasi prorsus defecit. Cincinni, i. amor proximorum, qui sunt mei capilli capiti adhęrentes sunt pleni guttis noctiū. i. patiuntur graue frigus persecutionis tenebrosorū. i. erga me sūt infideles, & proximos persequuntur. Hęc ibi de tepiditate nostra, qua Christum detinemus, vnde sequitur in euang. Circondederunt ergo eum Iudęi, & dixerunt ei, Vsquequo animas nostras tollis? circundat Christū, qui ei non dat locū amplioris profectus, & quasi inuictus patitur exercitia pietatis. s. quadragesimā, & ieiuniū, & tot sermones, ac reliqua q̄ in isto sacro t pe mater eccle

Cant. 5. Aperias Deo tuo.

ſia nobis ingerit vnde peccator impatiens ait : Vſque-quo animas noſtras tollis? id eſt, obligas, vt teneamur ad iſta pœnalia? ſi tu es Chriſtus, quia tu es Chriſtus.i. vnctus blandus & mitis, dic nobis palam. Cum Deum prædictis miſericordem, cum palam videamus in hoc tempore iuſtitiã eius, qua diebus 40. tenet animas noſtras in ieiunio & fletu cæteriſque huiuſmodi? palam videmus iuſtitiam qua pro toto anno punit nos nunc, tamen cupimus eum miſericordia vnctum, quia nunc homo auſterus eſt, dum rationem vitæ retroactæ exigit in confeſſione, & alia pœnalia. Hic reſpondendum eſſet, quomodo in quadrageſima eſt tempus qualiſcunque iuſtitiæ, nam Scotus in 4.d.14. pœnitentiam vocat iuſtitiam, vbi peccator eſt reus, & accuſator &c. vide ibi. Vos autem vultis quod iuſtitia non oſtendatur, ſed vnctio miſericordiæ, ego autem dico quod Ieſus non erit Chriſtus, niſi eis quibus prius fuit auſterus, vnde ſcriptum eſt: Miſericordiæ ſuperexaltat iudicium. Non poſſet oſtendi valor miſericordiæ, niſi ſuper iudiciũ veniret. Nam ob id etiam dicitur: Duo hæc audiui, quia poteſtas Dei eſt, & tibi Domine miſericordia. Prior eſt poteſtas iuſtitiæ, poſterior autem miſericordia. Per priorem poſterior dignoſcitur. vnde ſi Deus illico Adæ pepercíſſet, nec eius iuſtitia, nec eius miſericordia eſſet nota, & eius comminatio de morte ei facta inueniretur mendax, & homo ipſe fieret deterior propter impunitatem. ideo enim dicitur, Filii hominum abſque vllo timore perpetrant mala, eo quòd nõ cito profertur contra impios ſententia. Vnde prior eſt neceſſaria iuſtitia, nam ideo dicitur de Dauid, Menſus eſt autem duos funiculos, vnum ad occidendum, & vnum ad viuificandum. Prius habet ad occidendum funiculum vnum, quo iſto tempore animas tollit. Sed vſquequo? reſpondebo vobis quod vſque ad paſcha, tunc palam oſtendet ſe Chriſtum.i. vnctum omni miſericordia, quando ſe ſuis aperte oſtẽdet,

Miſericordia præ requirit iuſtitiam.

Neceſſaria eſt iuſtitia.

1. Reg. 8.

det, vſque dum mittat vnus manum ſuam in viſcera miſericordiæ ſuæ.

De Magdalena peccatrice & amatrice.

IN illo tempore, Rogabat Ieſum quidam Phariſæus vt man ducaret. &c.

Sermo quinquageſimusſeptimus.

THEMA.

Ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, dilexit multum. Luc. 7.

Inuocatio ad matrem pulchræ dilectionis.

SI mulier quæ erat in ciuitate peccatrix tantum dilexit, quantum diligeret virgo quem genuit, & adorauit ego inquit mater pulchræ dilectionis. Ego mater pulchri amoris. Ille amor iure dicitur pulcher, quem nullum peccatum præceſſit. Vnde Maria pulchrum habet amorem, quia pulchritudo & decor indumentum eius, byſſus & purpura veſtes illius. Nonne etiam eſt pulcher amor ex quo ipſa pulchritudo proceſſit? egredietur, inquit Eſaias virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet. Virga eſt Maria cuius radix amor eſt, vnde Ieſſe interpretatur incendium.ſ.amoris ob quem meruit filiium Dei producere. Filius dicitur a φίλος Græcè, quod interpretatur amor (vt notat Perottus) ꝙ omnium conſtantiſſimus ſit amor parentum in filios. Eſt ergo Maria mater pulchræ dilectionis, non ſolum propterea ꝙ eius dilectio eſt ab omni fœditate peccati remotiſſima, ſed quia nobis peperit pulchrã dilectionem Dei patris, qui gratificauit nos in dilecto fi- Eccle. 25.

lio suo, propter quem Maria nobis quotidie spiritus sãcti gratiam obtinet dum ei genibus flexis offerimus, Aue. De duobus agitur in euangelio præsenti: de peccato, quo hæc peccatrix famam obtinuit in Hierusalem sicut Barrabas insignis latro, agitur etiam de amore, quo in ciuitate ecclesiæ principatum obtinet amoris, nam sola hæc laudatur à Christo, quia dilexit multum De his ergo duobus agam.

Diuisio. Prior pars. Beatus Lucas, non vt vituperet hanc fœminam, vocat eam peccatricem loco nominis proprii, quia hic eius proprium nomen omnino tacuit, sed vt Christi misericordiam nobis insinuet, quæ mensuratur per nostram miseriam, ait enim Paul. vbi abundauit delictum, superabundauit, & gratia. iam ergo non ut notemus hanc fœminam, debemus eius delicta explorare, sed vt Christi gratia magnificetur. Nam sicut p Dei iustitiam induratis est iuxta qualitatem delicti plagarum modus, sic iam conuersis iuxta culpæ miseriam exhibetur misericordia. Vnde Beatus Dauid in Psal. 50. misericordiam postulat magnam, quia magnum luxuriæ delictum commisit. Quantum autem peccauerit hæc peccatrix non potuit Lucas melius ostendere nisi vocando eam mulierem peccatricem, & tacendo eius nomen proprium, vt ex hoc innueret, quod ei erat ita proprium peccare. vt quasi ab excellentiori fieret eius denominatio, & prædominante vocaretur. Nã dum quis plura officiorum aut dignitatum habet nomina, vocari, & nominari solet nomine magis noto, & magis sibi dilecto, cum ergo hæc nimium affectaret peccatum, & palam sicut Sodoma peccatum suum prædicaret, nulla fit ei iniuria, si vocetur peccatrix quoniam & ciuitas non alio nomine nouerat eam. Sed quoniam Lucas eam dicit in ciuitate peccatricem, nunquid alia peccatrix non erat ibi? nonne hæc est ciuitas sanguinum, vbi totius peccati malitia inundabat? vbi erit abundantia panis, & ocium, & impune,

Rom. 5.

Iustitia & misericordia sunt peccato æquales.

Peccatrix ẽ Magdalena.

ne, peccabatur, quomodo ergo hæc ſola mulier ibi pec catrix erat? non dicit Lucas eam ſolam, ſed fuiſſe in ciuitate aliis ſcilicet peccatricibus ſuperiorem, ſicut dum inter campanis eſt aliqua nimium eminentior, quę pro magnis rebus pulſatur, vtpote in victoriis, aut coronatione regis, aut morte principis. Tunc dicitur: ecce pulſatur campana, ecce pulſatur. Nonne quotidie pulſantur campanæ? non certe vt illa, quæ antonomatice ſibi nomen vendicat, ſic ſane hac vocatur peccatrix in ciuitate, quia & ſi totam vrbem percurras nullam inuenies plus iactanter, plus petulanter, plus pertinaciter, plus irremediabiliter peccantem. Eſt ergo hæc princeps inter peccatrices, ſed iſte principatus peccatorum poteſt bifariam conſiderari, primo in præludiis peccati carnalis, ſecundo in ipſo peccati opere, Alii peccant plus in primo. alii plus in ſecundo. Pauperes, quia non habent ad ſplendida conuiuia exhibenda concubinis, nec ad veſtes ſerricas, nec ad inceſſum per ortos, pompatice ſolummodo peccant in actu, omittendo præludia hęc, nam ſunt alia, ſcilicet oſcula & tactus, in quibus aliqui plus peccant, quam in coitu. Diuites autem in omnibus præludiis plus peccāt & etiam in actu ipſo. Hæc autem mulier quia diues erat, & manum ſubduxerat ferulę, iuuenumque fauorem habuit plurimum in præludiis ſupra modum peccauit, & etiam in ipſis actibus vltra quam dici poteſt, quoniam ab ea eiecerat Dominus 7. dæmonia id eſt, omnia vitia, Iam ergo quia Lucas remiſit nos ad ciuitatem, oportet eam percurrere & ſcire in qua claſſe principatum teneat hæc peccatrix. Reperies in magna ciuitate quintuplicem claſſem malarum mulierum. In prima claſſe ſunt ſcortatrices, quæ manere ſolēt in domo communi extra ciuitatem quaſi reiectæ in ſterquiliniū ſunt enim vt ſtercus terræ, quæ vt ait Auguſt. venalem habent turpitudinem, ſemper ſunt in peccato mortali damnantes animas hominum, quæ contra legem Dei viuunt,

Duplum carnis peccatum.

Mulier ſcortatrix eſt in prima claſse

uiuunt,ait enim Deus, Non erit meretrix de filiabu
Deut.2,3. Israel,nec scortator de filiis Israel.Non offeres merce
prostibuli,nec pretium canis in domo Domini, qu
abnminatio est vtrunque apud Deum. Deus qui pil
caprarum sibi volebat offerri , abominatur onichin
& aurum scortantium,quia contaminatum est per p
catum.Sed quare Deus hæc duo iunxit scilicet pretiu
canis & prostibuli,nisi vt ea pariter abominanda oste
deret? dicit autem Iosephus , quod hoc intelligitur d
Num.25. pretio,quod accipiebatur ab illis , qui locabant cane
venaticos,& custodes ouium ad imprægnationem c
nicularum,quod prohibetur offerri, eo quod erat tu
pe lucrum,sicut & de meretricio dictum est. Hæc Lyr
Hæc scortatrix est morte digna, quoniam scriptu
est . Ecce vnus de filiis Israel intrauit coram fratribu
suis ad scortum , quod cum vidisset Phinees surrex
de medio multitudinis,& arrepto pugione igressus e
post virum in lupanar , & perfodit ambos simul in l
cis genitalibus . Hunc Deus præmiauit, quia zelo i
terfecit scortantes , & dixit se placatum per Phine
Nunc intremus ciuitatem ad secundam classem,in qu
sunt mulieres fornicariæ iuuenculæ hinc inde seruie
Fornicariæ in secũda classe, tes,ac secrete in angulo domus fornicantes,paupert
enim cogit eas paternam domum egredi , vt seruia
alienis,interea tamen patiũtur aliquid mali , vt dicitu
de Cantaro,qui sæpe vadens ad fontem, dimittit ans
aut frontem. Sic etiam dicimus de viro , qui inter fœ
minas castus esse non potest, vnde Isido. in lib. de hon
sta conuersatione ait. Si vis a fornicatione esse tutu
esto a mulieribus corpore , & visitatione discretus, iu
ta serpentem,& proximus periculo diu illæsus non e
ris prope ignem inadustus non eris,ferreus sis, aliqu
do tamen dissolueris . Fugite igitur fratres mei for
Fuge fornicationem. nicationem,quoniam magna præsumptio est, si puta
tis inter fœminas non effici effœminatos. Quicun
que alium hostem poteris vincere inuendo in eum,to

mi-

minam vero non nisi eam fugiendo, vnde a visu etiam nostro voluit elongare illam, qui dixit. Qui viderit mulierem vsque corde suo. Hoc etiam peccatum morte punitur, nam iudex Iudas. dum audisset, quia fornicata est Thamar, dixit. Producite eam, vt comburatur. Ipsa vero deceperat eundem, signumq; ab eo receperat quo liberauit se, dato fornicatore, qui dixit eam iustiorem se, nam per sententiam Iudæ, ambo deberent comburi, sed quia ille iudex erat, & adulter, mitius actũ est, In tertia classe sunt adulteræ fœminæ, quę dimisso fœdere & rupta fide matrimonii concumbunt cum alio vi ro. Propter adulterium in lege veteri & noua matrimonium dirimitur, aut dirimi potest, quoad thorum, & cohabitationem. Propter solam suspitionem erat in lege veteri constitutum sacrificiũ zelotipæ, vbi graui periculo exponebatur adultera. Denique huiusmodi lex Moysi lapidare iussit, quam legem Christus frangere noluit sed qualitatem ministrorum adsignauit dicens. Si quis vestrum sine peccato est, primus in eam lapidem mittat. Quasi dicat, vos adulteri estis, lapidibus digni, a vobis ipsis incipite. In adulterio tria præcepta dei contemnis, primum est illud, non concupisces vxorem proximi tui. secundum autem est illud, non mechaberis, tertium est illud, non furtum facies, nam corpus vxoris est viri sui, in eius potestatem translatum per contractus matrimonii, Vnde iustus meretur adulterium mortẽ, quam furtum. In quatta sunt classe virginee deceptæ, quas homines fallunt promittẽtes, ꝙ eas in vxores ducent, & habita copula expellunt eas, vt Amon expulit Thamar ab eo corruptam. Hanc peccatricem non iussit deus lapidari, quia præsumitur decepta. Nec deceptor iubetur lapidari, vt virgini, quam decepit satisfaciat, vnde ait Deus: Si seduxerit quis virginem, nec dũ desponsatam, dormieritque cum ea, dotabit eam, & habebit eam vxorem. Alibi additur, quod det patri puellæ 50. siclos argenti, & habebit eam vxorem, nec pote-

Adulteriũ est in tertia claise. Nu. 5.

Virgines deceptæ in 4.

Deut. 22.

Virginē deceptā teneris ducere.

poterit eam dimittere, nec dare libellum repudii. Sed forte dices. Inueni eam mollem, facile mihi consensit imponitur tibi, vt in pœnam tuam eam accipias. Dices adhuc, Eſt turpis. Ideo datur tibi hæc pœna, vt eum ducas. Denique cum ſuis defectibus debes eam ferre. Teneris ergo eam ducere primo per legem veterem, ſecundo per legem naturæ, quia ſi quis alium decepit, tenetur deponere, ac delere deceptionem & ei ſatisfacere, tu virgini deceptæ non poteris ſatisfacere, niſi eam ducas, alioquin ipſa decipiet alium in re honeſta matrimonii, cuius diues ſuppellex eſt integritas puellæ. Iam ergo matrimonium eſt contractus corporum viri & fęminæ, vir exquirit virginitate. hanc ſi tu abſtuliſti, decepiſti nubentem. Tertio teneris lege iuris, quia verba de futuro cum copula de præſenti ſunt cauſa ſufficiens matrimonii, quia merito præſumitur quod tunc vis ratum habere promiſſum.

Matrimoniū qualiter fit.

Quartò teneris ratione ſacramenti, eſt enim ſacramentum matrimonium, ſi aliquando quis ad ſacramentum fictus accedat, tenetur fictionem deponere, & tunc recipiet gratiam. Ac ſi quis baptizetur ficte accedens, tenetur poſt modū deponere fictionē, & ea depoſita, recipit gratiam. Sic ad ſacramentum matrimonii accedens, tenetur deponere fictionem, ſi fictns acceſſit, vt recipiat gratiam, quam Sco. tenet ibi dari, ſi non ſit obex peccati mortalis. Quintò eam teneris accipere ac ducere per legem concilii, vt patet liber. 3. titul. 16. de adulterio & ſtupro, vbi rebellis iubetur in monaſterium recludi, & ſecundum Angelum, non poteſt abſolui deceptor niſi deceptam duxerit. Iam ergo ad vltimam claſſem deueniamus, vbi commorantur virgines deceptrices, quæ manere ſolent in Flandria aliquantulum annoſæ, & vagantur ex conuiuio in conuiuium, vt vendant fictam virginitatem ſuam, non totam ſed partem nā iſtarum oſculum, & ſi quis iuxta eam laſciuiet multo venditur pretio, conuictus eius ſtat gemmis & auro.

4. d 22.

Virgines deceptrices.

ro. Halitus eius nimis diligitur, ac si virginitatem spiret. Denique confricatio eius valet pro salute corporis etiam senis. Istæ virgines virginitatem suam venalem habent, non vna vice, sed quasi prælibando & gustando vendunt eam, ac si quis venderet nidorem, & fragrantiam caponis, dum pinguis assatur, & carnes eius non scinderet tibi. Istæ sunt deceptrices, quia iuuenes decipiunt, vt expendant cum eis opes suas. Tandem reperta opportunitate vel in orto vel inter ianuas aut lectos dat copiam sui, & virginem se mentitur, & fingit, quod vim patiatur, tacet tamen quia magnũ sperat præmiũ. Quæ talia faciunt, vocantur deceptrices, de quibus ait dominus. Simile est regnum cœlorum decẽ virginibus, quinq; autem ex eis erãt fatuæ. Et in quo differunt a prudentibus? quia dicunt: Lapades nostræ extinguntur. Nec mirum, quia erant vacuæ, nec aquam, nec oleum, ac per consequens, nec lumen habentes. Istæ virgines deceptrices dicuntur fatue actiuè, quia fatuos faciunt iuuenes. Harum lampas extinguitur, quia etiã noctu ad conuiuia currunt sedentes inter procos. Lampades autem sunt earum corpora, quia teste Pau. aliquando portamus thesaurum in vasis fictilibus, tamen tunc tpis vasa nimis custodiuntur. Vasa autem siue Lãpades harum non custodiuntur, quia nihil habent intus, nam per quinque sensus totum effluit, ideoque designantur quinario numero. Nec habẽt aquam munditiæ in intẽtatione, neq; oleum virginitatis in carne, neq; lumen famæ bonæ in conuersatione, vt illa de qua dicitur. Quã pulchra est casta generatio cum claritate. Si autem quęras a me in qua classe Magdalena erat, nil respondebo nisi hoc. Ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix. Totam ciuitatem videtur fœdasse, hinc inde currens, cæteras agebat in luxum & stultitiam. Vnde Petrus Rauennas ait. In ciuitate peccatrix, quia fama eius famam tangebat totius ciuitatis. Sic iam non peccatrix, sibi, sed ipsius ciuitatis facta fuerat ipsa peccatum. Virgines fatuæ.

Secunda pars. Nunc videre oportet quare tam ſtulta virgo auſ eſt mutare fortitudinem ſuam,omniaque in Dei amo rem conuertere, nam beatus Lucas, vt oſtenderet no bis diuinam occaſionem, quam habuit Magdalen Deum amandi,antequam de ipſa loqueretur præmiſ Chriſtum dixiſſe: Venit Ioannes Baptiſta neque man ducans panem,neque bibens vinum, & dicitis. Dæmo nium habet.Venit filius hominis manducans & bibēs & dicitis:Ecce homo deuorator bibens vinum amicu publicanorum,& peccatorum. Et iuſtificata eſt ſapien tia ab omnibus filijs ſuis. Intelligens Magdalena quo Chriſtus Dei ſapientia, vocabat filios ſuos peccator & publicanos ſibi iam adhærentes, quorum amicus d cebatur, decreuit ei adhærere, vt quemadmodum p mundi amorem facta eſt virgo fatua,per Chriſti amo rem fiat virgo prudens, ei totis viribus incumbens, t vt ipſemet amor Deus eam iuſtificet ſupra modum d cens: Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilex multum. Multa peccata eius vidimus. iam contem plamur qualiter dilexit multum. Dicit Marcus Chriſtus à Magdalena eiecit ſeptem dæmonia,non ce te ob aliud, niſi vt ei præſtaret ſpiritnm ſeptiformen qui dum eſſet ad Chriſti pedes in eam ſuperuenit,na ideo pedes Chriſti dicuntur ſimiles auricalco vel in camino ardenti. Quidnam per pedes niſi affectio nes deſignatur? nonne affectus Chriſti ſuper fuit, adhærentes affectibus fuis ſpiritum ſanctum accipe rent? multum quidem amorem concepit Maria a Chriſti pedes, quos deinceps tam frequenter viſitaba Recepit quidem loco ſeptem dæmoniorum ſpiritum amoris multum, ſcilicet ſeptiformem: ipſe enim ſpir tus Chriſti amor eſt, & primum quidem per ſpiritum timoris concipitur,& datur,& cuſtoditur, atque nutr tur in anima. Amor dicitur ſingularis per ſpiritum ti moris,quoniam ſcriptum eſt: Timor Domini initi: d lectionis eius,timor autem Domini ſciæ religioſitas, iuſti-

Luc. 7.

Chriſtus eſt amic⁹ peccatorum.

Apoc. 1.

Amor ſingularis p ſpiritum timoris.

iustificabit, & custodiet cor sicut signũ vel sera arcam, vt præter Dominum nullum omnino amatorem admittat. Ecclesi. 1. Hunc timorem habet Maria, quæ ideo stat retro ante pedes Christi sui. Nam timet eius faciem, quæ respicit terram, & facit eam tremere. Ideo enim tunc orabat in corde suo: Auerte faciem tuam à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele. Chaldæ. sic habet: Amoue furorẽ tuũ à peccato meo, & cunctas iniquitates meas expugne. Cor mundum crea in me Deus &c. Et nota quod hic Psalmus cantatur contra luxuriam, qua Maria laborat. Per timorem ergo singularem amorem habet ad Christum: cæteros omittens, & coram eo nullum timens, non Pharisæum, non seruos eius, non temeraria iudicia vulgi &c. Per spiritum pietatis concipitur in Mariæ anima Dei amor integer: vnde 1. Ioan. 4. dicitur: Hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum diligat & fratrem suum, totus enim desiderabilis est & totus amabilis. Qui enim non diligit membra, quomodo potest diligere caput? & qui non diligit fratrem, quem videt, quomodo deũ, quem non videt potest diligere? hanc amoris pietatem habet Maria, sciens quia pietas ad omnia valet, nam cõsiderans quod quando peccatrix erat, integram ciuitatem scandalizarat, & ad peccatũ irritarat, nunc publicam & integram, vt notat Gregorius, agit penitẽtiam, vt omnes conuertat in melius, & agant similiter ipsi pęnitentiam cum illa, cum qua simul peccarant, Hic nota quod necessaria est pœnitentia publica peccato notorio, alioquin integre non satisfacis. Per spiritum sciẽtiæ concipitur in Mariæ anima Dei amor rationalis de quo dicitur in Canticis. Recti diligunt te, quia amor regis iudicium diligit, vnde ibidem dicitur? Ordinauit in me charitatem. Maria nunc ordinate incipit à Christi pedibus, deinde manus & caput habebit, & etiam totum, quia de suo Domino dicebat. Si tu sustulisti eum, dicito mihi, & ego eum tollam. Quare?

Psal. 50.

Amor integer per spiritum pietatis.

Amor rationalis per spiritum sciẽtiæ.

re? quia iam lucrata & mercata per ordinatum amo-
rem sum eum totum, & quia toto volo eum vngere.
Per spiritum fortitudinis concipitur in Mariæ anima
immortalis amor, nam scriptum est. Cantic. 4. fortis est
vt mors dilectio &c. immo fortior morte. Apoc. 12. nō
dilexerunt animas suas vsque ad mortem. Hunc im-
mortalem amorem habet Maria, quæ vt notat Orige.
post conuersionem nullum nisi Christum respexit in
faciem. Hæc quæ semel incipiens semper amauit,
ideo meruit resurrectionem nunciare, post quam mors
non erit vltra. Vnde Bernard. ait. Sine vllo interua-
lo iunguntur lacrymæ peccatricis, & misericordia
Christi. Remittuntur peccata, & in pace dimittitur
vt nec de præterito sit solicita, & secura de futuro.
Non fuit canis reuersus ad vomitum, vt nos addentes
præuaricationem. Per spiritum concilij concipitur in
cius anima amor syncerus, nouerat enim quod nemo
potest duobus dominis seruire, Deo scilicet & mundo
quia vt dicit Iacob, amicitia huius mundi inimicitia e[st]
Deo: aut ergo vnum diliget, id est Deum, & alterum
contemnet, id est mundum. Ecce hodie Magdalena op[e-]
rata est consilio manuum suarum. O Magdalena bon[um]
reperisti consilium, quod & nos vtinam sequeremur
quod vtinam Pharisæus sequeretur, cui Christus dixit
Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non
dedisti. Gaudet Christus dum erga pedes suos sol[li-]
citi sumus, qui sunt misericordia & iudicium, nam
vt notat Bernard. periculosum est alterum pedem do-
mini sine altero morosius osculari. Vide allegorias bi-
bliæ super 7. c. Luc. Per spiritum intellectus datur Ma-
riæ amor secretus, quoniam vt dicitur Prouerb. 25.
Gloria Dei est celare verbum, & gloria regum inuesti-
gare sermones, vnde qui fidelis est celat amic. comis-
sum, & dicit. Secretum meum mihi, secretum meum
mihi, quoniam dilectus meus mihi, & ego illi. Hunc se-
cretum amorem Maria per oscula pedum Christi ha-
bui[t],

Amor durans per spiritum fortem.

Amor syncerus per spiritum consilii.

Amor secretus per spiritū intellectus.

buit quem nemo ſcit niſi qui accipit. Ex hoc amore acquiſito per oſcula euenit Mariæ, vt poſtea dum prędicaret Chriſtum, audiret, Fauus diſtillans labia tua, mel & lac ſub lingua tua. ſ. abſcondita ſunt. Hoc Marię ſecretum Chriſtus nouerat, ideo ſua pœnitentia non oportuit niſi conteri, & ſatisfacere, quę oſculum pedū Chriſti fuit ſecreta confeſſio amoris. Per ſpiritum ſapientię datur Marię amor perfectus, de quo dicitur: Perfecta charitas foras mittit timorem. Perfecta vero illa eſt ſimpliciter, quę creſcere non poteſt, & cui addi amplius non poteſt. Hęc eſt iuſtitia, quam eſurire poſſumus con ſequi nō valemus. In acquiſitione huius Maria ad mortem vſque laborauit, quoniam & in die pentecoſtes recepit incrementum. Ecce igitur fratres quomodo hęc quę fuit in peccatricibus potior, iam eſt in amatricibus ſanctis ardentior, quia per totum vitę curſum claſſes amantium Deum agens & adhortans filias Hieruſalem, hortabatur ad lacrymas in paſſione Chriſti, & eaſdem excitauit, vt in die reſurrectionis Dominum quęrerent vngendum. Ceteris ceſſantibus ipſa ardentius quęſiuit mortuum, & meruit prior viuum reperire, & eundem ceteris nunciare, cui & nunc, vt ait ſanctus Tho. propinquius multis virginibus ſedet in gloria, quam mihi &c.

Amor perfectus per ſpiritum ſapiētiæ.

Feriæ ſextæ poſt dominicam in paſſione, vbi agitur feſtum trāsfixionis beatæ Mariæ.

Sermo quinquageſimusoctauus.

THEMA

Stabat iuxta crucem mater eius. Ioan. 19.

Inuocatio ad virginem quæ habet clauem gratiæ ſcilicet crucem.

Tam obſeſſus erat Dominus Ieſus in cruce, ut non ſolum beatam virginem, ſed quam plures alios

credendum est fuisse iuxta crucem eius, sed vbicunque fuissent peccatores longe ab eis salus erat,& ipsi longe à salute Iesu. Maria autem semper iuxta crucem fuit maxime in Golgotha, & ideo Ioannes de illo tempore signanter fecit mentionem nobis ingerens dolorē huius propinquitatis, pater autem æternus vt nobis adaperiat, quam difficulter tunc totum crucis pondus venit super Mariam dicit: Dabo clauem Dauid super humerum eius. Noster Dauid manu fortis est Christus cruce appensus, imo & crux ei appensa est, clauis etenim apodiari solet ligno vitæ, Christus est appodiata crux, ne perderetur, aut caderet. Ideoque iuste dicitur, clauis Dauid, qua & latroni & nobis cœlum aperuit, sed speciali prærogatiua super humerū Mariæ datur, quia non faciliter baiulatur, nec facile portatur, alioquin Sapiens minime diceret: Subijce humerum tuum, & porta illam, sed attendite fratres, quia & si cuilibet Christiano per Christum data est crux, & non sit Christo dignus, quia eius caruerit cruce, nos eam ad singulum deferimus appensam, vix eam manibus operū tenemus, sed versus terram directam pro terrenis & non pro cœlestibus multa patientes. Maria vero sciens quod clauis hæc cœlestis est, eam habet in humero ad cœlum dirigit passionem suam, de infimis non curat, quoniā crux mali latronis est quicquid patitur pro mūdo peccator, & talis passio clauis inferni est., ideoque martyr diaboli dicitur talis, væ autem illis qui adhuc portant crucem Adæ ex ligno vetito factam, nos autem oculum habeamus ad Mariam, nam vt irritaret nos dixit Deus eam habere clauem scilicet gratiæ. Thesaurus gratiæ & thesaurus gloriæ eadem aperitur claue, quoniam ab eodē proueniunt principio, Christus tamen ista claue aperit gloriam. Maria autem gratiam per eandem ostendit, atque confert, quam vt assequi valeamus, ei præsentemus. Aue Maria.

Maria clauem gratiæ habet q̃ est crux.

Magna clauis ligatur baculo.

Argumentum dicendorum.

QVid opus fuit ò beate Ioãnes nobis dicere, quod mater Iesu erat iuxta crucem eius? nam si quando Iesus vocatus est ad nuptias, erat mater Iesu ibi nõ vocata, sed vt filio frueretũ prouocata, pari forma (ẽt Ioanne non referente) crederemus, qđ & si ad crucẽ minime vocaretur veniret tamen, & si non veniret corpore, mente pergeret ad videndum, & vbicunque esset, etiam si cruci non astaret, pateretur cum filio, sicut velum templi quod longe existens sensit diuisionem animæ & corporis Christi, & sic diuisum est pariter, attendite fratres mysterium, nam Dominus Iesus sciens quæ possent euenire matri, voluit eam sibi præsentari, & coram se habere ne subito moreretur audiẽs pignoris mortem, sicut mortuus est Heli dum audit captam esse arcam Domini, ergo voluit nobis innuere Ioannes ꝙ mater Dei non parum iuuatur, dum cruci adheret, nam exiguo ligno crucis commisit animam suam, vt seruaretur in die mala pro nobis, q bus necessaria fuit. dedit ẽt tunc nobis exemplum, vt cruci adherentes simus, ne perdamus sustinentiam, vt possimus viuere. De triplici cruce agam in tribus sermonis partibus secundum allegoriam. Maria cruci adheres vt se iuuet. Diuisio.

Prima Iesu crux mirabilis est, quam ẽt angeli pacis adorant, nec simplex est, sed triplex, vt exemplariter in ecclesijs esse solet, vbi vna crux intus triplicatur ad ianuam, dum longiori ligno additur parti superiori vna crux, & parti mediæ altera, in fine autem additur tertia, ita vt una crux tres habeat cruces, quarum primam osculamur ecclesiã intrantes, nã alias non attingimus, quia tota hęc triplex crux est in altum defixa, tamen simul triplicem crucem adoramus. Iam ergo per hoc quod fit nunc, innuitur spiritualiter quod in primitiua ecclesia fiebat, & fit etiam in cœlo, ubi nũc est crux ista de qua loqui intendo. Ipse Dominus Iesus fratres charissimi, Par. 1. Triplex crux.

rissimi, ipse est crux triplicem habens crucem, quam triplicitur describam vobis, atq; sigillatim, prima Christi crux est ipsa diuinitas, nec miremini quod sublimen diuinitatem Christi vocem ego crucem, nã est crux quæ tãtummodo cruciat, & est crux quæ cruciat, & cruciatur ẽt patitur, & est crux quæ solum patitur, & non infert cruciatum, prima ergo crux est deitas Christi, quæ bonos & malos cruciat, & à nemine cruciatur, ipsa diuinitas Christi malos cruciat in futuro, qm̃ quidam dixit, crucior in hac flamma, & bonos in præsenti, nã ab ista recepit Lazarus mala in vita sua, & omne malũ pœnæ facit nunc erga bonos, vt postea eis velut Lazaro tribuat bona gloriæ, hæc beata crux totã humanitatẽ cruciabat in Christo, quia ipse dixit, baptismo habeo baptizari, & coarctor nimis donec compleam illum. Hæc nimia coarctatio fuit tanta cruciatio immissa aĩę Christi quanta diuina iustitia nouit peccatis totius mundi conuenire, nam Dñs Iesus pro omnibus pœnitentiã in anima sua fecit, tã abunde vt ẽt si non incurreret mortem crucis esset redemptor noster, quia in eo posuerat ipsa diuinitas iniquitatem omniũ nostrum, errat ergo qui dicit Christum in horto solummodo tristitiam sensisse, qm̃ prius fleuit, atque intus deferebat crucem: iuxta crucem ergo deitatis stabat Maria, quæ acrius eam cruciabat, nec miremini fratres, quod Maria crucietur à Deo filio suo, nam de more habet, vt quos amplius diliget, acrius cruciet, vt patet de Ioanne, quem diligebat Iesus, & eum ẽt ad crucem suam adduxit secum. iam ergo matrem suam charissimam Christus nimio afficiebat dolore, qm̃ ipse Ioannes qui hoc nouerat dixit, signum magnum apparuit in cœlo mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim, quæ in vtero habens cruciabatur vt pareret. Hæc visio de transfixione Mariæ ostensa est Ioanni, qui nunc matrem Dei vocat mulierem volens nobis ingerere teneritudinẽ cordis eius, & illud, mulier ecce filius

Prima crux.

Apoc. 12

Figura materni doloris cum gaudio.

filius tuus, hæc mulier fuit signum magnum in cœlo deitatis, ad quod Maria velut rapta erat stans iuxta crucem primam de qua diximus quod erat deitas filii, cui semper adstabat Maria, quæ ideo a dextris Christi velut regina describitur quasi in potioribus bonis filii persistens, hoc est in deitate, ad quam mente ascenderat seu trascenderat ibi non solum dicitur Maria signum, sed magnum, mirum quidem quod anima virginis tunc sic maximum gaudium & maxima tristitia, quæ naturaliter non se compatiuntur in eodem subiecto, tamen Dominus Gerson dicit in suo canticordo, Maria cecinit flendo cum flente Iesu, sicut gaudebat cum gaudente, præcipue tamen hoc insonuit tempore passionis benedicti filii sui, dum cum clamore valido & lacrymis orans exauditus est pro sua reuerentia, nihilo minus fuit eo tunc tã in filio quã in matre cũ cantico profundissimæ lamentationis canticũ altissimę exultationis. Hęc ille, quæ sine magno miraculo fieri non poterant, ideoq; dicitur signũ magnũ apparuisse cœlo. i. deitati hoc operanti in anima virginis. Huius doloris & lętitiæ exemplum est in Dauid, qui & obtinuit victoriã & occisi mortem flebat amarissime dicens, Absalon fili mi, fili mi Absalon, quis mihi det, ut pro te moriar? de victoria equidẽ lætabatur, de morte aũt filii tristis erat nimis, ita vt vellet se magis mori quàm illum, lætabatur iuxta crucem Maria propter victoriam sciens quo modo qui in ligno vincebat, in ligno vincebatur; atque nimis lęta erat super spolia Christi, distribuenda ab eo per sedilia cœli, vbi sancti patres collocandi erant, tamẽ vltra quàm dici potest dolebat mortem filii, ac maluisset ipsa cruci affigi, quàm eum cernere morientem, t[illegible] c ex vno fonte, ex vnoque aquę ductu Maria sugebat dulcem & amaram aquam, quæ non se temperabant, sicut nec in Christo, cuius anima etiam videns Deum dolebat nimium, contemplans in eo illatam offensam. Nunc aduertite, qualiter sit amicta sole, notitia

est lumen, quo intellectus videt, nam omne quod videtur, in lumine videtur, sicut triplex est lumen. s. stellarum & lunæ & solus, sic triplex est notitia rerum. s. terrenarũ & cœlestium, & super cœlestium. notitia rerum terrenarnm est velut lumen stellarum parum illuminans, notitia corporum cœlestium velut luna se diffundit amplius, notitia vero super cęlestium ac diuinorum est sol illuminans mirabiliter a montibus æternis. Iam ergo beata virgo clariori notitia perfunditur, quam circunfulsit non solum lumen medium, quod ponit Henricus sed supremum possibile creaturæ communicari, si enim, ut ait ille doctor, lumine medio, quod supra fidẽ ascendit, fruebantur sancti Prophetæ, quanto amplius beata virgo immersa debet credi lumine clariori: si ergo qui addit scientiam, addit laborem & dolorem, optime patet quantum virgo doluit, cum dicitur amicta sole, idest cœlesti notitia, qua sciebat eum, qui de cœlo descendit, super omnes ampliori vilipendio exaltari in cruce, Christus dixit ciuitati Hierusalem, quod si cognosceret, fleret. Maria autem, quia nimium agnouit, nimium fleuit, maxime iuxta crucem, vbi ampliora cognouit quam antea, sicut Iacob iuxta scalam, cui Dominus erat innixus, ante passionem dicit Richardus, quod beata virgo non credebat incarnationem, nam quid oportebat credere, quod experimento didicerat? sciebat ergo se concepisse Deum de Deo, & hæc solaris notitia nescio quid maiestatis habet in se, nam si homo parum sauctus daret totum mundũ, ut scire posset, an id quod sentit ex Deo sit an non, quantum putas existimasse Mariam suam solarem notitiam? hæc notitia creuit iuxta crucem, qñ obscuratus est sol naturalis, nam si legimus fidẽ grano sinapis cõparari, hoc ideo est, quia dum conteritur acrius, vim suam ostendit sic Mariæ fides dum iuxta crucem malleis percutitur, amplius crescit, nam ut ait Sene. multum sibi accrescit lacessita virtus, dum ergo cæteri fidem perdunt, fides Mariæ accreuit,

Triplex ẽ notitia

uit,sed quispiam dicet, quòd forte Maria iuxta crucē non erat intenta deitati Iesu in exterioribus plagis occupata,imò omnis attentio eius ad intus, ideo amicta sole perhibetur,qui omnem exclusit ex Maria obliuionem,aliquin non diceret Simeon, quòd eius anima significanter esset gladio verbi Dei perfodienda, nec diceret Ambrosius,quod Maria iuxta crucem plus expectabat mundi redemptionem quàm mortem filii, ex quo sequitur quod ibi,vt ait Ioan.altissime stabat maiora & potiora contemplans, ascendit ergo mentaliter vsque dum Deo soli se præsentaret, quemadmodum illa hospita Helisæi ascendit ad eum in montem Carmelum pro filio suo,& ibi in ea non erat trāsmutatio, nec vicissitudinis obumbratio, quia luna dicitur esse sub pedibus eius,propterea quòd mutatur ex hoc in illud, & infidelitatem aliquam denotat,quam omni ex parte calcat Maria quæ stellis coronatur duodenis, quia duodecim apostolos fidei acquisiuit,& qui ad iustitiā erudiunt multos quasi stellæ in perpetuas æternitates,nisi velis dicere quòd stellæ in ea fuerunt altissimæ cogitationes.Concluditnr ergo quòd sicut nullibi plus Deū Maria cognouit quàm iuxta crucem, sic nullibi acrius doluit,& sicut nullibi acrius doluit, sic nullibi plus cognouit Deum,quia vexatio vt ait Propheta dat intellectum auditui scilicet fidei, vnde recte subiungitur in præassumpta figura,in vtero habens cruciabatut ut pareret,virgo beata se nouit matrē omnium quos filius redimebat,Maria peperit Christum iuxta præsepium sine cruciatu, & nos iuxta crucem nimium cruciata, quoniam præbuimus ei laborem, ibi ergo in contemplatione agnouit se matrem electorum,& sicut Adam & Eua iuxta arborem delectabili ac suaui cibo nos perimunt,sic secundus Adam & secunda Eua iuxta crucem gustantes passionem felleam nos ad vitam genuerunt,quorum primus in regeneratione videtur esse Ioannes,cui dicitur,Ecce mater tua,non ergo possumus

Vu 4 enarrare

enarrare quam iuxta crucem deitatis ſtetit Maria, nec quantum ab ea fuerit perfoſſa, quoniam huius diuinę crucis ſubtilis eſt cruciatio pertingens vſque ad diuiſionem animę ac ſpiritus, quæ eo minus explicari valet, quo amplius ſentitur.

Secunda pars.

Secunda crux Chriſti eſt eius anima, quæ cruciat, & cruciatur, cruciat corpus ſanctum & cruciatur a deitate ſibi dolores immittente pro peccatis noſtris, cruciatur a malis, cruciatur a tenebrarum poteſtate, & a tribulationibus noſtris, quas nimium ſenſit, cruciabatq́; corpus proprium in ieiunio & nuditate. Maria vero etiam ſtat iuxta animam filii, erat enim illis cor unum & anima vna glutino immenſæ charitatis perlinita. Si anima Ionathę conglutinata eſt animæ Dauid amici ſui, quanto amplius hoc eſt credendum de Ieſu & Maria matre eius? hæ animæ figurantur in duobus Cherubin auro ductili fabricatis, in quorum manibus erat propitiatorium, & ſe motuo reſpiciebant verſis vultibus in propitiatorium expandentes alas ſuas circa eum, hic aduerte, quòd magis dolent vulnera illata ab amico quam ab inimico, quoniam ideo dicitur, his plagatus ſum in domo eorum qui diligunt me. q. d. propterea inferunt mihi cruciatum acriorem, ſentiens virgo Maria omnia quæ in Ieſu videbat tam dilecto ſuo acrius dolebat, non confuſe, ſed ſigillatim omnia perſenſit, nam quemadmodum eſt in Chriſto deita anima & caro ſic a tribus his transfixa eſt Maria in ſpiritu ſuo & in anima ſua & in corpore ſuo, de primo ipſamet ait, ſpiritus meus attenuabitur, dies mei breuiabuntur, & ſolū mihi ſupereſt ſepulchrum, o beata virgo quantum attenuatus fuit ſpiritus tuus maxime dum audiuit, in manus tuas Domine pater commendo ſpiritū meū, neſcio equidem an remanſerit in te vltra ſpiritus, qn̄ tuus Ieſus inclinato capite emiſit ſpiritum, vbi dies tuos turbidos atque triſtes concludi putaſti, ſi pro conſolatione ſpiritus contribulati ſupereſſet tibi ſepulchrū ſilii ad cōmorandum.

Animas Chriſti & Marię.

Sit crux pro pitiatorum.

dum. Spiritus ergo Mariæ qui super montana exultauerat, nunc super Caluariũ attenuatur ita vt fiat angelis portentum, quoniã mirati sunt dicentes, quæ est ista quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi? dum filius descendit in limbũ spiritus Mariæ ascẽdit ad patrẽ conquerens, cur desertus esset filius eius dixitq; ei, auertisti adiutoriũ gladii eius, & non es auxiliatus ei in bello virgulæ fumi cõparat̃ spiritus Mariæ, quia nũc thus & myrrha magorũ in eo sunt apposita passionum prunis, fumus aũt non charitatẽ, sed obscuritatẽ ac luctus nigredinem denotat in Maria, q̃ decolorauit sol obscuratus in Christi morte. Cũ ergo Mariæ anima vnione mirabili eadem fuerit cum anima Christi, sequitur q̃d omnino similia passa est, vnde si Christus in passione dicebat patri, anima mea sicut terra sine aqua tibi hoc idẽ Maria dicebat filio. Christus dixit in horto, tristis est anima mea vsque ad mortem, & est idem cum illo, Anima mea sine aqua tibi, terra sine aqua velut mortua est quia nihil viride habet in se, nihil agit, nihil generat sed tabescit in se, sic anima Christi tabescebat in horto, quæ antea hortus irriguus esse solebat, vbi erat fons parens, sed tantum siccat̃ in cruce, vt exclamãdo dicat, Sitio, quod audiens virgo dixit. Anima mea sicut terra sine aqua tibi. q. d. cur bibire a me petis, quoniã anima mea sicut terra sine aqua tibi, fons lætitiæ siccatus est, imò & fons lacrymarum, quia oculi mei lãguerũt, præ inopia, ex multo etenim fletu iam flere nõ poterat Maria, ideoq; filiũ inspiciens aiebat intra se, anima mea sicut terra sine aqua tibi, vel forte voluit dicere, anima mea sibi habet aquã cõsentaneã. s. lacrymarũ, tibi autẽo fili est velut terra sine aqua, quoniam in passione tua apparuit arida, repleta est malis anima mea, malis inquã tuis, sicut terra repletur hiatibus & scissuris tpe siccitatis, ne tu ægre feras o Maria qꝛ anima tua est sicut terra sine aqua, expecta parũ per q̃a maius his videbis malum, quando vnus militum dira lancea latus Christi

sti aperiet, vt exeat sanguis & aqua ad irrigandum animam tuam, tunc dicere non valebis, anima mea sicut terra sine aqua tibi, sed tunc dicere poteris, caput meũ plenum est rore, & capilli mei guttis noctium, propterea ꝙ apertum est ostium cordis filii mei. Videamus an aqua illa quæ ex latere Christi fluxit, fœcundauit animam Mariæ, quæ sicut terra sine aqua erat, terra sine aqua moritur, ac deficit, cum aqua iterum viuit, ac germinat, sic forte anima tua virgo fecit, quando aqua & sanguine Christi fit irrigua, non sic fratres non sic, nam aqua salsa, aqua amara & si terram madefaciat, atque irriget, non propterea fœcundatur, vt est videre in aqͣs Hierico salsis quæ terram sterilem reddebant, ideoque sanauit aquas illas Helisæus, ne campis noceret. Restat videre, an aqua quæ ex latere Christi fluxit dulcis fuerit an amara, prima fronte videtur dulcis ob sanguinem adiunctum, qui dulcis esse solet nam continuo, inquit euangelista, exiuit sanguis & aqua, ecce quomodo transiuit aqua per sanguinem, vt saltim a sanguine dulcis fieret, ob aliam causam magis intrinsecam arbitror aquam illam benedictam salsam & amaram fuisse nam ex nimio calore & adustione intensa sudor hominis est salsus, dum ergo in sanguine naturalis calor vigeat, ex illo videtur aqua illa salsedinem siue amaritudinem contraxisse, imo & sal ipse congelatur ex nimio calore solis, dum ergo dicit Christus, Aruit tanquã testa virtus mea adustum se perhibuit & siccum, ex nimia autem siccitate fit salsedo, ecce quomodo salsa videtur aqua illa, vnde anima virginis germinare non poterat, sed amplius deficere, ac submergi, ex nimia inundatione aliqñ labefacta est & corruit terra, & sic anima virginis ex aqua ista corruit, atque defecit, nam aqua illa transfixit animam virginis dicentis, intrauerunt aquę vsque ad animam meam, & etiam ait filio, omnes fluctus tuos induxisti super me, fluctus doloris & tristitiæ tuæ super me venerunt prosternere animam

Aqua lateris Christi an fuit amara.

ancil-

ancillæ tuæ. Ne timeas Maria, ne timeas, nec deficias, quanuis animam tuam pertransierit lanceus gladius, quoniam Christus dixit, ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, qui occidunt corpus filii tui, animam tuam non valent occidere, ne suffocare, quanuis silicem Christum bis percusserint, scilicet viuum & mortuum, nec ex ex eo quòd aqua illa fuerit amara deficias quoniam Helisæus etiam sale sanauit aquas Hierico, & cum sale dedit eis dulcedinem nimiam, sic vt campis aquæ dulcedinem suam conferrent, ut fructus dulces ferre valerent. Si scire cupitis fratres, ac sentire dulcedinem, quã tunc Maria suscepit, adũertite, quòd triplex est baptisma, scilicet flaminis, fluminis & sanguinis, primum baptisma recepit virgo, quando spiritussanctus superuenit in eam, ut filium Dei decentius conciperet, nunc autem iuxta crucem alia duo, scilicet fluminis & sanguinis dum aqua & sanguine Christi creditur baptizata existens iuxta crucem filii, si, vt ait August. ex Christi latere sacramenta fluxerunt liquide constat ex illo vim trahere nostrum baptisma, vnde nos in decursu lateris Christi baptizamur. Maria vero in ipso fonte, in ipso principio gratiam suam recipit ampliorem, baptisma sanuguinis recepitur, si quis suum sanguinem pro Christo effundat. Hunc Maria per martyrium reale non euertit, tamen plus eam credo meruisse quàm cæteri martyres, quando iuxta crucem Christi sanguinẽ euersum collegit integra fide ac nimia charitate, & hinc est, quòd nullus eorum qui aderant Christo crucifixo occubuit gladio, quoniam deuotione ac nimia compassione sunt cum eo pariter crucifixi, & maxime virgo beata, quòd innuere voluit Ioan. dum ait. Stabat iuxta crucem Iesu mate eius, passio Christi est gladius, quem prędixit Simeon pertransiturum animam ipsius Mariæ tamen non eo expressit locum gladii, an totus siue dimidius pertransire debuit, ac penetrare

Triplex mariæ baptisma.

trare animanm virginis, quod volens Ioānes explicare, dicit eam fuisse iuxta crucem, ac si dicat, sic se immersit Christi passioni, sic se obiecit ensi & gladio doloris, vt iuxta crucem eā reperire liceat, eam ex toto, eam totaliter transfixā, & confossam ostendens, gladius passionis parum ferit nos, parum penetrat animas nostras ensis Christi, nam solo cuspide nos pungit, nam Paulus solum stigmata Iesu portat, sed Mariam vsque ad crucem penetrauit, ideo non solum dixit Simeon transiuit, sed pertrāsiuit, ita vt nullus sit dolor Christi q̃ Mariam non percusserit, quia stabat iuxta crucē Iesu mater eius, quoniā quæ mater erat, alibi stare non debuit.

Tertia pars.

Tertia Christi crux fuit eius caro, propterea q̃ multiplicem cruciatum pertulit. Hæc dicitur crux solum passiue, non actiue, passionem habuit ac pertulit, non passionis actionem, quoniam nulli nocuit, nec animā Christi contristauit caro nostra sane quidem crux est animæ nostræ, dum caro repugnat rationi nostrę, atq; recalcitrare non destitit, imo & cruciarem animam nostram ad amaritudinem perducēs eam, quod sentiebat, ille qui dixit, video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, ideo non quod volo bonū hoc ago, sed quod nolo malum hoc facio. Lex ista crux est foliorum Adam, vt vnusquisque dicat, Infęlix ego homo, quis me liberabit a corpore mortis huius? corpus autem siue caro Christi non cruciabat eū, quia non ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex opere spiritus sancti natus est vnde sicut nos ex parentibus nostris rebellionem contrahimus, sic Dominus Iesus ex Maria & spiritu sancto pacem contraxit & gratiam, attamen cruciata est caro eius, quanuis ipsa non cruciaret animam, nec ei in aliquo repugnaret, nam ob istam subiectionem caro Christi figuratur in asina Balaam, quæ allegans innocentiam suā dixit ei: Nonne animal tuum sum, cui semper sedere consueuisti? hæc tamen caro cruciata est primo ab

Caro christi cruciatur.

Num 22.

ipso

ipſo Chriſto in ieiunijs & vigilijs multis, ac laboribus, de hac maceratione carnis Ieſu dicit Apoſtolus, ſemper mortificationē Ieſu Chriſti in corpore noſtro circunferentes &c. Cruciata eſt etiā caro Ieſu ab inimicis iuxta illud Iob, Conſumpta eſt caro eius a ſupplicijs, reuertatur ad dies adoleſcentiæ ſuæ, conſumpta fuit per ſupplicia crucis & flagellorum ac ſanguinis effuſionē, nam ibi emarcuit beata illa caro nimis attrita, ita vt pelli ſuæ conſumptis carnibus adhærerent oſſa Chriſti, tamen in die reſurrectionis reuerſa eſt ad dies adoleſcentiæ ſuæ. Sed interea nimis grauia patitur, ſola Maria compatiente imo & ſentiente realiter, quia cum caro filij ſit portio viſcerum maternorum, impoſſibile eſt, quin viſcera ſentiant dolorem partis ſuæ pluſquam capitis cætera membra, nonne rami ſentiunt læſionem radicis? radix Ieſſe ſtans in ſignum populorum læſa fuit in cruce, imò & eradicata de terra viuentium. Hoc virga virginea minime potuit non ſentire. Flos glaudij verſus eſt in luctum, quia non erat ei ſpecies neque decor, ſicut nec in filio, iuſſerat Deus ne ſacrificarentur vno die mater & agnus eius, ne ouiculæ dolor accreſceret ex dolore filij, aut filio ex matre interempta, nunc autem hanc legem non ſeruant Iudæi, quamuis ob Chriſtum agnum Dei, & ouē Mariam matrem eius data ſit eis ignaris, nec dum faciunt contra legem vno die ſacrificantes eos, ſed vno ictu vno loco, vna eademque ara crucis eos immolāt, quia ſtabat iuxta crucem Ieſu mater eius. Nec dubium quin volens aſcendere, & pariter crucifixi cum filio, quia ideo nunc dicitur mater eius. Cur autem ad Ioannem refertur, dicitur mulier, ſed cum refertur ad Chriſtum dicitur mater, quia tanquam mater ibi maternos habuit affectus, qui cæteris maiores ſunt. Si gallina pullos quos non peperit, ſed ex alienus ouis eduxit, tantum diligit, tantumque ſe exponit miluo pro eis, tantumque ſentit pullorū damnū, quid ſentis de Maria quæ nō ex alieno, ſed

2.Cor. 4
Iob. 33.

Maria eſt con crucifixa.

Radix Chriſtus

Maria eſt ouis.

Maria eſt gallina.

ſed ex proprio ſanguine Ieſum edidit? quid ni ſentiret paſſiones eius vt proprias, cur non ſe obijceret cruci? cur no aſtaret tortoribus, cur non reciperet ictus malleorum? fecit ſane, quia ideo ſtabat iuxta crucem Ieſu mater eius. Si Paulus qui non ſtetit iuxta crucem, ſtigmata domini Ieſu etiam in corpore ſuo portat, cur non dicam corpus Mariæ realiter ſenſiſſe corporis Chriſti dolorem? Spiritus Mariæ ſenſit illatam offenſam deitati Ieſu, anima Mariæ ſenſit dolores animæ Chriſti, corpus Mariæ ſenſit in ſe, quæ paſſum eſt corpus Chriſti Ieſu: & ideo eam diximus iuxta triplicem crucem ſtetiſſe, nec mirum quòd iſta regina Saba offerat cruci cũ Magis aurum, thus & myrrham: aurum fides eſt deitatis, & ſplendida cognitio altitudinis crucifixi, quod aurum & ductile fuit in ſpiritu anxio Mariæ, & malleis crucis aſtrictum & repetita percuſſione malleatũ propter multiplices inibi contemplationes Mariæ eructites ex hoc in illud, nam iuxta primam crucem plurimum alte ſtabat, nec mirum quòd plurimum alte ſtet ſub pedibus Ieſu ad crucem, quoniam & ſeraphin ſtabant ſubter illum, velatis faciebus, nec valentes comprehendere latitudinem, altitudinem & profundum huius crucis primæ quæ malos cruciare nouit, & bonos, quia non pepercit filio Dei, ſed noluit conterere eum in infirmitate. Si autem quærimus a Maria regina Saba quid plus faciat iuxta crucem, reſpondebit, ꝙ animæ filij ſui quæ eſt ſecunda crux offert thus, vbi nota ꝙ thus eſt lacryma cuiuſdam arboris, quæ eodem nomine vocatur, nam arbor illa ingens dicitur thus, & etiam gummi inde emanans dicitur thus, vtrunque eſt Maria, & vtrunque obtulit animæ Chriſti, & thus compaſſionis prunis paſſionum appoſitum, & ſeipſam cruci adhærens, ſi thus eſt arboris lachryma, nec mirum qđ Mariæ lacrymas amore ignitas dicamus thura fuiſſe, & eius ſuſpiria animæ Chriſti directa. Si de thure dicitur quod ad cerebrum fumigando directe penetrans ſpiri-

Tria obtulit Maria cruci Ieſus triplici.

Iſa. 53.

Aurum thus, & myrrha.

ſpiritum animalem confortat,& recreat per cerebri vẽtriculos ſe diffundens, cur non dicam ego quòd Mariæ animá ad Chriſti animam ſpiritualiter aſcendens eam confortabat ac ſolatium ei præſtabat? potentias animę Chriſti anima virginis viſitabat,eiuſque oblationes compaſſionis offerebat,neſcio denique an virginis anima tunc in corpore an extra ſuum corpus eſſet, cum dicat Auguſt. ꝙ anima plus eſt vbi amat, quam vbi animat. Dic vobis Maria quid amplius feciſti iuxta crucem?obtuli myrrham meam corpori nati mei, myrrha eſt gutta,& arbor eius ſic etiam vocatur,& eſt altitudinis quinque cubitorum, ſunt etiam, vt dicit Plin.ſeptẽ genera huius,prima myrrha vocatur troglodytica, ſecunda Gebanitica,tertia Diambitis, quarta Collaticia, quinta eſt Sembracena,id eſt,ſalbana, ſexta odorifera, ſeptima eſt Indica,myrra etiam cõſeruat corpora mortuorum. Hæc omnia ſunt in te ò Maria quæ dum eras iuxta crucem quinque habuiſti cubitus, dum in quinque ſenſibus tuis cum Chriſto ſentiebas quæ ille ſenſit, & etiam ei obtuliſti ſeptem genera huius guttæ, dum ſeptem crucis verba conſeruaſti, ea referens ad te in corde tuo,ſpeciali dolore ſingulum conſiderans, & ruminans,ſi autem myrrha conſeruat corpora emortua ſingulas partes vniens,tu hoc facere ſatagebas, colligẽs guttas ſanguinis Chriſti & omnia quæ eius erant reponebas tibi, donec filium ſeruares in ſepulchro vſque in diem reſurrectionis cuſtoditum, & incluſum quo ipſe iam ſuſcitatus alia tria obtulit tibi, nec dubium quin meliora:nam regina Saba plura obtinuit,quàm attulit, Salomoni. Munere regio dedit Chriſtus matri die reſurrectionis aurum viſionis ſuæ luce ſplendida fulgens, ei dedit ſecundo thus fruitionis,eam chriſtifero odore afficiens,ac diuino,quo ſancti nunc fruuntur in cœlo, deditque ei myrrham tentionis gaudij ſempiterni, taliter quòd gaudium eius nemo tollet ab ea: nam ſi myrrha detinet omnes fluxus,tentio Dei animas detinet,ne ali-

cubi

cubi fluant, ò beata virgo quis te contemplaretur filiũ videntem, fruentem & tenentem. Hic per gratiam & in futuro per gloriã, quam mihi præstet Iesus, Amen.

Angustia Maria. Si autem cum hoc torrente dolorum Mariæ volueris finire sermonem, disce illum, & exclamans dic ei: O Maria amarũ mare altumque, quoniam angustiæ sunt tibi vndique sicut veræ Susannæ. Nunc non botrus cipri, sed botrum amarissimus est tibi dilectus tuus in vite syluestri, hoc est in cruce pendens, cor tuum contritum est malleis carnificum & spiritus contribulatus est tibi, digiti tui stillant mirrham primam, nunc epulæ tuæ & Christi tui sunt illæ, quas iurauerat Dominus, dicens: Cibabo eos felle, & potabo eos absintio. Nunc tu ipsa es fons turbatus pede & calcaneo Iudæ qui abstulit a te claritatem tuam, gladius modo pertransit animam tuam, sicut promiserat Simeon, hinnulus tuus deuoratur a fera pessima, intrat mors per fenestras tuas, mors Christi per oculos tuos ad viscera, quia nunc mors in olla tua. Sicut lilium inter spinas passionum te video earum ictibus cruentatam lacrymę eius in maxillis eius, non est qui consoletur eam ex omnibus charis eius apostolis, Maria est nunc Martha turbata erga plurima, & est Noemi quam amaritudine repleuit omnipotens, nolens defendere filium suum, ò Maria oculi tui sicut piscinę in Hesebon, vbi natare non cessant Christi tormenta, nec portas pondus diei & æstus, pondus crucis & æstus passionis, de te angeli dicãt, quæ est ista, quę vt nubes tetra volat, & sicut columba gemebũda ad fenestras suas ad vulnera Christi? Hęc est Maria columba nostra, quę nunc resedit desuper riuos aquarum pulli sui iuxta fluenta plenissima lateris Christi, a quo exiuit sanguis & aqua, hæc est Rachel quę iuxta terebinthum, tamen crucis exaltat animam præ dolor Ioseph, hęc est thus ardens in igne passionũ Dei. hęc est vxor Phinees super quam irruerunt dolores subiti, eo ꝙ capta esset arca Dei, hæc est illa de

qua

qua dicitur. Versa est in luctum cithara nostra quoniam ait. Dereliquit me uirtus mea, & lumen oculorũ meorum & ipsum non est mecum. Hęc est mater Sion, hęc est mater Christi, hæc omnium bonorũ mater est. uice omnium plorat mortem patris, quoniam aquę lacrymarum quę sub cœlo sunt congregantur in locum unum, qui Maria uocatur, nos autem inundationibus suis peruenimus ad portum glorię, ad quam nos perducat ipse Iesus, qui cum patre &c.

Si uis loqui de euangelio huius ferię sit thema. Expedit uobis &c. & quęre quartam dominicam post resurrectionem super illud. Expedit uobis, ut ego uadam, scilicet ad crucem. Et lege in principio trilogij euangelici, ubi portitores defuncti sunt rationes propter quas expedit, ut Christus patiatur. Et lege in secunda eius parte illud, Oportuit Christum &c.

Sermo quinquagesimusnonus.

Pro sexto sabbato cur est beatus venter Mariæ.

T H E M A

Beatus venter qui te portauit.

Inuocatio ad virginem, aulam diuinæ sapientiæ.

DVm Iesus concionator ad turbas, extollitur uẽter matris eius, nec mirum quoniã aula fuit sapiẽtię diuinę, in qua uerbũ Dei arcana ingentia ꝑtractauit. Nec enim ociosa fuit in Maria sapientia incarnata, sed ibi sedens docebat turbas potẽtiarũ animę eius, ita ut nouem mensibus plura mysteria sciret in terra, q̃ angeli in cœlo. Vnde beata uirgo propterea figuratur in regina Saba, quę ueniens à finibus terrę ad Salomonẽ, plura sciuit ab eo quàm domestici eius, quoniam si scri Varia est sapientia Marię. 3. Re. 10.

ptum est: Videns autem regina Saba omnem sapientiã Salomonis, & domum quam ædificauerat, & cibos mẽse eius & habitacula seruorum, & ordines ministrantium, vestesque eorum, & pincernas, & holocausta quæ offerebat in domo domini, nõ habebat vltrà spiritum. Primo vidit omnem sapientiam plusquam Salomonis qua superbum percutere, mundumque redimere decreuit. Hæc enim Maria vidit, ac præintellexit, sicut canticum ipsius manifeste testatur, Et domum quam ædificauerat, id est, seipsam de qua ipsa dicit: Quia fecit mihi magna qui potens est. Et cibos mensę eius, id est, delectationes quæ sunt in dextera eius vsque in finem. Et habitacula seruorum, de quibus Christus dixit: In domo patris mei mansiones multæ sunt. Et vestimenta ministrantium, id est, corpora sanctorum glorificata, de quibus in Apoc. 5. dicitur: Qui vicerit, sic vestietur vestibus albis: & ordines ministrorum, id est, angelorum, de quibus Dan. 7. dicitur: Millia millium ministrabãt ei &c. Et pincernas, id est, angelos maiores inebriantes & inuitantes ad laudem, de quibus in Apoc. 19, dicitur: Audiui vocem in cœlo tanquam turbarum multarum dicentium alleluya, & sequitur: Vox de throno exiuit dicẽs: Laudem dicite Deo nostros omnes sancti eius &c. Et holocausta quæ offerebat in domo domini, id est, eucharistiam ecclesiæ, de qua B. Virgo dixit: Esurientes impleuit bonis. Ecce igitur quantæ sapiẽtia mansit in aula theologiæ diuinæ, vnde merito concluditur, non habebat vltra spiritum, quia scilicet non erant vlterius rimanda. Vnde aiebat: Defecit in salutare tuum anima mea, & in verbum tuum super speraui, quia, scilicet illud video incarnatum, & salutare factum in visceribus meis. Igitur fratres mei, si tantum doctrinæ mansit in Maria, visitare dignemini, genibus flexis aulam sapientiæ, vt gratiam sermoni obtineamus dicentes: Aue Maria.

Argu-

Argumentum dicendorum.

PHilosophi uariè senserunt de beatitudine, alius in hoc, alius in illo eam arbitrabatur esse attamen hæc mulier de turba super turbam Pharisæorum ascendit, quæ beatitudinem asserit inueniri, dum portatur Iesus ideo enim dixit. Beatus uenter qui te portauit. Sed ne quis credat se facile beatum fore, si Iesum portauerit, eumq; receperit in utero mentis suæ, attendat quòd uariè mō suscipitur ac portatur Iesus, & nō quolibet modo beatificat, nisi eo quo mater eius portauit ac suscepit. Vbi est notandum q̄ a quibusdā dn̄s omnino repellitur, quia nolunt eum portare in corpore suo, quibus dicet in iudicio. Hospes fui & nō collegistis me, ite maledicti. A quibusdam recipitur interdum ut in pascha te, sed postmodum præ tedio turpius eiicitur, quàm nō admittitur hospes, quibus dicturus est in monte illud Iudicum. Nonne uos estis qui odistis me, & eiecistis me de domo patris mei? nunc autem uenistis ad me necessitate compulsi. A quibusdam recipitur tanquam hospes & fit ei magnum festum non propter amorem quo diligitur, sed ut bene pascat hospitem suum, & totam familiam. Hoc festum ei faciunt plures clerici & canonici, unde Sap. ait. Hospitabit, & pascet, & portabit ingratos. A quibusdam recipitur ut colonus uel mercenarius ut custodiat pecora, & temporalia multiplicet, sicut Iacob susceptus est à Labam qui sæpe fraudabat eū mercede sua. De hoc ergo miratur Hiere. dicēs. Quare quasi colonus futurus es in terra? à quibusdam recipitur ut medicus ad sanandum animam sicut à Zacheo, qui suscepit illum gaudens in domum suam, quapropter audire meruit. Salus hodie domui huic facta est. A quibusdam ut socius quatenus adiuuet eos in bonis spiritualibus multiplicandis, quia scriptum est. Melius est duos esse simul; habent enim emolumentum societatis suę:

Variè suscipitur. Deus.

Iudi. 11.

Eccle. 29

Hier. 14.

Eccle. 4.

Hier. 17.

Esa. 12.

A quibuſdam vt patronus & aduocatus, vt protegat, & defendat iuxta illud Hier. Dominus mecum tanquam bellator fortis. A quibuſdam vt ſponſus, vt conſoletur, ac diligat & diligatur, vnde Eſaia. ait: Gaudebit ſponſus ſuper ſponſam. In ſola vero Maria receptus eſt vt Deus maieſtatis, quoniam virgini dicitur: Magnus in medio tui ſanctus Iſrael In medio Mariæ, id eſt, in vero eius ſanctus Iſrael, id eſt, angelorum videntium Deū factus eſt magnus in operatione ſua quando ventrem matris ſuæ ita magnum fecit, & capacem, vt mulier de turba dicat: Beatus venter qui te portauit. In ſermonis priori parte oſtendam, quomodo trinitas benedicit vētri Mariæ, in poſteriori vero videbis quomodo in eo eſt omnium bonorum congregatio, qua beatus dici poteſt.

Diuiſio.

Pars. 1.

Hæc mulier abſolute prædicat beatum ventrem Mariæ, quoniam nullo rationis fulcimento indigent, quæ rationabiliſſima ſunt, ſicut nec indigēt probatione quæ ad oculum patent. Ita notum, ita euidens videbatur ſibi ſanctimonium Mariæ, ita callebat eius ſanctitatem & ſublimitatem, vt nullo ambage præmiſſo nec probatione in ejus laudem prorumpens diceret: Beatus venter qui te portauit. Si autem profundius inſcrutamur, huius beatitudinis probationem reperiemus in eiſdem verbis, quanuis paucis, voluit namque dicere: Beatus eſt venter matris tuæ. quia portauit te. Ecce optimam rationem beatitudinis Mariæ, quam ſequitur mater Eccleſia dum vult crucem beatificare dicens: Dulce lignum, dulces clauos, dulcia ferens pondera. Et cruci ait. Tu ſola fuiſti digna portare regem cælorum & dominum. Maria vero beatior eſt, quia prior dominum portauit ad nos, nec ipſa crux eum portaſſet, niſi iam virgo eum attuliſſet. Imò nec ipſa euchariſtiæ hoſtia ſalutaris portaſſet ad nos quotidie Chriſtum (quæ propter hoc ſæpe beatificatur in euang.) niſi primitus venter Mariæ triticum huius panis viui ad nos vſque aſportaſſet

Cur Mariæ uérer eſt beat⁹.

Cur Maria tot beatus.

tasset. Beatificatur etiam Paulus quia vas nominis Christi fuit, quod sane non esset, nisi beata Maria eum portasset. Quicunque ergo beatificatur in Christo, plurimum debet obnoxius esse Mariæ, quia nullus Christum portasset nisi cepisset ipsa, quod in eius cantico nobis commendauit, dum ait. Ecce enim ex hoc beatam medicent omnes generationes. Mulier de turba cœpit, quod omnes generationes facturæ sunt, quãdo dixit, Beatus venter qui te portauit. Sed quærendum esset ab hac fœmina, cur à ventre cœpit beatificare Mariam. nonne & eius humeri & brachia, & manus, & tota ipsa virgo portabat assidue Christum suum? alioquin haud laudarentur in Canticis membra eius sigillatim. A planta pedis usque ad verticem capitis laudatur beata virgo, quia gressus eiũs & capillos mirum in modum extollit sponsus. Ad hanc piam quęstionem non difficile respondetur, ꝙ in sponsa cęteris pręstat, & præponderat fœcunditas, siue qua fallax gratia & vana est pulchritudo, vnde cum pulchra Rachel in fœcunda esset, fœlicior Lya reputatur, quia pro beatitudine sua pariebat sorore sterili permanente. Et ipsamet in filiis suis beatificat se. A priori ergo cœpit hęc mulier de turba, dum dixit. Beatus venter qui te portauit. Sed quispiam dicet, quòd altius intonuit Elisabeth, dum ait, Beata quę credidisti. Nam ad hoc reducitur verbum Christi, qui dum mulieri respondit pro matre sua dixit, Quinimò beati qui audiunt verbum Dei & custodiunt illud. Quasi dicat, non solum est verum, quod dicis, sed etiam sunt beati, qui audiunt verbum Dei & custodiunt illud. Inter hos beatos prima & maxime beata fuit mater mea, quę me verbum Dei audiuit in ea incarnandum, & in vtero eius custodiendum. Isti tres. s. Christus & Elisabeth & mulier de turba Mariam beatificare contendunt, quoniam trinitatem designant quę mortem Dei beatificat in cœlo & in ter

ra. Vnde aduerte q mulier de turba per os patris locuta est, sicut & Petrus, cui dicitur, Beatus es Simon bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis. Dum mulier de turba extulit vocem, non minus locuta est quam Petrus, quia Christũ vocauit beatificatorem uteri maternalis, qui primo in Eua maledictus fuit dicente Deo: Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos, in dolore paries filios tuos. Christus autem filius Dei viui non solum illi maledictioni pepercit, sed eam in oppositum vertit. Nam in vtero Mariæ non fuit corruptionis ærumna, sed permansit flos virginitatis. Nec fuit conceptuum repetitio, quia vnigenitus fuit Christus coram matre sua, q non in dolore, sed in iubilo angelorum eum peperit sine læsione. Vnde tunc temporis accelerauit filius Dei beatitudinis subtilitatem sibi, & matri quoq; dedit dotem impassibilitatis quo ad partum, in quo nil mali passa est, quapropter optime cecinit mulier de turba dum ait: Beatus venter qui te portauit. Beatitudo carnis stat in vsu quadruplicis dotis, scilicet agilitatis, subtilitatis, claritatis, impassibilitatis, quas dotes solus Deus causare potest, & aliquibus vsus est in conceptu & partu suo quod mulier de turba credebat quando dixit: Beatus venter qui te portauit. Ergo non minor fuit reuelatio facta huic mulieri, quam reuelatio patris in Petro, quia cum quilibet (etiam Ioannes Baptista) dicat: Ecce in peccatis conceptus sum, & in iniquitatibus concepit me mater mea, pro Christo hæc mulier proclamat Beatus venter qui te portauit. Dum omnes nascimur filii iræ, maledicti sunt ventres nos portantes, beatus autem est venter Mariæ, qui non solum caret maledictione nostra, sed etiam nobis acquisiuit benedictionẽ illã, qua dicitur, Beati qui audiunt verbum Dei & custodiunt illud. Hæc est benedictio, quam filius dat & matri suæ. Primo benedixit eam pater per os mulieris, secundo filius dum ei consequenter respondit dicens:

Trinitas benedicit uẽtri Mariæ.

tens:Quinimmo,beati qui audiunt verbum Dei & custodiunt illud. Hic aduerte mirificam responsionem Christi dicentis: Non solum venter matris meæ beatus est, sed ab eo in omnes beatitudo prouenit,ac deriuatur,quoniam beati erunt in gloria, & sunt iam beati in gratia,qui audiunt illud verbum incarnatum, qđ ipsa vtero suo incarnandum audiuit,& custodiuit. Nemo deinceps in alio beatitudinem quærat, nisi in verbo quod caro factum est in beato ventre Mariæ, quoniam de hoc solo verbo & non de alio dicitur, Beati qui audiunt verbum Dei & custodiunt illud. Verbũ quidem Dei,est totum vetus testamentum, verumtamen de illo non dicitur: Beati qui audiunt verbum Dei & custodiunt illud,sed solum de verbo non in alio ventre quàm Mariæ incarnato,vbi verbum Dei se audibile fecit,& pariter custodibile. Antiquitus.n.nec audiri,nec bene custodiri poterat dicente Petro,Quid imponitis nobis iugum,quod nec nos,nec patres nostri portare potuerunt?immo nec audire, quoniam ipsi dixerũt:Ne loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur. Ecce quomodo ante Marię tempus, verbum Dei homines terrebat,nunc autem verbum in ventre eius abbreuiatum & capitur per aurem nostram, & custodiri potest in manu nostra.Compleuit ergo Deus sermonẽ suum,quo per Prophetam dixerat, Reuelabitur gloria Domini,& videbit omnis caro pariter,quod os Domini locutum est. Quomodo poterat omnis caro uidere inuisibile verbum, nisi prius mirabiliter verbum caro in ventre virginis factum esset?huic reuelata est gloria Domini vtpote filius sapiens qui dicitur gloria patris æterni.Sed quid oportuit dicere,omnis caro pariter nisi,vt similitudinem prænotaret,qua pariter sicut & nos carnem habet iam verbum Dei? nec enim aliam carnem assumpsit quàm humanam,vt humanissime audiri & custodiri valeret,quoniam pręcepta non dedit nisi humana. Vidimus ergo qualiter pater & filius beatificant

Verbum Dei si: in Maria.

cant uirginem, nunc autem & spiritum sanctum uideamus dicentem per os Elisabeth, Beata quæ credidisti, quoniam perficientur in te quæ dicta sunt tibi a Domino. Repleta erat spiritusancto, quando hæc dixit, id scrutabatur etiam profunda Dei complectens omnia quæ dicta erant Mariæ non solum ab angelo, sed à Domino, nam Dominus Deus loquebatur in ea. Nec enim Maria verbi parens potuit verbum ædere, quin ab eo multa perciperet.

Posterior pars.

Nunc in altera parte videamus, quomodo omnia bona congregantur in ventre sapientissimæ virginis, vt iuxta diffinitionem beatitudinis quam ponit Boetius, beatusque dicit queat. Si liber sensum haberet, nullus esset doctior quàm liber, in quo scribuntur vetus & nouum testamentum. Cum ergo in Maria scriptum sit vetus testamentum, id est, verbum æternum, & scriptum sit nouum testamentum, id est, humanitas assumpta, optime sequitur, quòd nihil eam latebat, quia nil abscōdit Salomon reginę Saba. De istis ergo testamentis dicitur. Verbum caro factum est. Verbum, ecce primum, caro factum est, ecce secundum dum totum hoc simul venter Mariæ portat, fit beatus. Sed quantum est hoc? magnum quidem ac sapientiæ plenum, nam ibi reperies quæ dicta sunt ei u Domino, ubi audiuit Maria quod verbum gustatum in utero suo est verum bonum, nā verbum istud abscōditum in ea, idem est quod verum bonum, ac summum, quo nihil verius ad credendum. Psalm. Principium verborum tuorum veritas. Nihil altius ad quærendum, Ioan. 1. Verbum erat apud Deū. Nihil profundius ad inuestigandum, Rom. 8. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei. Nihil impassibilius ad comprehendendum, Ecclesiast. 1. Sapientiam præcedentem omnia quis inuestigabit? nihil in ore dulcius ad pronunciandum, Eccl. 1. Verbum dulce multiplicat amicos, mitigat inimicos. Nihil in aure iocondius ad audiendum. 1. Reg. 3. Ecce ego facio verbum

20. Præconia uerbi Dei incarnati.

bum in Iſcael, quòd quicunque audierit, tinnient ambæ auræs eius. Nihil in cordė ſanctius ad meditandum, Amos. 5. (ſecundum aliam tranſlationem) verbum perfectum abo minati ſunt. Nihil in affectu feruidius ad accēdendum, Luc. 24. Nonne cor noſtrum ardens erat, dum loqueretur in via? nihil in intellectu lucidius ad illuminandum, Pſal. Lucerna pedibus meis verbum tuum. Nihil in memoria fœlicius ad retinendum Luc. 11. Audientes verbum retinent, & fructum afferunt. Nil vtilius ad prædicandum, Eſa. 55. Verbum meum non reuertetur ad me vacuum. Nil velocius ad penetrandum, Heb. 4. Viuus & efficax eſt ſermo dei &c. Nil virtuoſius ad conuertendum, Eccle. 8. Sermo eius poteſtate plenus eſt. Nil grandius ad occupandum, Hiere 33. Cœlum & terram ego impleo. Nil potentius ad operandum. Ioan 1. Omnia per ipſum facta ſunt. Nil ſapientius ad ornandum. Ioan. 1. Quod factum eſt in ipſo vita erat. Nil iuſtius ad amandum. Sapien. 8. Sapientiam amaui, & exquiſiui a iuuentute mea. Nil ditius ad poſſidendum, Sapientiæ. 7. Præpoſui illam regnis, & ſedibus & diuitias nihil eſſe duxi in comparatione illius. Nil dignius ad laudandum. Eccle. 43. Maior eſt omni laude. Nil beatius ad fruendum. Luc. 11. Beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud. Et Ioan. decimo ſeptimo. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Ecce habes aliqua grana hinc inde tacta, illius acerui de quo dicitur, Venter tuus ſicut aceruus tritici, id eſt verbi diuini quod iure naſcitur in Bethleem, quæ eſt domus panis huius. Ex hoc aceruo non menſuram plenam valemus educare, ſed grana quædam velut formicæ ſolicitæ quæ præparant in hac meſſe cibum ſuum. Verum ſunt qui menſuram bonam uerbi attulerunt ſibi, vti eſt ille amantiſſimus Domini, qui inter humeros illius requieuit, poſtea vero ad ſuggeſtionem ſeu poſtulationem Mariæ & fratrum ſuorū dixit,

In

In principio erat verbum &c Hic in mentis excessu generositatem verbi diuinitatem,æternitatem,potentiã, sapientiam, bonitatem, breuissime ac eccellentissime eructauit dicens.In principio erat verbum, ecce generositas Et verbum erat apud Deum,ecce personarum ꝓprietes. Et Deus erat verbum, ecce consubstantialitas. Hoc erat in principio apud Deum, ecce coæternitas. Omnia per ipsum facta sunt,ecce summa potentia. Et sine ipso factum est nihil,ecce summa bonitas. Quod factum est in ipso vita erat,ecce summa sapientia.Et uita erat lux hominum,ecce summa largitas. Et verbum caro factum est,ecce naturæ conformitas, ecce nostra iocunditas,ecce quare debet omnis caro ventrem Mariæ beatificare,qui non solum est aceruus tritici quoad verbum diuinum,sed vallatus est liliis quoad præconia carnis verbi,qua nihil pulchrius ad videndum. 1. Pet. 1.in quem desiderant angeli prospicere. Nihil desiderabilius ad esuriendum. Vnde qui edunt me,adhuc esurient. Nil suauis ad laborandum. Vnde sicut balsamum non mixtum odor meus. Nil tenerius ad contrectandum.1.Re.23.Ipse quasi tenerrimus ligni vermiculus.Nil iocundius ad amplectendum. Cant. 2. Læua eius sub capite meo &c.Nihil dulcius ad gustandum.Sapien. 16.Habentem omne delectamentum, & omnem saporis suauitatem.Nil delectabilius ad ruminandum. Oseæ 13.Memoriale eius sicut vinum Libani. Nil facilius ad digerendum.Est enim emanatio quædam Dei omnipotentis syncera.Nil mirabilius ad immutãdum. Qui manducat me,viuet propter me. Nihil melius ad incorporandum.Ioan.6.Qui manducat meam carnem, in me manet,& ego in eo. Nil potentius ad uiuificandum.Ioan.6.Qui manducat meam carnem, habet vitam æternam. Nil sanius ad meditandum. Eccle. 43. Medicina omnium in festinatione nebulæ. Nil substantialius ad nutriendũ,Mat.6. Panem nostrum super substãtialẽ da nobis hodie. Nihil salubrius ad impinguãdũ.

20. ꝑconia carnis verbi

Hie-

Hiere.31.Implebo animas ſacerdotum pinguedine.Nihil validius ad augmentandum.1.Pet.2.Vt in eo creſcatis in ſalutem &c.Nil efficacius ad fortificandum, Io.6. Caro mea vere eſt cibus.Nil velocius ad confortandum Pſal.Panis cor hominis confirmet . Nil viuacius ad reſtaurandum.1.Re.14.Guſtauit Ionathas mel, & illuminati ſunt oculi eius.Nil diutius ad poſſidendum. Prou. 20.Theſaurus deſiderabilis in habitaculo iuſti.Nil beatius ad perfruendum.Pſa. Panem angelorum manducauit homo.Propter iſta omnia,quæ dicere cœpimus, ventre Mariæ recluſa, & propterea nobis ignota , quæ in eodem intrinſecus latebant,ille venter dicit beatus. Vere namque fuit ibi locus beatitudinis,quia locus omnium bonorum congregatione perfectus.Vnde egregie ac magnifice extulit vocem ſuam illa mulier de turba,quæ dicit.Beatus venter qui te portauit , nam tunc erat in eo ille a quo eſt omnis beatitudo.Si a contento denominatur continens,vti cum dicimus vas uini , vas lactis,ſeu vas mellis,aut librum euangeliorum,pari forma poterimus vocare ventrem Marię,& a contento eũ vocare ventrem beatitudinis,ventrem diuinitatis,quia omnis plenitudo diuinitatis habitat in eo corporaliter. Vocemusque illum ventrem verbi æterni, ventrem increatæ ſapientiæ,ventrem vitæ æternæ , ventrem ſolis superni,ventrem ignis diuini,qui veſtimenta continentis non conſumit. Hęc omnia contemplans mulier de turba concluſit dicens Chriſto:Beatus vẽter qui te portauit,quia ſcilicet eſt.

Arca Noe,vbi ferę mãſueſcũt,nec Noe læſerũt, quia te immunem portauit,& illęſum,quia in eo nullũ motum carnis ſentiebas,qm̃ uẽter ille beatus alienus erat a malis omnibus,& animalia terrę pacifica erant ſibi.

Bene auctus,quia remanente ſibi virginitate,hẽt fructum fœcũditatis. Et omni benedictione dignus eſt, nã ſi beati immaculati in via,ille immaculatus extitit . Si beatus populus qui ſcit iubilationem, venter Marię ex-

pertus

pertus est gaudiũ infantis, cum quo pariter lætabatur dicens: Cor meum & caro mea exultauerunt in deum viuum. Si dicitur beatus qui manducabit panem in regno dei, venter Mariæ est huius panis horreum. Deni. nulla est beatitudo in veteri nec in nouo testamento quæ huic sacro ventri non conueniat, vt latius probaui super Missus est.

Cœnaculum Christi, in qđ ianuis clausis intrabat, & exibat mundi saluator, vbi se discipuli protegebãt, quoniam virgo intra viscera pietatis suæ fouet flebiles.

Domus dei nouissima, de qua dicitur. Maior erit gloria domus istius nouissimæ plusquam primæ. Et in loco isto dabo pacem. Et veniet desideratus cunctis gentibus, & implebo domum istam gloria. Aggei 2. Prima domus fuit venter Euæ cunctorum uiuentium matris altera vero, est venter Mariæ matris vitæ. Hæc domus impleta est gloria superueniente spiritusancto. Et tunc pacem omnimodam habuit, ac venit in hanc domum desideratus cunctibus gentibus filius Dei. Eburnæus, ac per consequens figuratus in illo sedili de quo dicitur. 2. Para. 9. Fecit quoque rex solium eburneum grande, & vestiuit illud auro mundissimo. Hoc solium regũ Christi, vbi coronauit eum mater sua, duplici munditia fulget. s. eburnea & aurea, diuina. s. & humana intus & foris. Ergo venter eius eburneus distinctus saphiris, vt dicitur in Canticis, id est miraculis, quibus concepit & peperit.

Venter Marię est

Fons signatus verbi dei, qui manare non cessat, quoniã ei dicitur in canticis. Emissiones tuæ paradisus Est. n. sicut crater tornatilis nunquam indigens poculis.

Gazophilatiũ gratiarũ, quoniam ꝑꝑea figuratur in vrna aurea, ubi repositũ est mãna ĩ futuras gñeratiões.

Hortus deliciarum, quoniã Deus dixit. Delicię meæ esse cum filiis hominum, scilicet factus in vtero Mariæ filius hominis.

Ianua solius Dei quæ in Daniele dr̃ oriẽtalis quoniã

per ea ortus est nobis sol iustitiæ Christus deus noster.
Lectulus Salomonis, quē 60. fortes ambiūt ex fortissimis Israel. i. videntium deum. Qm̄ angeli peracta incarnatione in vētre virginis viderunt deum, & proni adorauerunt. Fortissimi angelorum sunt Seraphin.
Mōs filiæ Siō, ad quē agnus debuit mitti, vt pascatur inter filia puritatis altissime, donec die natalitius aspiraretur, vt inclinarentur vmbræ ceremoniarū & peccatorū.
Nauis institoris de longe portās panem suū & panē nostrum quotidianum. Eius institor est ille, de quo dicitur. Inuenta est in vtero habens de spiritusancto.
Orbis non terræ, sed cœli, quoniam ipsa dixit. Gyrū cœli circuiui sola, id est, filium Dei virginitate vteri mei circuncinxi sola, sine consorte.
Paradisus, vbi secundus Adā ponitur, vt operetur intentionaliter ibi redemptionem nostram, & custodiret ab omni corruptione & serpente illum ventrem.
Qui es Dei, qm̄ ipsa dixit. Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. s. in vtero meo, in quo solummodo habuit quietem, a quo egressus statim cœpit laborare.
Rota mirabilis, q̄ Ezechiel demiratur, eo qđ in medio rotæ vteri sui cōtineat sphærā immensitatis. Vnde qn̄ quidā Philosophus dixit. Deus est sphæra, cuius centrū est vbiq;, circunferentia vero nusquā, ignorabat Mariæ integritatē, quæ fuit circūferētia dei. Speculū sine macula, vbi est dei maiestatis imago, qm̄ filius dei dixit. In ventre matris meæ figuratus sum caro. Thalamus, vbi deus fecit nuptias filio suo, qui humanā suspiciens naturā, ab eo tanq̄ sponsus processit de thalamo suo, vas nouū, quia nouū est sup terram, vt venter intactus pariat. Sed spiritus sanctus misit sal incorruptionis in hoc vas vt exinde nos a corruptione peccati sanaret. Christi viui sepulchrū in quo nondū quisquam positus fuerat, sed ipse solus inuolutus munda sindone virginitatis. A quo & signato lapide pcessit. Ideoq; lapis iste intactus vocabit aula dei. Iordanis, quo baptizat sanguine filius dei,
spi-

ſpiritu ſuperueniente,& voce matris & patris eius,quoniam tunc incarnationis tpe, ſpiritus domini repleuit orbē terrarum.i.ventrem Mariæ,qui regit oēs carnem, Nā & hoc quod continet omnia, ſcīam hēt vocis. Hoc i.gremium virginis omnia continuit, dum per ſcientiā & vocem ſuggerentis ſpiritus dixit. Ecce ancilla dñi.

Zelo Dei plenus, quoniam auro.i. Deo locus eſt venter Mariæ,in quo ipſe cōflatur, ut fiat hō, ne iam adoremus ſculptile,ſed Dominū loquentem in rubo ardenti & incōbuſto. Ecce igitur fratres mei, cur illa mulier de turba cōcluſit, Beatus uenter qui te portauit, nā in turba iſtarū rationū uerſabatur ſpiritus eius, quando extulit uocem ſuā, ne multitudine opprimeretur, ſi gloriam uentris Mariæ uellet ſcrutari, unde rōnibus prætermiſſis fides ipſa cōpēdioſe concluſit di. Beatus uenter q te portauit, beatus inquam nunc p gratiā, & in cęlo. &c.

De noſtro rege dominicæ in ramis palmarum.

Sermo ſexageſimus.

THEMA

Ecce rex tuus venit tibi iuſtus & Saluator ipſe pauper. Zach. 9.

Inuocatio ad virginem.

Maria eſt via regia.

PRoceſſionem hodie peregrinus in illius memoriam, quæ ad Chriſti honorem celebri pompa facta eſt mos autem deuotorum eſſe aſſolet, quod uidentes quēpiam ſacra ſuper exaltatum ueneratione ſtatim quaſi partem ſuam matri ſuæ conferentes eam benedicunt, quemadmodum fecit mulier illa de turba. Vnde ſicut benedictus qui uenit in nomine Domini, ita benedicta eſt Maria per quam uenit ad nos, & cui præcipue ue-

nit benedictus Dominus, quia eam præ cæteris subli-mauit. Ergo qui hodie Domino conferunt honorem, merito etiam viam per quam venit, exornant deuotissi me, vbi & vestes proprias, & floridos strauerunt ramos quod si nos spiritualiter ita facere volumus, scientes Dei genitricem esse viam Domini vsque hodie ad nos, viam regiam, viam gratiæ, & viam rectissimam pariter & breuissimam, viam, quæ ducit nos ad vitam, & vitam ad nos. Hæc mater Dei est via fratres charissimi, ambulate in ea dum lucem habetis, quia gratissima est, & securus erit viator eius, nullum timens, nec penuriam seu egestatem, ipsa quidem viaticum præbet colentibus eam, & sequentes illuminat & protegit, vnde non solum vestibus eam honorare operæpretium erit sed nos totos prostrantes ad eius pedes prouoluti flores deuotæ orationis ei præsentemus & palmam, dicentes, Aue.

Argumentum dicendorum.

NOtum est omnibus habitantibus Hierusalem & Iudæis. qualiter per Prophetas suos eis Deus regem promiserat, ipsi autem huius promissionis accensi desiderio semper Deū efflagitantes aiebāt, illud Iudicum dicentes. Veni & impera nobis, ipse rege nos in secula. Memor esto illius promissi. Regem in decore suo videbunt. Huic importunæ petitioni thema respondet dicens. Ecce rex, &c. vbi tria in sermone differenda, in quibus summa præsentis festi consistit, primū quis veniat, qua ecce rex tuus, secūdum qualis veniat, quia iustus saluator & pauper, tertium cuius profectui venit, quia tibi ò peccator multū cōfert eius aduentus. *Rex erat Iudæis promissus.* *Diuisio.*

Vt radicitus videamus, cur in regia maiestate se Dei filius rex vniuersæ creaturæ præsentare decreuit mundo, attentius aduertēdum est, nil magis vnum esse quā homo & nil magis diuersum. Nil inquā magis vnū quoniā si nostræ creationis exordia respicere placuerit, oēs nos inuenies ex vno hoīe progressos, nō sic angeli q. in *Prima pars.* *Vnitas humana.*

ter

ter se nullam habent cognationem, nec animalia, quoniam plura simul creata fuerunt, ideo aliqua inuenientur inter se nulla coniuncta affinitate, etiam à remotis, quia crauit Deus certe grandia. Non sic inter homines, nam si regem conferas rustico, Adam nato denuo iam eiusdem tertij essent hi in lignea recta cognati, vnde lepide dici assolet, quod si Adam suscitaretur, vxorem minime inueniret. Itaque sumus nos homines vnum, magnaque vnitas est inter nos, nam & mulier prima ex ipsa costa Adæ sumpta est, non de terra formata vt Adam, quatenus hæc vnitas seruaretur integra, vt notat Augustinus. Habent ergo homines vnā secundam causam communem in esse naturæ, quæ est pater orbis terrarum Adam, præsertim secundum Magistrum sententiarum & alios asserentes nō esse aliam materiam in omnibus hominibus ab illa quæ formaliter fuit in Adam, quæ sit de hoīs substantia, sed hoc neglecto sat est nos ab vno Deo, ex vno homine, & per vnam mulierem, quæ fuit pars eius deriuatos. Nec res vacat a mysterio, esse.n. gratiæ in nobis est ab vno Deo principaliter, & ab vno Christo vt est hō minus principaliter, & per Mariam. Christus itaq; a solo Deo est iustificatus, sicut Adam a solo Deo creatus, & iō non datur Christi mediator. Psa. Multi dicunt aīæ meæ, nō est salus ipsi in Deo eius, tu aūt Dn̄e susceptor meus es, q̄a tota trinitas Christū cū gloria suscepit ad vnionem hypostaticam verbi. Maria aūt a Deo ex Christi meritis iustificata est sicut Eua ex Adam per Deum facta. Cæteri à Deo ex Christo per Mariam, sicut cæteri à Deo habent esse naturæ ex viro & muliere. Ex hoc principio enodatū euadet illud Euāg. Oro pater vt sint vnū, sicut & nos vnum sumus. Non est hic oīmoda comparatio vt Ioachim deceptus putat, sed est similitudo maxima quæ nec in angelis reperitur, nostra.n. vnitas gratifica fundata est super vnionem naturalem q̄ prędiximus, & ideo multa experte imitamur unitatem diuinarū personarum.

ſonarum & connexionẽ, qua ab vna cæteræ ordinatæ progrediuntur,non ſic angeli.Ex hac unitate tã intrinſeca nobis, & ex antiquo innata, quid niſi amor emanare debet? nam ſi Thomæ creditur amor in vnitatem funditur.& maior in maiori.Hunc arbitror ſuſpicabatur amorem debitum.Propheta ille qui exclamauit dicens:Nunquid non pater vnus oĩum noſtrum, nũquid non Deus vnus creauit nos? quare ergo deſpicit vnuſquiſq; fratrem ſuum?dicendo patrem & Deum, vtrunque parentem ſcilicet naturalẽ & ſupernaturalem uidetur cõmemoraſſe,nã ex corpore pariter & anima fratres ſumus, ab uno Deo creati, & ab uno progeniti patre,non ab extranea matre, ſed illorum una erat caro. Huius unitatis rõ nulla maior mihi uidetur quam peregrinatio noſtra, ex eo n.quod peregrinum erat futurũ genus noſtrum in terra non ſua,ſed animalium,Dei benignitas præſcia futurorum præfactã unionem uoluit inter nos efficere, ut ubique terrarum nos ueluti qui ſe in patria reperiunt aliena deamaremus, memores tãti uinculi progenituræ antiquę. Nec angelus, nec bruta, nec Deus, nec alia creatura ſic peregrina eſt ſicut hoĩes,dum ſumus in carne,quos nihil pręter amorem connectere ad integrum põt. Quanuis quod dictũ eſt, ita ſe habeat,nihil eſt tã diuerſum quã homo, nõ dico hoĩes tm̃, ſed homo qui eſt regnum in ſeipſum diuiſum, nec in cœlo, nec in terra ulla eſt creatura quę a ſeipſa diſſentiat pręter hoĩem,ſed militia, imò malitia interiori dimiſſa ad exteriorem deueniamus, de qua ꝑ Satyricum dicitur.Mille hominum ſpecies & rerum diſcolor uſus. Nec uoto uiuitur uno,ait alter.Vno modo propagati non uiuimus uno modo,nullus regũ habuit aliud natiuitatis initium quam quiuis alius,& in morte Plebeius quilibet regi ſimilia patitur,in media tamẽ uita omnis hõ diſtat a reliquo, nec ſpecies ipſę tantum à ſe diſtare uidentur, quantum homo ab hoĩe. Non loquor de ſubſtantiali differẽtia,ſed de differentia in mõ

Malac. 2.

Humana uarietas

viuendi, & in moribus. Hoc liquidum erit, si rusticum quempiam nobili viro conferas, videbis enim quàm difficile est, aut virum nobilem, se ad modum rustici gerere, aut rusticum Plebeium viri nobilis modum & vitam agere. victu & vestitu differunt, attamen ne amplius pergas, si virum nobilem sub cœlo ad guttas noctium dormire cogas, obibit, exalabitque vitam, si autem bubulum frigori consuetum ad secretum cubiculum deductum feceris tota permanere nocte, insomnis erit, & ad stultitiam deueniet, vel tribus noctibus non dans requiem temporibus suis. De monacho vitam ordinatissimam degente, & viro curiali vsque ad noctis dimidium vigilante simile discrimen inuenitur, & de orante quietissime, & illo qui seculi negotia gerit, & de illo qui se re militari exercet, & alio qui studio dat operam. Vbi alterius alteri & econtra vita dissonat, & modus viuendi, in tantum vt facilius sit lupum habitare cum agno. & pardum cum hædo accubare.

Vnde liquide constat nil magis vnum esse quam homo cum homine, & nil magis dissonans & diuersum, illa tamen diuersitas in officijs, siue in dignitatibus, aut in moribus ad duo capita & principia reducuntur, ad regale scilicet & sacerdotale pontificium. Inspice alteram ierarchiam cuius caput sit rex, & pastor vilis sit vltimus, & alterã cuius caput sit papa & finis sacrista, tũc videbis omnem diuersitatem ad duo illa reduci principia, veluti ad duo luminaria magna, & ad altera templi ecclesiæ cuius lapis angularis Christus q̃ fecit vtraque vnum, hos duos status, has duas ierarchias copulat in se qui est rex & sacerdos secundum ordinẽ Melchisedech, ex quo populus Christi dicitur regale sacerdotium genus electum. Et hoc idem in prædicti nominis interpretatione concluditur, quoniam Melchisedech interpretaĩ rex saluator quia regit, & saluat summus sacerdos Iesus & rex. Nec solum venit Filius Dei in mundum vt ei dñetur, sed ẽt vt eum doceat, non tm̃

Christus specimẽ cunctorũ est.

verbo,

verbo,sed opere & exemplo,ex quo omnis ætas, sexus, & officium,& dignitas didiceret, nam cuilibet statui & personæ dicitur de Christo: Inspice & fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est. Mõs humanitas Christi est, vbi specimen operum ostenditur omnibus quibuscũque horum duorum statuum quos in se copulauit Iesus.Hodie assumpsit formã regis,sexta autem feria pontifex fiet sacerdos & hostia in crucis ara,vbi iugæ constituet sacrificium omnium antiquę legis sacrificiorum contentiuum,sed nunc regem se præbet rex noster Iesus,imo talẽ se præbuit à die natiuitatis suæ vbi natus est rex Iudæornm, qualis prædicatur modo, nec aliquid creuit nisi in hominum opinione. Christi denique humana vita omnibus omnia facta est cunctorum specimen,à quo omnis status & ætas exemplare debet vitam suam, nam in sua humanitate suo modo,sicut in essentia diuina nescio quid commune relucet,essentia Dei eminenter continet omne esse naturale, & vita Christi oẽ esse morale, ergo sicut à Christo Deo omnia exemplãtur in esse naturæ, sic ab eo homine omnia exemplãtur in esse moris,nec n. oportuit quod particularem viueret vitam, aut fieret macellarius,vel sutor, vt sigillatim cuilibet modũ viuendi præstaret,sed duos prædictos accepit status, ad quos cuncti homines reducuntur.Nec.n.Dei essentia, quia lapidem continet eminenter, ideo lapis est aut ferrum, sed sufficit quod eius esse abstractissimum omne esse contineat.vt vita Christi qui ideo duo prædicta recepit, vt omnium caput fieret eminentissimum,ideo non solum rex, sed rex regum prædicatur & est, ac dominantium Dñs, de quo thema cuilibet nostrum ait: Ecce rex &c. tuum dicitur ad differentiam Herodis,qui tuus nõ est, tibi dicitur venire ad differentiam tyranni, qui est contra te &c. Vide.1.fo.dominicalis.

De scđa parte,vbi modus ueniendi describitur,attende qđ quãuis hæc tria nomina.s.iustus,saluator, & pau *Secunda Pars.*

per cohęreant ad inuicem, nullo modo vñr apta omnia regi. Bene aũt iustitia, saluatio, & paupertas maxime spiritus conueniunt, quia si iustus fuerit hõ, se & alios saluos faciet, nec repugnat saluti paupertas, nec iustitiæ, imo receptores munerũ longe fiunt ab aĩæ salute, & à iustitia quæ corrumpitur præmijs. Iam ergo nil amplius dici de Christo põt, nisi quod rex iustus sit, vt mali pertimescant, & qđ saluator sit vt lætentur boni, iustus ergo est prauis hominibus, & saluator est iustis. Nec iustitia in eo veluti in alijs accipienda est, sed talis qđ iustificat impios, & saluat ẽt condemnatos, vt liquet in latrone patibulo destinato, quem rex noster Iesus iustus & saluator liberat, ob id. Memento mei Domine, dum veneris in regnum tuũ. O Dñe Iesu qui iustus rex in cruce fuisti ad latronẽ conuitiantem, & saluator ad te inuocantẽ, qui tui regni consortiũ optauit. Iã ergo & si cæteris paupertas conueniat, non videtur apta regi, & hoc forte suspicatus est Propheta, cum in themate non dixit & pauper, sicut dixerat iustus & saluator, sed ĩterposuit ly ipse vt emphasim tribueret paupertati cum ait: Et ipse pauper, quasi dicat, ipsa rex pauper venit quanuis eius dignitati pauperies contraria suspicetur, & aliena videatur. Tam extranea est paupertas regibus qđ ait Arist. 8. eth. c. 4. non est rex nisi sit ex sese sufficiens, & bonis oĩbus antecellat. Cõtra hoc ait Propheta & ipse pauper, q. d. ꝑ ꝑ paupertatem non amittet regiã dignitatem. Nõ te offendat o Sion paupertas: nã ipse pauper est rex, quia ipse pauper est Deus. nam si ipse pauper nõ esset Deus, ipse pauper non esset rex. Vt tamen hoc euidẽtius fiat nota ꝙ nemo natura est rex, sed fortuna ꝑter hũc de quo est sermo, imò vt optime probat Duran. in suo de origine iurisdõnis quatuor præcipua imperia q̃ in mundo fuerunt ꝑ tyrãnidẽ, & violentiã inceperunt, licet postea cõsensu populi habito iuste possideantur. Primũ imperiũ Assyriorũ & Chaldęorum cœpit à Nemroth de quo Gen. 10. agitur qui secundum

Christus est rex pauper.

Imperia regũ unde sint orta.

Magistrũ histo. fuit oppressor hoĩum, ideoq; robustus venator dicitur, qui ędificauit Babylonem latissimam ciuitatem, vnde egressus est Assur qui ędificauit Niniuem. Secundum imperium fuit Medorum & Persarũ à Cyro & Dario qui occiderunt Balthasar, vt patet Dan. 5. violenter incepit Tertium Gręcorum ab Alexandro qui occidit Darium etiam violenter incepit ut patet. 1. Mach. 1. Et quartum imperium Romanorum tyrannicè à Iulio Cęsare est usurpatũ, & à Romulo Remo tyrannice incepit. Sed quę nunc istorum manent iã nunc omnium habito consensu licite currunt. Hi ergo qui reges sunt ideo regnant ad regendum populum tam per potentiã quàm per sapientiam quia potentes sunt, potentia super diuitias fundatur, quibus sublatis potestas destruetur & regnum, ac si omnem sanguiné à corpore subtraheres, imò philosophus eas vocat neruos regni. Vnde statim ꝙ primus rex Iudęorum electus est à Deo super populum suum obtulerunt ei donaria, omnes illi super quos regnaturus erat pręter filios Belial, qui noluerunt offerre munera regi. Nec Dauid regnauit, quanuis multis retro diebus unctus fuisset & à Deo vocatus ad regnum, donec diues effectus est. Igitur rex tantum opus habet diuitiis ad arma comportanda & seruos, ꝙ si has ei rapueris, minime regnare ualebit, nec regere, quia tunc quis rebelles conteret? quis fures persequetur? quis inuadentes inimicos coercebit? vnde ex eo ꝙ qui pauper est regere non põt, iam inter nos reges multis diuitiarũ copiis ditantur a populis ét iustissimè, vt verius reges esse valeant, nec solo regnent noĩe vt in ludis & comœdus. Sed vnde hęc diuitiarum necessitas regibus orta est? vnde eis occurit egestas sicut vir armatus, cuncta eorum destruens regna? certe ex ipsorum regum imperfectione, quatenus corda subditorum minime habent in potestate, ut flectant ad bonum, & ea dirigant ab finem vltimum, quod est officium regis. Quia ergo non valent hoc diuitiis indi-

Diuitiæ sunt nerui regnorum.

paupertas non obstat regi Christo.

Paupertas nō obstat Regi Christo.

gent quibus valeant quod non valent. Princeps terræ Petrus miles nostri regis qui Saphirã & eius virum interfecit solo verbo. qui feras edomuit,& incãtantes deiecit,argentum & aurum non habet, tamen multa regna obtinuit,sed ampliora eius rex & noster Iesus Nazarenus rex Iudæorum, qui antequam nasceretur rex extitit.vt Magi asserunt,& post mortem non perdidit regnum.sed illud stabiliuit in cruce.Hic autem pro nihilo diuitias habet,non eget supplemento,nec opũ auxilio,ideo rex ipse est pauper. Attamen loco terrenarũ diuitiarum alias Christus habet, quas inuestigabiles & gloriosas Paulus vocat, vide ibi. Et attende ꝙ rex iste pauper cui omnia pater dedit in magnus, in potentia propinqua cuncta possidet, tamen doctores signanter Gabri.in 3.d.14.quærunt an ei inquantum homini cõmunicabilis sit omnipotentia, & concludit quod etsi non habeat formalem omnipotentiam, quia ei repugnat & omni creaturæ,nam omnipotentia requirit in subiecto infinitatem intensiuam, & extensiuam quantũ ad durationem & vtraq; repugnat creaturæ, tñ eam habet rex iste per communicationẽ idiomatum, sicut & cęteras diuinas perfectiones, & ideo pauper omnia potest quoniam regnum eius non est de hoc mundo.i. nõ regnat mundano more,sed cœlesti. vnde ob id Scribæ decepti sunt in eo cum in natali vocatus fuit rex,qa non valuerũt intelligere,quomodo in rege & duce maximo Israel se compateretur paupertas. Iste rex pauper maiestatem suam ostendit hodie,non a paupertate minutam,hodie,inquam, præ omnibus diebus vitæ suæ quia voce communi regem nunc vocari voluit, & vt rex se obtilit non requisitus vt olim, imò & Scribis hoc improperantibus respondit in templo,Nunquam legistis? Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem! perfectam laudem approbat,& confirmat, si rex Israel vocetur in excelsis saluator,vnde quia non solum permisit,sed voluit regem vocari,& dominationis suæ fe-

Ephe. 3.

cit præcones Apostolos dum ait, Dicite quia Dominus his opus habet. Ideo nunc oportuit se clarius regem ostendere, quod fecit. Non multis retro diebus eum no lentes recipere sui lapidare nitebantur, ipse autem eua dens lapides reuertitur iam & inimicos suos potestati-ue conuertit in pace ad ipsum obuiandum, incredulitate deposita & ferocitate, imò cantantes veniunt qui antea dixerunt eum Samaritanum, & dæmoniacum, tñ Christus peracta processione dixit in templo Scribis, Lapides clamabunt. Ac sic diceret, contra vos se uertent lapides uestri. Diuinam igitur rex noster potestatem ostētat dum per eum commota est uniuersa ciuitas regia, ut eum reciperet, personis & rebus & vocibus honorantes filium Dauid, quem fabri filium obtrectauerant. Potentia ergo nostri regis fecit ut præeuntes, & subsequentes concorditer canerent tam cœleste canticum, ubi plusquam regia maiestas ostenditur.

In tertio puncto uidendum est cui ueniat. Mirū quidem est ꝙ soli filiæ Sion rex maximus ueniat, cum desideratus sit non solum ipsi matri Sion, sed etiam cunctis gentibus, & omnis populus & linguæ seruiēt ei de quo scriptum est, Rex unus erit omnibus imperans, & non erunt ultra duę gentes. Quemadmodum ut in prima parte uisum est rex iste unitatis amator ex uno nos descendere fecit, sic uni offert suæ bonitatis aduentum, imò unitati, nam hic est ille pastor, qui relictis multis ouibus in deserto, unam quærere uenit, ubi omne pecus intellexit. Vni se promittit, & donat, ne si omnibus se simul tribueret aliquis se minus recepturū putaret. Ecce ergo anima ecclesiæ filia tibi rex tuus uenit. Si sola regem seculorum receptura es quid non impetrabis ab eo? totus tibi uenit tuus, nunquam sibi uenit Dei filius, sed tibi non contra te, sed pro te ad tuum uenit negotium expediendum. Pro te flet in medio honoris sui & non pro se mater eius eum deflet, nunc te solam deflet ipse, quia cæterorum ad hoc sufficeret nemo. Tuus

Tertia pars.

Christus se offert vnitati.

Cõditiones nostri regis Christi.

rex casum tuum deflet, ideo uenit tibi iustus, ut te iustificet, saluator ut te saluet, pauper ut te ditet, quia, ut Paulus asserit, cum diues esset pro nobis egenus factus est. Si rex ueniret non tuus, bene eum reciperes, quoniam quicunque sit rex pacificus, bene recipi solet. Si tuus melius, si tibi ad domum, & vtilitatem tuam, tunc optime. Cæteræ autem qualitates receptionem multum nobilitant, nam cum iustus dicitur, pater ostenditur animarum, & sacerdos, quem magno solemus honore præuenire. Cum dicitur saluator, totum hominē sanare vult, quia peritus medicus saluat corpus ægrotantium. Cum denique dicitur ipse pauper, pietas denotatur, quia scriptum est, Qui despicit pauperem exprobrat factori eius. Vel in paupertate denotatur grata exhibitio sui ad nos. Rex quidem iste ambitiosus non est, censum negligit, tuus gratis prædicatur, iustitia eius nō venditur per simoniam, eius salus sumptibus non indiget medicinæ, aut laboris mercede, quoniam de paupertate se iactat, nec vult vbi caput suum reclinet. Ecce igitur eleua intellectum ad hodiernam processionem, quia Saul & alter iuuenis mittuntur ad quærendas asinas, & regnum accepit, nunc uerus agnus solemniter ducitur ante pascha, nunc noster Isaac 5. dies ante immolationem ducitur super asinam, baiulatur crucem, nunc verus Simon prohibet in arca Hierusalem emere, aut vendere intrans in eam cum palmis & ramis

1.Mar.13 & laude. Nunc Iudas Machabæus templum it sanctifi-

2.Mac.10 care cum magno iubilo turba deferente ramos floridos obuiam ei, qui prosperauit mundare locum suum quod fecit Christus eiiciens vendentes & ementes. Nūc verum Abimelech turbæ sequuntur cedentes ramos de arboribus, ad expugnandam turrim Sichimorum. Nunc Israel exit obuiam vero Dauid ut eum confir-

2.Reg.10 met in regem. Et filii prophetarum nunc exeunt obuiā Helisæo videntes in eo spūm Heliæ, & proni adorāt. Hic per gratiam & in futuro per gloriam ad quā &c.

Cœnæ

Cœnæ Domini de Lotione iuxta Euangelium.

Sermo sexagesimus primus.

T H E M A.

Exiuit, ut lauaret pedes suos. Tob.6.

Inuocatio ad Virginem.

PRorsus immundi sunt hodie homines, qui relicto Deo, adherent mundo immundo, nam qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Vnde quia mūdialis cōuersatio homines inquinauit nimiū, opus est cū Petro dicere, Non tantum pedes meos, sed manus & caput lauari oportet. Pedes sunt affectiones, manus opera, caput est contemplatio, quæ omnia immunda sunt nobis, quia Propheta dicit, Facti sumus vt immundi omnes nos, & quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ. Et etiam ipsa nostra contemplatio est immunda, quia terrena habitatio deprimit sensum multa cogitantem. Recte igitur quilibet peccator signatur in illo conuiuia regis Dauid de quo dicitur, Descendit in occursum regis illotis pedibus, & intonsa barba vestesque suas non lauerat a die qua egressus fuerat rex. Quando rex cœli Deus ab anima egreditur, egressus est omis decor & munditia à filia Sion, quæ ablui non potest, nisi per manus Mariæ matris gratiæ, cuius est officiū hoc abluendi, ablutio.n mulierū potius est quàm virorū. Præsertim cū beata virgo hoc sibi delegerit officium dicens. Ecce famula tua sit in ancillam, vt lauet pedes seruorum Domini mei. Hæc Abigail prudētissima quæ Mariæ figurā gerit, quæ quando dixit, ecce ancilla Dñi ad hoc se obtulit, ut seruos Dei redderet mūdos per gratiæ collationē. Stat.n iuxta crucē, ut pro nobis lixiuiū gratiæ percipiat, quæ per cinerem, idest, carnem

Lotrix nostra est beata Maria.

Esa.64.

2.Reg.19

carnem filii sui transire videt, iuxta quam statuit se, vt proxima ministra nostræ redemptionis, quemadmodum lotrix mulier iuxta lixiuium, aut cursum eius, ad eam igitur nos ire necesse est veluti puer q matri porrigit abluendum caput genibus flexis, vnde & nos etiã similia facientes ei humiles offeramus. Aue.

Argumentum dicendorum.

Figura Tobiæ ad Christũ.

VErba thematis sumpsimus ex Tobia, de quo dicitur, missus est a patre suo in Rages ciuitatem Medorum, ubi Gabellus erat, cui relinquere debuit chirographum suum, ab eoque recipere decem talenta argẽti, profectus ergo comite angelo Dei bono mansit prima mansione iuxta fluuium Tygris, & exiuit ut lauaret pedes suos, & ecce piscis immanis exiuit ad deuorandum eum. Hanc historiam literalem Christi spiritus & actus nũc viuificat & implet. Nam eo modo quo Tobias filius Tobiæ patris iussa perficiens iter arripuit, sic Deus filius Dei, se fecit viatorem. Tobias & angelus iter fecerunt significantes deitatem & humanitatem Christi simul gradientes. Nec mirum quod homo signet humanitatem, & angelus deitatem, cum. vt aiunt doctores & in sacrificio Abrahæ aries humanitatem signauit, quam proculdubio aptius significabit homo. Et si Isaac expressit diuinitatem a fortiori Raphael qui est angelus propinquior Deo. Vt igitur ait glosa in societate angeli & Thobiæ Dei, & hominis in Christo societas & vnio significatur. Qui plures fecit mansiones vel dietas, prima ad mundum, secunda ad limbum, tertia ad vitam gloriosam resurrectionis, quarta ad cœlum, quinta ad iudicium. Sed de prima, scilicet ad mundum nunc fit mentio, quæ merito dicitur fieri iuxta fluuium Tygris ipsum mundum significantem, nam interpretatur læta velocitas, & ut ait Ioan. Transit mundus & concupiscentia eius. Dauid etiam de rebus

bus mundi scripsit. Ad nihilum deuenient tanquam Psal. 57.
aqua dacurrens. Lætus erat tigris omnibus versantibus apud eum, sed nō Tobiæ propter infortunium ibi repertum, vnde quanuis lætus videatur mundus iste, fuit tamen Christo tristis & suis quibus dixit. Mundus autem gaudebit, vos vero contristabimini. Et sicut tempus lætum velox apparet, quia nolumus, quod finiretur, sic tempus triste semper iudicatur tardum, vnde quia Christo tristis fuit mundus, sic extitit & prolixus donec veniret ad Reges ciuitatem Medorum, quæ passionem eius significat, interpretatur enim tempestas, Psal. 68.
& est illa de qua Christus dicit. Saluum me fac Deus, quoniā intrauerunt aquæ vsque ad animam meam, infixus sum in limo profundi, & non est substantia, veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. Quia tristis est anima mea vsque ad mortem, quæ est limus tempestatis huius vbi detentum me video, non tamen est substantia, quia quod feci non video. In hac ciuitate refugii moratur Gabellus, qui interpretatur terminus, & est crux habitans in passione Christi finiens & terminans eius vitam humanam, propter nos enim terminauit, vitam suam, quos vsque ad finem vitę dilexit. In hoc ergo relinquendus erat, & huic statuendum chirographum, quia Paulus ait, Donauit nobis omnia delicta delens quod aduersum nos erat chirographum decreti quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio affigens illud cruci. De memorato pondere argenti spiritualiter intelligēdo statim subiunxit Paulus. Ex Colo. 2.
polians principatus & potestates traduxit confidenter palans, triumphans illos in semetipsos. Sancti ergo patres spolia quæ Christus duxit erant decem argenti talenta & decima drachma. Sed antequam ad hoc veniret antequam ad Gabellum pertingeret, antequā de hoc mundo exiret ambulans circa Tigris flumen in decursu vitæ prope finem primę mansionis aut dietæ, exiuit ꝑ humilitatem qua exinanitus est, vt lauaret pedes suos, aposto-

apustolos in quibus tanquam in pe libus perambulauit mundum quia ei etiam de his pater dicit. Ponam inimicos tuos scabellum pedem tuorum, id est, subiiciam apostolis tuis aduersarios tuos maxime post ascēsionem. Piscis immanis qui tunc inuasit nostrum Tobiam Iudas fuit, sed quoniam hæc omnia melius patēt in euangelio pręsenti exponam illud in duas partes iuxta duo thematis uerba scilicet exiuit, & lauit, De sextuplici exitu & pari lotione agens.

Diuisio.

Prima pars.

Omnia huius euangelicæ lectionis uerba exitū quendē prę se ferunt, egressumque sonant, incipit enim sic, Ante diem festum paschæ sciens Iesus quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad patrem. Hucusque de animæ Christi exitu fit mentio, quo eam misit in manus patris, Pascha quidem transitum significat, teste Hiero. Et in loco transitum Christi, quia venit hora eius ut transeat ex hoc mundo ad patrem. Sicut sententia quæ vltimo dicitur plus ponderis habet, sic euangelium hoc quod in vespera mortis dominicæ cantatur notabilius est cęteris non solum in sententia, sed in verbis singulis. Vnde nota quod ly ante diem festum paschæ, non refertur ad scientiam Iesu quę temporalis non est, sed ad lotionē de quo inferius aget. Ideoque dixit, Sciens quod quidem tempus nō importat, sed scientiam, & dixit quia venit hora præsentialiter loquens, quia omnia Christo pręsentia erant ante oculos mentis. Sciebat ergo aduentum horę ab ęterno decretum venire. Horam mortis dixit horam eius, quia Dominus mortis & possessor eius est, habens potestatem ponendi & sumendi animā. Nos filii mortis sumus & serui, quia mors dominatur nobis & regnauit ab Adā, non tñ super Christum qui ascendit super occasum & Dominus nomē est illi. Hora eius hora mortis est quā ipse voluntarię delegerat, non ad moriendū tātū vti & nos morimur, ideo sequitur. Vt trāseat ex hoc mundo ad patrem. Peccatores cū mundo transeunt &

Primus exitus ē mortis.

Lucæ.22

Mar.14.

concu-

concupiſcentia eius ad principem mundi huius & tenebrarum harum. Sed Chriſtus ex hoc mundo ad Patrem tranſit per manus graues Iudæorum dicens: Pater in manus tuas commēdo ſpiritum meum. Ioannes ergo hic loquitur de hora nona quæ erit craſtina die poſt meridiem qua ſecundum Marcum expirauit leſus clamans voce magna patrem inuocando tam efficaciter vt petras contereret, terram moueret, monumēta aperiret, & etiam mortuos excitaret, vt omnia ſcirent quia venit hora eius vt tranſiret ad patrem. Quando captus eſt Dominus dixit cohorti. Hæc eſt hora veſtra & poteſtas tenebrarum, quando autem tranſit ad patrē eſt hora & poteſtas ſua, qua tenebras, quæ vſque ad horam nonam durauerant deſtruxit. Credo etiam quod nec ipſa magni iudicij hora terribilior erit quam iſta, in qua etiam inferni viſcera concuſſa ſunt: Et totus mūdus hanc ſenſit horam, quia viſis ſignis in Athenis dixit Diony. Deum totius naturæ mortem ſubire. Sed ad quid Domine voluiſti venire vſque ad hanc horam? vt exitum alium celebret amoris, de quo ſequitur: Cum dilexiſſet ſuos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Si finis & perfectio Chriſti fuit, vt tranſiret ex hoc mundo ad patrem, ad hunc eundem finem dilexit ſuos. Cum dilexiſſet ſuos, eos creans ad vitam æternam in finem vltimū dilexit eos a quo defecerant, complens ea quæ defecerant, vt finē conſequerētur ęternū. Vnde melius q̃ Iacob dicere Chriſtus poterit. En ego morior & erit Deus vobiſcū. ſ. p̱ gratiā nūc, reducetque vos in terram patrū veſtrorum. ſ. per gloriam. Propter primū dicitur. Cum dilexiſſet ſuos, & propter ſecundū additur. In finem dilexit eos. Multū exiuit Chriſtus per amorem, quia cum inimici eius apponerent peccare ei, addētes præuaricationē, in finem quando nouiſſima eorum erant amara quaſi abſinthium plus dilexit eos, quāuis darēt ſibi odium pro dilectione ſua. Sed ne nos ſimilia faciamus, & vt exēplū caute daret, exiretq; vſq;

Secunda eſt exitus amoris.

Gen. 48.

Tertius exitus dicitur exēpli.

ad mundi finem, de vno eorum scribi iussit, hoc quod nunc sequitur: Et cœna facta cum iam diabolus misisset in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Ischariothis. Ecce fratres iste est piscis immanis, qui nostrum Thobiam inuasit, vt eum morti tradat, & in flumen aquæ immensæ passionis demergat, sicut Tobias magnum piscem expauit atque pertimuit, & exclamans voce magna dixit angelo: Domine inuadit me: Noluitque nocere inuasorem. Sic Christus Iudæ nocere noluit sed prodesse. Tamen imperante Deo primo piscis iste tractus est siccũ subtracta ab eo gratia dei. Scd̃o apprehendit branchiã eius, quæ fuit eius dignitas, quam subtraxit ab eo, vt episcopatũ eius accipiat alter. Exenterauitque eum quando eius dolositatem aperuit carpens eum in cœna, & quasi arcana insidiarum eius reserauit Apostolis. Cor eius & fel & iecur etiam reposuit sciens ea necessaria ad cautelã & ad terrorẽ aliorum peccatorũ, & igne inferni assauit carnes eius. Per cor autem ipsius astutia intelligit̃, qua dixit. Quem osculatus fuero ipse est, tenete eũ, & ducite caute. Per fel nequitia qua contra Christi præualuit charitatem resistens spiritui gratiæ. Per iecur, vbi est calor, intelligitur cupiditas auaritiæ radix omnium malorum quæ erat in eo, Hæc igitur Christus reposuit. s. in scripturis suis vt & nos caueamus. Quia factum Iudæ cũ merita pœna notũ factũ est omnibus habitantibus Hierusalẽ. De anima Iudæ optime dici valent hæc verba Dei Domum
2. Par. 7. hanc quam ædificaui nomini meo proijciam a facie mea, & tradã eam in parabolã & in exemplũ cunctis populis, & erit in prouerbiũ transeuntibus. Vidimus ergo tertium exitũ qui vsque hodie perdurat, quo Christus Iudã exire fecit a cœna, ne audiret sermonem quem facturus erat immẽsi amoris. Quartus exitus est diuinus de quo statim sequitur: Sciens Iesus quia omnia dedit ei pater in manus, & q̃a a Deo exiuit, & ad Deum vadit. Ter fit in his verbis de patre mẽtio, q̃a tñ exiuit Christus

Quartus exitus est diuinus.

ſtus a patre & vadit. Primo æternaliter ante luciferum genitus, & ad eum vadit ex tunc, amorem rependit is cum ſpirat ſpiritum ſanctũ. Secundo exiuit factus mortalis, ſed vadit abſorpta morte in victoria. Tertio exiuit anima Chriſti a Deo per creationem, & vadit creaturas auerſas reducens. Non ſic Adam qui a Deo exiuit, ſed non redijt, quanuis ſolius hominis proprium ſit ad Deum redire a quo exijt. Propter hunc triplicem exitum omnia dedit ei pater in manus, primo iure hæreditario, quia filius & hæres. Secundo iure amicitiæ, quia factus homo, nimis amicus erat, tertio iure acquiſitionis ex titulo victoriæ quam in bello paſſionis obtinui. Quia vt ait Gerſon, Victorem cuncta ſequũtur. Hic exitus dicitur magnus triplici magnitudine, vt notat Tho. ſcilicet poteſtate, quia omnia dedit ei pater in manus etiam traditorem & infernum Secũdo eſt magnus auctoritate, quia a Deo exiuit ſcilicet vt legatus a latere vt abſoluat peccata etiam totius mundi, diſpenſetque cum toto limbo & purgatorio.

Tertio eſt magnus ſanctitate quoniam ad Deum vadit; in quo tota conſiſtit ſanctitas etiam angelorum. Aliter autem incedentes deuiant. Quintus exitus humilitatis eſt, quia, præmiſſa Chriſti maieſtate in ampliori habetur reuerentia eius humilitas, de qua ſequitur, Surgit a cœna, & ponit veſtimenta ſua & cum accepiſſet linteum præcinxit ſe, deinde miſit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes diſcipulorum ſuorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus, O maximam Ieſu Chriſti humilitatem, qui nihil differt a ſeruo, cum ſit Dominus omnium a ſeruo ſuo Samuele de quo dicitur, Samuel autem miniſtrabant ante faciem Domini puer accinctus ephot lineo. Iſte ante faciem Domini. Chriſtus aũt ante pedes ſeruorum ſuorum, imò & Iudæi inimici ſui, qui quoniam cor habet immundum & cæcum non conſiderat myſterium. Cæteri autem vt ait Cypri. pauent diſcipuli, nec audent obloqui. & quaſi

Quintus eſt humilitatis.

ecstasis teneat eos, vel mens alias rapta peregrinetur, nec magistro resistere, neque quid hoc sit, vel cur fiat inquirunt. A minoribus incepit Christus, secundum Cyprianum, quibus tacẽtibus Petrus sciens quia perhibuerat ei testimonium, quod filius Dei viui esset, & q̃a verba vitæ æternæ haberet, iudicans apud se indignum & inconueniens sanctum sanctorum flectere genua ad pedes peccatorũ. Neutiquã, inq̃t, tu mihi pedes abluis, Et huius humilitatis substinere obsequium non est nostrũ, qui adorare debemus in loco vbi stãt pedes tui, & satis est nobis quod sicut catuli de mensæ tuæ reliquiis manducamus. Honor tuus Deus iudicium diligit, & æquum est, vt omnis terra adoret te, & in nomine tuo omne genu flectatur. Verum quod tu ante figmentum tuum curuaris, quod seruis pedes abluis no competit maiestati. His & similibus quæ intus Simon tractat respondit Iesus. Quod ego facio tu nescis modo, scies autem postea. Non tollit ab eo admirationem, sed auxit dicens æquiualenter ei. Nunc.n. ignoras q̃d in hoc opere figuratur mysteriũ, quod feci, & quod facturus sum, & quod facturi estis. Nam surrexi ad cœna paternæ beatitudinis quãdo veni ministrare, & carne virginea præcinxi me, atque in animæ meæ peluim aquã viuã misi gratiarũ, de cuius plenitudine accepturi sunt ẽt viri mũdissimi. Et ẽt crastina die surgam a cœna vitæ huius & linteo trito passionis mundæ quia immerite tantũ præcingar strictius vt moriar mittens aquã lateris abortam in peluim crucis pro ablutione peccatorũ & menstruatæ. In hoc etiã doceo vos à diabolica cœna peccati surgere, ac vos præcingere castitate, vt in peluim pœnitentiæ aquã mittentes amare cõtritionis linteo satisfactionis abstergamini, vt eucharistiam possitis accipere. In hoc ẽt mysterio loquens B. Bonauen. super Ioan. ait: Linteo carnis passionibus trito se præcingẽs misit aquã meritorũ suorũ in peluim ecclesię, q̃ est eius donorum cõtẽtiua, vbi lauamur nũc, q̃d ille cœpit. E linteo tersit

Lotio quadruplex signat mysterium.

pedes,

pedes, quia ſpe gloriæ ſuæ humanitatis lacrymas noſtrorum affectuum mitigat. Reaſſumpſit ueſtes gloriæ conſummato opere noſtræ redemptionis. Vbi aduerte quod ſicut nunc in linteo manſerunt ſigna terſionis. ſic in humanitate Chriſti relictæ ſunt plagę in ſignũ quod terſit immunditias noſtras cum eis. Nec his myſteriis cederet Petrus de quo ait Cypria. Habebat in excuſatione ſua zelum Dei Petrus, ſed non ſecundum ſcientiam. Et tolerabile aliquo modo uideretur, quod humilitas ſuggerebat, ſi non obſtinatio reſiſtere præceptori niteretur, non lauabis, inquit mihi pedes in æternum. Ego ſi oportuerit me mori tecum paratus ſum. Hoc enim debeo. Hoc amplector. Pro te libenter ceruicem porrigo percuſſori, ſed Deum meum & Dominum meum ad pedes meos proſtratum non patior, non audeo ſuſtinere. Simili modo & Ioannes uenienti Domino ad baptiſmum tẽtauit reſiſtere, ſed manſuetius increpatus illic obediuit, & quia ſuper hoc etiam reſponſum acceperat, licet territus, acquieuit. Vnde ut Petrus etiam acquieſceret ait Dominus: ſi nõ lauero te, nõ habebis partem mecum. Nil horribilius audire poterat Petrus, Hic beatus Chryſoſt. quærit quare Dominus non dixit Petro, cuius gratia hoc faceret, ſed minas interpoſuit. Et reſpondet, quod Petrus perſuaſus nõ fuiſſet. Si enim dixiſſet, ergo ideo facio, ut uos humilia ſapiatis. promiſiſſet ſe utiq; Petrus humiliter ſapere, vt nõ propter hoc eum Chriſtus lauaret. Nunc autem hoc dixit, quod maxime timebat Petrus ſcilicet ſeparari ab eo. Vnde reſpõdit Dñe non tm̃ pedes meos, ſed manus & caput tibi lauanda porrigo. quia cum propter te relinquo uxorẽ, liberos & mundum, nil mihi, remanet niſi Dñs meus Ieſus pars mea Deus cordis mei. Dũ Petrus ſe totũ lauandũ porrexit in peccatis natũ totũ ſe cognouit, & arbitratus eſt ſe in aliquo delicto mortali deprehẽſum ꝑ Chriſti oculos oĩa uidentis, qđ ſibi latuerat, nouerat quippe dictum ad Moyſen, quòd nõ niſi ob peccatũ homo ſepa Exo. 32.

ratur à Deo, vt nõ habeat partem secũ. Et vt hanc Christus ab eo se moueret credulitatem, & scrupulum dixit. Qui lotus est, scilicet à peccatis vt tu es, non indiget, nisi vt pedes lauet à puluere vanæ gloriæ, quæ mundiores magis inuadere solet. Certior igitur redditur Petrus, ꝙ non sit ille nec alij ꝑter Iudã in mortali peccato, quamobrem dixit Iesus: Vos mundi estis, sed non omnes. Sciebat enim quisnam esset qui traderet eũ propterea dixit: Non estis mundi omnes. Postquam ergo lauit pedes eorum, accepit vestimenta sua, & recubuit. Super hoc Alcui ait: Impleta redemptionis nostræ purgatione per sanguinis effusionem accepit vestimenta sua tertia die de sepulchro resurgens & eodem corpore iã immortali vestitus, & cum recubuisset ascendens, in cœlum in dextra paterna deitatis recumbens. inde venturus est ad iudicandum. Ex humilitatis exitu venit Christus ad exitum doctrinæ quo euangelium clauditur. De doctrinæ quidem exitu dicitur: Exiit qui seminat &c. de hoc ergo exitu sequit̃ nũc: dicit eis Iesus: Scitis quid fecerim vobis? à factis incipit Christi doctrina velut à demonstratione, vt citius accertius mentibus auditorum imprimatur. Nec vllus indoctus euadat. Nã euidẽtia facti astantes compellit rem scire. Ideoque approbans cum eis doctrinam suam dixit. Vos vocatis me magister & Domine, & bene dicitis. Sum etenim. Vocare Christum magistrum & Dominum est eũ sequi fide, & ei obtemperare opere, vti Apostoli fecerunt, quos triplici iure monuit Dominus ad opera humilitatis. Primo iure dominij, secundo iure magisterii, tertio iure sequelæ propter exemplum datũ. Vnde subdit. Si ego laui pedes vestros Dominus & magister & vos debetis alter alterius lauare pedes. Quælibet trium rationum per se sufficeret eos monere magistrum, vel dominũ vel datum exemplum. Tamen vt eos efficacius moneret hoc triplici inductiuo allexit eos, vt alter alterius lauarent pedes humanitatis obsequia etiam mini-

Sextus exitus est doctrinæ

ma impēdens Et vt ait glosa. Peccata dimittere & pro inuicem orare, vt sic etiam pedes animæ lauemus. Hoc enim Deus fecit in typum dimittendi iniurias, & mutuo subuenienti peccantibus orando & parcēdo, subdidit enim. Beati eritis si feceritis ea. Quod de sola pedū ablutione non dixisset. Exit ergo Iesus vt lauaret pedes suos non solū Apostolos, quos diximus esse pedes Christi, quibus mundum subiget sed & nos qui sumus etiā pedes eius, velut vltima Christi pars, imò & mūdi, quia teste Paulo, nos sumus ī quos fines seculorū deuenerūt.

De lotione varia secunda pars.

Prima lotio sanguinis ē.

Postquam vidimus multiplicē exitū Christi in euangelio præsenti celebratum, nunc in secunda sermonis parte videndum superest de multiplici lauacro, vt sic etiā iuxta verba thematis videamur procedere, vbi dicit. Exiuit, vt lauaret pedes suos. Primū lauacrū de quo in sacra pagina fit mentio sanguinis est non solū apud Hebræos, vbi omnia fere in sanguine mūdabantur. Sed in ecclesia verius est hoc lauacrum, de quo dicitur. Sanguis Christi emundauit conscientias nostras ab operibus mortuis ad seruiendum Deo viuenti. Hoc lauacrū est in cœna Domini, vbi calix sanguine plenus erat, de quo dicitur. Hic calix nouū testamētū est in meo sanguine. Nouū quia nouas generat mētes ei qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Secunda vero lotio baptismatis est de qua dicitur. Per lauacrū regenerationis & renouationis Spiritussancti quē effudit in nos abunde per Iesum Christū saluatorē nostrū, vt iustificati gratia ipsius hæredes simus. Hic de beata trinitatis fit mentio quæ tota operatur in ablutione baptismatis. Pater abluit intellectum per fidem quam infundit. Filius memoriam per spem collatam, Spiritussanctus voluntatem per additam charitatem. De hac etiam lotione fit in hoc euangelio mentio, vbi dicitur. Vos iā mundi estis, sed non omnes. Ex hoc n. arguit Alber. q Apostoli baptizati essent, aliter enim non diceret Chri-

Secunda baptismi. Tit 3.

stus Petro: Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet. Est & tertium lauacrum pœnitentiæ de quo rex Dauid perhibet: Lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis mei stratum meum rigabo. Noctes sunt peccata quæ sigillatim flenda sunt. Stratum est cõscientia quæ causa pœnitentiæ lacrymis riganda est, alioquin non præmitteret Dauid: Quoniam non est in morte qui memor sit tui. s. agendo integram pœnitentiam. In inferno quis cofitebitur tibi? q.d. nullus quoniam a mortuo quasi perijt confessio vt ait Sapiens. Vnde propterea subiunxit regius Propheta: Laboraui in gemitu meo scilicet contritionis. Hoc lauacrum pœnitentiæ in hac etiam ablutione monstratur quia Cypri. ait: Nec obstruxit fonti misericordiæ suæ ostia Deus meatusque multiplices, sed obuiat fugientibus, & cogit regredi desperatos, ostendens eis pœnitentiæ viam qua nulla latior inuenitur, & reuersis dat, vt iterum eis prosint sacramenta iniuriata, quorum si pœnitentia non subesset, nullo modo deinceps experiri possent effectum. Propter hoc benignissime Domine pedes lauas discipulis, quia post baptismum & eucharistiam, quæ sui reuerentia non patitur iterari, aliud lauacrum procurasti, quod nunquam debeat intermitti. Et paulo infrà in eodem sermone cœnæ dicit. Hoc lauacrum quotidianis est excessibus institutum, & iugis retractatio vsque ad nouissima veniens, omnia debet opera & cogitatus singulos perscrutari, & affectus per vitia discurrentes, vagam instabilemque animam per inania euehentes corrigere & lauare, nec quicquam in vita prętermittere indiscussum, quod gemitibus & suspirijs non fuerit expiatum. Hæc ille. Trade igitur per confessionem teipsum sacerdoti qui per manuum absolutionem te abluet, & linteo satisfactionis te absterget. Si tamen paras peluim cordis non superbia petris plenam, aut auaritiæ subuersam, aut luxuriæ luto immundam. Sed ad cœlum patulam aqua implendam gratiæ, seu aqua lacrymarum

Tertia pœnitentia.

Psa. 6.

à pu-

a puteo contritionis extracta situla fidei per chordam spei. Fornax ardens charitatis eam calefaciat proiecto intus cinere per tuorum recordationem peccatorum. Ut notat Gre. Quartum est lauacrum eleemosynæ, de quo Dominus dicit, Date eleemosynã, & omnia munda erunt uobis quoniam ut ait Tobię angelus, ipsa est quæ purgat peccata, & facit inuenire vitam ęternam, Hoc lauacrum est etiam in mensa Domini, quæ esurientes impleuit bonis & diuites dimisit inanes. Pro pauperibus spiritu euchariſtiam instituit Christus, hãc eleemosynæ largitionem quasi legatum testamẽti sui egenis conferendam decernens, non pro dantis mundatione, sed recipientis. Si enim antiquitus sanctificabatur tangens carnes sacrificii occisi pro peccato, quanto erit mundior agnum Dei suscipiens & amplectens, nõ solum tactum sed gustatum? Quintum lauacrum est doctrinæ de qua Christus ait, Vos iam mundi estis propter sermonem meum. Verbum Dei prolatum lauat intellectum ab errore, operatum vero etiam abluit voluntatem à prauo amore. In pręsenti autem sermone non solum Christus vocatur magister verbo docendo, sed etiam opere dicitur Dominus, vigilat enim super verbum suum, vt faciat illud. Ait enim, exemplum quidem dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, ita & uos faciatis, Vnum dicit se dedisse exemplum, cum plura inueniamus in hoc euangelio, quod est, ut notat Huber. figuratum in cãdelabro aureo qđ viditZacharias, ubi erãt septẽ lucernæ splẽdidę ob septẽ exẽpla, q̃ nobis ingerit Christus in hoc euang. mũdũ illuminantes. Primũ est humilitatis, de qua nõ satis me dixisse puto, cũ angeli hãc primo in Christo euexerint dicẽdo pastorib. Inuenietis infantẽ pãnis inuolutũ positũ ĩ p̃sepio. Ego nescio quid dicã, nisi quod inuenietis eũ qui sedet sup̃ cherubin ad pedes iam piscatorum deiectum eos lauantem & osculantem. Secundum ex emplum ex largitatis qua cœnam fecit pauperibus. Tertium patientiæ tolerandæ

Quarta ẽ lotio eleemosynæ. Luc. 7. Tob. 12.

Leui. 14. Quinta locatio ẽ doctrinę. Zach. 4.

lerando Iudam. Quartum abstinentiæ in lactucis agrestibus, quas comedit. Quintum est charitatis, qm̃ in finē dilexit eos qui erant in periculo mundi capaces amoris sui. Sextum munditiæ, vel in lotione aut in linteo quo præcinxit se, quod castitatem denotat, qua lumbi eius erant præcincti. Septimum est exemplum diligentiæ, qua expeditius quo potuit impendit obsequiū oībus discipulis suis nimis commendatum, vitæ actiuæ diligentiam imprimens animis eorum. Sexta lotio lacrymarum est, quæ quidem non defuit in præsentiarum. Quis.n. potuit videre Dominum angelorū ad pedes peccatorum eos lauantem, tergentem & osculantē, quin amare fleret? non quidem sine fletu dixit Petrus, Dñe tu mihi lauas pedes? multum quidem se Petrus, cognouit & Christum qñ dixit hoc. Tu meos pedes lauas manibus quibus cæcos illuminasti leprosos mūdasti mortuos suscitasti? ac si te non agnosceres, nec æstimare te velles, sed contra honorem tuum pugnare. Attende te Dñe & me. Si humilem iudicauimus Magdalenam, quæ lacrymis lauit pedes tuos, iam tu ipse humilitatis terminos trasgrederis. O Domine si aīa mea ceruical esset vbi genua tua poneres: Quis contemplari posset qualis erat cogitatus tuus Domine Iesu, quando eum lauabas, qui leuaturus erat cōtra te calcaneum suum, vt magnificaret super te supplantationem. Vel quando oēs lauas, qui te relicto fugam arripere nō uerebuntur. Vel quando lauas Petrum & Ioannem qui statuent sequi te, donec videant finem tuum. Quanuis hoc non ex toto perficient, alter. n. exibit foras, vt defleat amare negationem suam, alter vero curret ad mœstissimam matrem tuam durus nuncius. Quid igitur lauas pedes tam cito inquinandos? si qui pedes necesse habent lauari tui ipsius sunt. Quos non solū mater tua, si adesset, in peluim oculorum suorum lacrymas mittēs lauaret. Sed quisque fidelis dum tamen sciat stationes quas peragrare debeant nocte hac & in die veneris sancta,

Sexta lotio est lacrymarū

Ioan. 13.
Psal. 60.

cta,ad quot lapides offendes pedes tuos quibus funib. ligandi sunt,imo & clauis terebrandi.Quis.n.vel ferreū pectus hæc apud se cogitans oculo tenus non abundabit lachrymis? ò si teneriores faceres pedes Iesu lachrymis tuis, ne tantum clauis resisterent, quia vbi maior est resistentia ibi amplius dolet. Videas Christiane illud quod malo hospiti Christus improperat dicens, Intraui in domum tuam,& aquam pedibus meis non dedisti. Luc 7. Nunc intrat Christus domū luctus.i. passionem nobis debitam,saltim debes ei aquam lacrymarum pedibus suis compatiens & considerans quibus patitur affectibus. Imo & butyro deuotionis,vt pedes beati Iob,debemus Christi lauare pedes, vt liquefiat anima iusti præ amore patientis, quia soluentur & lapides, & lamentabitur totus orbis etiam sol & luna, Imo & angeli pacis amarè flebunt, aut optabunt posse flere videntes quomodo moritur iustus & nemo considerat. Eccle. 9.

In parasceuen de compassione Domini Iesu.

Sermo sexagesimus secundus.

THEMA.

Ab infantia mea creuit mecum miseratio,& ab vtero matris meæ egressa est mecum. Iob.31.

Inuocatio ad virginem tenerrimam.

A Duobus in themate adserit Christus se incrementum miserationis consecutum, videlicet ab infantia, & ab vtero matris suæ Mariæ. Nam beatum Iob scitis ex Greg. ad vnguem Christi fuisse typum, ideo in eius persona dicit, Ab infantia mea &c. vterus virginis locus miserationis est, vbi filius Dei viscera sum- Loc⁹ misericordiē uteru Maria.

psit misericordiæ humanissimæ, vt paria nobis sentiret nobiscum. Vt ergo sciamus quantæ misericordiæ cõnaturalis sit Christus, & quantum dominetur ei pronitas & inclinatio miserendi, oportet primitus perpendere q̃ multæ misericordiæ sit uterus Mariæ, ex quo naturalẽ inclinationem ad miserendum filius Dei cõcraxit. Cæteri filii naturaliter & patris & matris æmulatores sũt, Christus autem cum in humanis careat patre, omnem bonam idolem traxit ex sola matre, de quo gloriatur dicens, Ab infantia mea &c. quasi gratias refert gratus vtero matris suæ, à quo tantæ virtutis pronitatẽ eduxit.
Pro. 5. Vnde Salomon congratulans Christo dixit ei, Sit vena tua benedicta, & lætare cum muliere adolescentiæ tuæ. Cerua charissima, & gratissimus hinnulus, vbera eius inebrient te omni tempore, & in amore eius delectare iugiter. Hæc ille. Christo loquens, cuius vena est Mariæ venter. Et hæc vena dicitur benedicta, propter multitudinem prolis, nam per naturam facta est Christi mater & per misericordiam omnium bonorum mater est, vnde Christus quasi communem matrem vocauit eã mulierem ex cruce, & libens dedit eam in matrem discipulo sibi dilecto. i. omni Christiano, quem tantum dilexit vt pro eo animam poneret. Cerua, & eius hinnulus est Maria & eius filius, cui dum cruci adstaret, vbera ostendebat exorans eum pro nobis, ne obliuisceretur misereri Deus, aut cõtineret in ira sua misericordias suas.

Christus est misericordia ebrius in cruce.

Ibi Christus fuit inebriatus amore ardenti vt sudaret in horto, & nudatus iacebat in tabernaculo crucis, vt alter Noe, qui & si a filiis sceleratis fuit illusus, neminem maledixit, quoniam mater misericordiæ tenebat eum exoratum & mitem, ne disperderet eos, qui quærebant animam eius. Sed adhuc ponderatio misericordiæ maternalis videnda est, nam & si communiter mulier blandior sit uiro, quia ideo mulier quasi mollis siue molliens dicitur. vnde pro vituperio a quadam fœmina subtraxit Esaias mollitiem dicens: Non est soliũ

filiæ

filiæ Caldæorum, quia ultra non vocaberis mollis & tenera. Ex his verbis Esaiæ patet, quòd mulieribus est teneritudo cordis annexa, & melioribus magis. Cum ergo Maria sit perfectissima mulierum, perfectissime fuit mollis. Vlterius aduerte quòd inter mulieres, illa est maioris misericordię q̃ magis est mater, nam dignitas materna rationem misericordiæ superaddit, quia misericordia in altioribus sedet quietius, vnde apum magistra est plus cæteris misericors stimulo carens. Et reges Israel clementissimi erant. Iam ergo & omni dignitati annexa videatur clementia, plus annexa est dignitati maternæ, quia fere impossibile est, quin mater misereatur filio vteri sui. Ex hoc perpendimus magis misericordem fuisse Mariam ex quo facta est mater quam antea, nam ideo statim cum festinatione visitauit Elisabeth, & Ioanni exhibuit septem opera misericordiæ, cantauitque de ipso Deo. Et misericordia eius a progenie & in progenies timentibus eum. Sed quia Maria est super omnes mater, & magis quàm omnes, videamus gradus in matribus. Nã infimum gradum inter matres tenet ancilla, quia cum non sit sui iuris, etiã si fiat mater parum dignitatis acquirit ex maternitate, veruntamen adhuc fit clementior quàm antea, vnde Agar ancilla Saræ, cum iam filium haberet, contempsit dominam suam, & hac de causa eiecta est a domo domini sui cũ filio suo pane & utre aquæ onerato. Cõsumpta vero aqua & pane ipsa errabat in deserto quærens potum filio, cum aũt minime inuenisset, proiecit puerum subter vnam arborem dicens. Non videbo morientem puerum & sedebat e regione flens largiter, putabat.n. se morituram cum puero, si eum morientem cerneret in vlnis suis. Et tantum compassa est filio, ꝙ angelum commouit, vt eam vocaret, ac diceret. Surge, tene manũ pueri, ecce puteus aquæ, quo reficietur. Alius gradus maternitatis (quem credo minorem priori) est in meretricibus, quæ ignorant ex quo viro concepetunt,

Essa. 47. Mulier quasi mollies herũ dr̃. Plus mater habet misericordiæ quã alia.

Primu gradus matern

Alius gradus maternus. 3.Reg.3. runt,tamen adhuc misericordiam exibent filiis, vt patet in iudicio Salomonis, qui ex misericordia coniectauit, quæ illarum esset vera mater infantis. Nam duæ meretrices perpererunt in domo vna &c.dic historiam, denique altera dicebat. Nec mihi, nec tibi, sed diuidatur. Vera autem mater ait ad regem (commota sunt quippe viscera eius super filio suo) Obsecro Domine, date illi infantem viuum,& nolite interficere eum.

Tertius grad⁹ maternus

Ex hoc rex nouit eam matrem pueri viuentis. In tertio gradu sunt mulieres quæ in matrimonium assumptę honorifice matres fiunt. Hæ sunt magis clementes, vt patet in matre Moysi,quæ videns elegantem filium suum,contra legem regis reseruauit eum tribus mensibus,vt viueret,quamuis ipsa discrimen capitis incurrebat. Denique videns quòd crescens puer altius vagiebat,ita vt perciperetur a uicinis, nec iam seruari vllo modo poterat in fiscella exposuit eum flumini, & filiā præmisit, vt obseruaret quid accideret puero. Tandem ob pietatem maternam infans a filia Pharaonis liberatus Deo cuncta disponente, matri redditur tanquam nutrici, ut eum edtcaret In quarto gradu sunt fœminæ quæ vltra matrimonium concipiunt miraculo,vt Sara sterilis,quæ oratione Isaac concepit. Hęc tantum amauit filium sibi obtemperantem vt eligat maledici, quatenus ipse benedicatur a patre, vnde cum Iacob timeret maledici, mater dixit ei. Super me sit ista maledictio fili mi. Tandem cum hæc videret, ꝙ Esau dixerat,veniet luctus patris mei, & interficiam Iacob fratrem meum,timens filio aiebat. Cur vtroque orbabor filio in vna die? tandem misit eum in Syriam, vt viueret. In quinto gradu materno est sola beata virgo, quia sola,concepit virgo,ideo plus tenetur amare filiū, sibi seruantem integritatem nec diuidentem amorem debitum in humanum patrem, vnde Maria velut in s. gradu maternitatis constituta excedit metas amoris,nā sicut medici non loquuntur nisi de quatuor gradibus

Quartus grad⁹ maternus.

Quintus grad⁹ maternus

caliditatis,dicentes q res quæ eſt calida in 4.gradu, eſt calida in ſummo, quia quintus gradus calidi non eſt in notitia noſtra, nec poſſumus eum explicare, ſic ego dicam, q quintus gradus maternitatis non eſt expo nibilis, nec poteſt in notitiam veſtram deduci, ideo ad quatuor priſtinos reuertamur, quia quintus continet 4.priores, qui reperiuntur quoad pietatem in beata virgine nam ſi illa meretrix coram Salomone, antequam filius eius gladio diuideretur, ſenſit ictum & vulnus in viſceribus ſuis,(commota.n.ſunt viſcera eius ſuper filio ſuo)quid ſentiret beata virgo,dum cernebat duas meretrices.ſ.gentilitatem & ſynagogam certantes ſuper infantem ſuum Ieſum,& ambas dicentes vna voce vt diuidatur a corpore anima? certe ad hoc facti ſunt amici Herodes & Pilatus,vt Chriſtum diuiderent,quorũ gladius fuit mors ipſa, quæ animam ſcindit a corpore. Sic enim ſeparat amara mors. Hic.ſ. mortis eſt gladius Simeonis,de quo Mariæ dixerat. Tuam ipſius animam pertranſibit gladius. Non tamen eam ſeparauit a corpore,vt Maria diutius patiatur. De alio gradu maternitatis in Agar ancilla, quid vultis audire,cum ancilla Domini Maria non proiecit filium ſuum ſubter vnam arborem,ne videret eum morientem,ſed ſtaret iuxta arborem crucis,ſuper quam erat filius eius,quem ſiti mori cernebat,vt amplius ipſa patiatur, & moriatur cum illo? Agar vidit filium ſuum ſitim patientem in ſolitudine,vbi nõ erat aqua Maria vero audiuit filium. Sitio clamantem in propria terra,vbi omnium erat abundãtia. Illius filius ſitim patitur in exilio,vbi non habebat amicos,ſed Mariæ filius in patria inter amicos. Illa poſuit filium ſub arbore in vmbra contra ardorem ſolis. Maria vidit filium eleuatum in arbore crucis ad feruorem ſolis. Agar quoque receſſit, ne videret filium morientem,iſta conſtanter ſtabat iuxta crucem videns filium expirantem. Agar ſedet in terra & fleuit, Maria ſtetit,& planxit,quia locum ſedendi non habuit &c.

Gladius eſt mors

Maria eſt Agar.

Si

Si ergo illa de tali filio & tam pauca passo tantum doluit, quid de Maria sentiendum putas? de 3. gradu qui fuit in matre Moysi, nota quòd etiam Maria contra regis voluntatem abscondit filium suum nam sicut rex Pharao volebat interficere Moysen, sic rex Hærodes Christum quem abscondit fugiens cum eo in Aegyptũ Maria, sed tandem quia persecutio imminet, & vrget, coacta est filium ponere in fiscella crucis, & eum exponere cursui fluminis, & decursui passionis cõmisit eũ dicẽs filio. In mari via tua, & semitæ tuæ in aquis multis. Tamen iuxta fluenta crucis, iuxta passionis vehementiam, & impetum stabat, expectabat, ut videret, quid filio accideret. An scilicet filia Pharaonis descenderet eũ liberatura, an Iudæa quæ sub Pharaone fuerat in Aegypto, vellet iam Christo compati, quæ quidem descendit ad spectaculum illud, sed non ad compatiẽdum, sed ad irridendum. Filia Pharaonis miserta est Moysi naufragium patientis in Aegypto synagoga vero non est miserta sponsi sui morientis in patria, sed addens prævaricationẽ adhuc, iniquitati cõgaudebat, ita vt Iesus conquestus dicat. Super dolorẽ vulnerum meorũ addiderunt. Illa miserta dixit. De infantibus Hebræorum est hic. Synagoga vero dixit. Si filius dei est, liberet eum, si vult. Si filius dei est descẽdat nunc de cruce, & credimus ei. Maria hęc audiẽs de filio suo, intus tabescebat, & cruciabatur spiritus eius in ea, tamen adhuc habet spem, ꝗ sicut matri Moysi restitutus est puer liberatus a naufragio, sic ei restituetur Iesus in die resurrectionis liberatus a morte. In quarto loco erat Sara sterilis, quę oratione mariti conceperat. Maria vero quia virgo permansura erat, sterilis iudicatur ante incarnationem Dei. Nec habet qui pro sua oret fœcunditate, quam ipsa non cupit, nec orat, ut sterilitas amoueatur a se, immo angelus missus à Deo eam orauit, vt uellet fieri mater, quæ dũ filium vidit patientem, poterat cum Sara dicere, si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit me cõcipere? quid ne-

[Margin notes: Mater Moysi & Maria. — Exo. 2. — Maria est Sara. — Gen. 25]

necesse fuit me Dei filium ad tantum laboris cōcipere, cum alius facilior modus dari possit ad redemptionem humani generis? ego quidē fili duxi te, ego te introduxi, vt hæc patereris, quia passibilem mihi similem te cōcepi. Ego te pellibus mortalitatis contexi, vt in eis mori possis, sed mors tua erit patri tuo in odorem suauitatis, vt benedicat tibi in æternum, quamuis nunc frater tuus Esau populus Iudaicus persequatur te tanquam deceptorem & latronem, ac si velles subripere primogenita sua, cum tu veraciter sis primogenitus dei. Ecce iam venit luctus patris tui, qui omnia luminaria cœli mœrere & quasi lugere facit super te, videns quod te interficit Esau frater tuus. En vtroque orbor filio vna die. Hæc Maria virtualiter in corde suo conferebat quæ non minus dolui de peccato populi Iudaici, qui spiritualiter sub Christo quasi sub elephante occubuit, quam de morte ipsius Christi. Eleazarus suppositus elephanti, occidit eum, & occisus est ab eo, quia cecidit super eum animal, & hoc petit populus dicens, sanguis eius sit super nos Super quem vero ceciderit, conteret eum. Dicat ergo Maria cum Sara. Cur vtroque orbabor filio in vna die? primogenitus dei moritur hodie, & primogenitus meus Israel succumbit, & perit. Cur vtroq; orbabor filio in vna die? ecce fratres mei quomodo Maria cunctorum viuentum mater omnibus condolet, pro omnibus in corde suo passa est, vt Sara quæ vtrique filio condolebat, vnde iure nos admonet Propheta dicens. Audite me, qui sequimini quod iustū est, & quæritis Dominum Attendite ad petram vnde excisi estis, & ad cauernam laci de qua præcisi estis. Attendite ab Abraham patrem vestrum, & ad Saram quæ peperit vos. Expositio huius prophetiæ est in glosa nostra super Missus est capite 110. & 111. tamen nunc aduerte qđ Esaias antequam defleat passionem Christi inuitat sequentes quod iustum est. i. compatientes Christo, quia nil iustius quam conregnare volentes compatian-

Occidēs Christū occidit. 1. Mac. 6.

Mat. 6. Mat. 3. Gen. 27.

Esa. 51.

Iustum est compati regi nostro.

patiantur. Hi quærunt Dominum in cruce primo, deinde in titulo regni, vt participes fiant in tribulatione, & regno. Ad hæc dat nobis Mariam in exemplum dicens, quod attendamus ad petram, & ad cauernam, sed quia forte non capis, clarius subintulit dicens. Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Saram quæ peperit vos. Abraham Christus omnium pater in cruce, Maria vero cunctorum mater iuxta crucem sunt, attendite filij, quia ibi alter, genuit nos tanquam pater, altera peperit nos tanquam mater. Ille ibi erat tanquam petra, teste Paulo, habens foramina & aquas dolorum emanans. Sed Maria erat cauerna laci in se recolligens omnes filij dolores, & cruciatus, ne perirent. Pro nobis equidem abluendis hoc faciebat. Vnde per Psalm. dicit. Abissus abissum inuocat, in voce cataractarum tuarum, omnia excelsa tua, & fluctus tui super me transierūt, in die mandauit Dominus misericordiam suam, & nocte canticum eius. Abissus passionis Christi matris abissum & abisalem dolorem inuocabat & conuocabat ab compatiendum, & voces erant vulnera Christi, quæ lamentabiliter cordi Mariæ clamabant, ita vt conquesta quasi præ multitudine ferre non sustinens dicat. Omnia excelsa tua, id est, subtiliora vulnera cordis tui, & fluctus tui, id est, passiones corporis tui, super me transierunt opprimentes animam meam. Tamē trāsierunt ad filios gratiæ tuæ per me. quoniam in die in me quæsum dies per lucidam & viuam fidem mandat eis Dominus misericordiam suam, quam velut cauerna laci seruo eis, cui nocte passionis canticum lamentabile debent ei offerre, quoniam abissus passionis abissum requirit compassionis, quem in cauerna laci, in cauerna sanguinis Christi Maria, inueniemus [illegible], quia tristis mater nil gratius prestabit nobis [illegible] flendi gratiam, pro qua ei offeramus, Aue.

Psal. 41. Abissus Christi vocat abissum. Mariæ

Argumentum dicendorum in passione compassionis Christi.

DEi filius nõ dicit quod ab infantia sua incepit miseratio eius, sed quod ab infantia creuit secũ, erat quippe ab æterno misericordia secum, quam contemplabať in monte ille qui dixit Dominator Domine Deus misericors & clemens, patiens & multæ misericordiæ ac verax, qui custodis misericordiam in millia &c. In monte deitatis magna erat misericordia filij Dei, sed postquam descendit ad vallem lacrymarum, postquam miserias nostras expertus est, mirificauit misericordiam suam super timentes se, creuitque misericordia eius dicente Pau. Et quidem cum esset filius dei, didicit ex his quæ passus est obtinentiam, & consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi cã salutis æternæ, appelatus à Deo Pontifex. Ne putares, quod Paulus derogabat scientiæ Christi ab æterno inquantum Deus, & ab instanti conceptionis inquantum homo scientis omnia præmisit, & quidem cum esset filius Dei, cum esset ipsamet sapientia adhuc didicit. Duplex est scientia. s. simplicis notitiæ, quam Christus non didicit. Altera est experientiæ, & scđm hanc didicit, nã experientia est magistra rerum, ẽt Christo, de quo ait sanctus Tho. super hunc locum. Cum. n. sit filius Dei ab æterno, & secundũ hoc nec pati posset, nec cõpati, assũpsit naturam in qua posset pati, & sic etiam posset cõpati. Hæc ille. sed quid Christus didicit? certe misericordiam aut misericordiæ incrementum, quoniam & Paulus ait. Non habemus pontificem, qui non scit compati infirmitatibus nostris, qui condolere possit his qui ignorant, & errant quoniam & ipse circundatus est infirmitate. Sed a quo magistro didicit Christus a flagello, talis magister durus est, sed valde bene docet. Sic & sanctis & Christo idem magister præfecit pater Exo. 1. Præposuit eis. i. Hebræis magistros operum, vt affligerent

Misericordia Dei æterna. Exod. 34.

Heb. 5.

Duplex est scientia.

rent eos oneribus. Quid ergo mirum si nos erudimur flagellis, ex quo Dei sapientia didicit ex passione obtinentiam patris, quæ fuit vt saluetur mūdus per ipsum, & patiatur pro eo? vnde Bernard. ait, Pati voluit Christus, vt compati sciret, miser voluit fieri, vt misereri disceret. Ecce igitur quomodo creuit misericordia Dei, qui ait, Ab infantia mea creuit &c. quæ est infantia Dei nisi incarnatio verbi diuini, qua verbum caro factum est & verbum æternum infans fit? Hoc sane intellexit Hier. dicens, Creauit Dominus nouum super rerram, fœmina circundabit virum, quod ista creatio de qua loquitur Hier. sit incarnatio verbi ad literam patet per Esa. dicentem, Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum, aperiatur terra, & germinet saluatorem, & iustitia oriatur simul, ego Dominus creaui eum. Creauit ergo spiritus sanctus in vtero Mariæ virginis saluatoré omni nostra iustitia plenum qui dicitur a fœmina circundatus. i. a carne nostra, qua verbum fit infans. Ex quo se vidit infirma circundatum carne, incrementum subitum misericordiæ acquisiuit etiam ab vtero matris filius Dei, quia ex illo instanti nobis propitius & misericors & compatiens fuit, alioquin cur ibi diceretur vir, nisi viri opera faceret? fœmina quidē misericordia fuit, quæ etiā in vtero Mariæ circūdedit eum, vt nostri misereretur. Sed aduerte quod tria requiruntur ad misericordiam. s. voluntas charitate informata, & miseria cognita, & actus voluntatis circa miseriam Hæc tria Christo adfuerunt a conceptu suo, ideo ex utero Mariæ festinat, ut misereatur præcursoris, & ex præsepio pastorum misertus est & Aegypti, unde Aegyptum uisitauit. Denique per totam uitam suam creuit secum miseratio, usque dum brachia in cruce extenderet. Sed quærendum esset, quantum creuit miseratio Christi, quæ tam cito incepit? ad hoc dici posset, quod creuit tā tum eius miseratio quantum creuerat nostra miseria, & ab eo loco incepit eius misericordia, a quo incipit nobis

Misericordia dei creuit ī cruce.

Infantia dei est incarnatio.

Hier. 31.

Esa. 45.

Incarnatio dicitur creatio.

Lege Sco. in 3. d. 18.

bis adhærere miſeria, & eo vſque durauit eius miſericordia, quouſq; deueniret in locum miſeriæ ſuorũ. Sed adhuc ingerit ſe alia qõ nobis enodanda, videlicet quænam ſit miſeria hæc (ſunt.n. variæ miſeriæ) quæ neceſſario Deũ requirit miſericordem, quia non potuit releuari, niſi per diuinã miſericordiam. Huic Scot. rñdit in 4.d.49.q.7. dicens: Miſeria eſt eſſentialiter culpa nõ pœna vel triſtitia, quanuis ſcd̃m quid eſt quæcunque pœna miſeria. Hæc ille, vbi nota quam infœlix ſit culpa, quantumq; miſerrima ex qua omnis pœnalitas hẽt, vt miſeria dici queat, & ſine ea nulla eſſet miſeria, vnde Sapien. ait iuſtitia eleuat gentem, miſeros aũt facit populos peccatum. Iuſtitia originalis quã recepit Adam pro ſe, & pro poſteris ſuis nimium eleuauit gentem noſtrã ſimul, ac dignificauit eam, ita quod ea exiſtẽte homines terreni videbantur cœleſtis eſſe naturæ & deitatis conſortes, vnde ex illa eleuatione occaſionem ſumpſit dæmon, vt eos deijceret dicens, Eritis ſicut dij, quia parum intereſt inter habere & prope eſſe. Sic ergo cecidit homo in peccatum, quod nunc originale vocamus, quod miſeros vniuerſaliter facit populos, quemadmodum iuſtitia originalis, ſi non periret generaliter eleuaret totã gentem Adæ. Ecce igitur qũo peccatum eſt per ſe generalis miſeria, &c. mala pœnæ non ſunt per ſe miſeriæ, ſed per peccatum ex quo habent ortum. Ex hac miſeria culpæ prouenit, vt miſer appareat Chriſtus, qui vt tenet Sco. ſine vlla miſeria naſceretur pro gloria generis humani, ſi Adam non peccaret, dum aũt peccauit Adam, Chriſtus naſcitur miſerijs plenus noſtris, quæ fiunt in eo variæ miſericordiæ, & inceperunt ibi, vbi nos miſeri eſſe incipimus, ſcilicet in vtero matris noſtræ, quæ iniquitate nos concipit, Chriſtus autem conceptus eſt in miſeratione huius miſeriæ, quæ miſeratio creuit cum eo, ſicut nobiſcum creſcit miſeria ſcilicet vſque ad inferos, vnde propterea Chriſtus deſcendit ad inferos quaſi ad vltimam noſtrę miſe

Peccatũ eſt per ſe miſeria.

Pro. 14.

riæ metam. Ergo quemadmodum ab infantia mea creuit mecum miseria, quæ de vtero matris meæ egressa est mecum, sic ẽt vt eodem modo redẽptor meus subueniat mihi ait. Ab infantia mea creuit mecũ miseratio, & de vtero matris meæ egressa est mecũ. Non est ille minus misericors quã nos miseri, qui & si iuxta incrementum miseriæ nostræ habuit incrementũ misericordię, qua nobis in dies magis cõpatiebatur, tunc ad summum creuit eius misericordiæ, qñ ipse plus creuit, ait enim Augu. super illud eum oportet crescere, me autẽ minui, Christus creuit extensus in cruce, Ioannes minutus est capite. Ergo dum Christus passionum incrementa sensit, tunc sane magis compassus est nobis. Annis præteritis prædicaui vobis Christi passionem hoc aũt anno eius vellem compassionem ostendere, quæ vt ait Bonauen. maior fuit quam passio, maior inquam re ipsa & tempore, & intensione, & attingẽtia, & subiecto, & merito, & obligatione ad nos. In re fuit cõpassio maior quam passio, quia omnis actus pure spiritualis est maioris efficaciæ quam mixtus. Perfectior est visio spiritualis quã corporalis, & sic de auditu, & sensu. Dum ergo audis quod cõpassio Christi fuit perfectior, oportet vt intelligas, quod magis affligebat eum, vnde propterea dixit. Baptismo habeo baptizari, coarctor nimis donec perficiatur. Ista Christi coarctatio ante passionem, ex compassione processit, nã cuncti morituri protrahunt vitam suam quantum possunt præter Christũ, qui sciens nos eius morte indigere (sicut olim exules indigebant morte summi pontificis, vt reuerterentur in propria) optabat ex compassione citius mori, vnde glo. ord. sic ait super Luc. Hoc est vnctione proprij sanguinis perfundi, non.n. daretur spiritus nisi Iesus primum glorificaretur, interea tamen coarctatur, quia tanta est dignatio Domini vt infundendæ nobis deuotionis, & consummandę perfectionis in nobis, & maturandæ pro nobis studium passionis sibi inesse testetur, qui

[Margin: Creuit Christus in cruce.]

[Margin: Cõpassio Christi qualis. Luc. 12.]

cum in se nihil haberet, vnde doleret, nostrîs tamen angebatur ærumnis, & tempore mortis mœstitiam prętẽdebat, quam non ex metu mortis suæ, sed pp moram redemptionis nostræ assumpserat. Hæc ibi. Est ergo in reipsa maior compassio quam passio, quia non pateretur nisi pp compassionem. Et est maior tempore, quoniam ab vtero eam contraxit, vt subtiliter figuratur in Phares. qui dum ex vtero Thamar matris suæ in lucem prodiret coccineum filium ligatum digito eduxit, qm̃ Iesus a ventre matris suæ progrediens in cogitatione animæ suæ nobis compatiebatur, nobisque per compassionem ligabatur. Fuitque in attingentia maior ratione multiplicium obiectorum, quoniam multorum cõpatiebatur, quanuis non pateretur realiter nisi a carnificibus, dum tamen compateretur in anima carnifices habuit, quot nos peccata commisimus, vnde ob id conqueritur dicens; Veruntamen seruire me fecisti in peccatis tuis, præbuisti mihi laborẽ in iniquitatibus tuis. Ego sum, ego sum ipse qui &c Hoc dicit cuicunque fideli Christus, quia ei eiusque peccatis singulariter com passus est. Pietas ergo Iesu Christi ad omnia valet peccata delenda, in qua patri seruiuit minister nostræ salutis. Fuitq; maior compassio in subiecto: quia in spiritu eius primum habuit initium: nam ideo dixit: ego sum ego sum ipse qui deleo &c. Et Iob in persona Christi dixit: Flebam quondam super eo qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. Fuitque maior in merito, quia Christus plus meruit compassione quam passione, nam passio est exercitatio corporalis minus vtilis quàm pietas quæ ad omnia valet, vnde eius mors propter compassionem annexam figuratur in agno & oue, quæ sunt animalia pijssima, quorum vox compassionem præ se fert. Figuraturque in agno, quam assum deuorabant filii Israel. Christus enim fuit assus in compassione per charitatem internã, & deuoratus in passione per illos qui famẽ patiebantur vt canes, quibus propterea

Esa. 43. Seruire est compati.

pterea dictum est: Et comedetis festinanter. Quid festinius quàm media nocte capere hunc agnum. & medio die sequenti eundem totum ori mortis tradere? nonne deuorabant agnum, quando dicebant, sanguis eius sit super nos, & super filios nostros? fuitq; compassio maior in obligatione ad nos: nā plus ei tenemur ꝑꝑ compassionem, quam propter passionem. quid.n. prodesset nobis eius passio nisi aptaretur nobis per eiusdem compassionem? Sed quia in Christo compassio & passio annexa sunt maxime quando creuit vtraque ad summū, in eodem loco dēt quæri: Quæramus Christi compassione in loco passionis eius in Caluariæ loco & ibi videamus qualiter compatiebatur nobis, quia ibi factus infans aliam elegit pro nobis matrem, scilicet crucem, in qua nudus iacuit, vti solet infans iacere suꝑ brachia matris suæ: nā & ibi potest dicere: Ab infantia mea &c. Egressa quidem fuit in 7. verba eius miseratio ab vtero crucis, in quo tunc temporis erat Christus. Et egrediebatur cum ipso Christo, quia dum sanguinem verteret, compassionem effundebat, non aūt comminationem. Imo ipsa crux, eiusque forma non minus compassionem quàm passionem ingerit contemplantibus eā, vtrunque.n. ego contemplor in cruce saluatoris, quia ex duobus lignis constat. s. recto & transuersali. Lignum rectum dat locum, & suscipit aliud ex transuerso impositum ei, vt fiat crux integra. Iam ergo vir Christiane audi, vt amator sis formæ illius crucis, quam adamauit redemptor. Lignum rectum erectumque in cœlum est compassio Christi, qua erigere decreuit hominem lapsum, eumque de stercore mortis ad cœlum vsq; perduceret, vt collocaret eum cum principibus populi sui cœlestis. Vnde in hoc ligno positus fuit regni titulus, quia compassio Christi deducit exules in regnum cœlorum vt senserat ille qui dixit Rom. 8. c. Compatimur, vt glorificemur, existimo enim ꝙ non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ re-

Crux cō- passionē & passionem ostēdit.

uelabitur

velabitur in nobis. Hic ostendit Paulus ꝙ nulla passio ne nostra valemus gloriam promereri, nisi passioni Christi adiungatur, & tunc si ei adiuncta fuerit, merebitur gloriam, quia compatimur ei, ut glorificemur inquit. Vbi aduerte ꝙ si patimur propter Christum, talis passio voluntaria est vere compassio, quæ ob id gloriā meretur. Si ergo nostra compassio gloriam promeretur, hoc non prouenit ei nisi ex compassione Christi, quæ ultra condignum gloriam promeruit. Passio pro alio suscepta uocatur compassio, ibi enim in illo actu siue in cruciatu pro alio suscepto & est passio & compassio. Vnde bene diximus in cruce Christi passionem & compassionem esse, quia non pro se, sed pro nobis eam suscepit. Est ergo compassio in priori ligno recto, quia prius & recte & ad recta nobis compassus est, ut erigeret spem nostram in titulum regni sui, cuius nos cohæredes & participes esse voluit. In hoc ligno tria præsertim cogitabis & videbis, scilicet pedes affixos clauo, quoniam affectiones Christi semper tenebant compassione suorum a principio, ideo enim vocat eum Ioannes agnum occisum ab origine mundi, quia ex tunc nobis compassus decreuit occidi pro nobis. Secūdo autem uidebis latus apertum ex quo post mortem sanguis & aqua fluxit, quoniam eius compassio adhuc uiget in eo: nā propterea dicit Paulus ꝙ peccatores, iterum crucifigunt Dei filium qui ex compassione adhuc paratus est iterum crucifigi ut saluemur. Tertio aūt inspicias in fine huius ligni titulum & coronam regni super caput Iesu, quoniam sine hac diuina compassione coronari poterit nemo, ideo enim tribus linguis scribitur, ut omnes legant, & sciant irreuocabiliter Iesum esse regem Iudæorum, id est confitentium eū confessio autem ipsa est pia cōpassio, qua corde fatemur, quod Christus passus est, quod nos ipsi merebamur.

Tria in priori crucis ligno.

Alterum uero lignum crucis nobis ostendit passionem actualem Christi: nam hoc lignum posterius recipi-

tur in priori, quia passio recepta fuit in compassione, nec enim Christus daret passioni locum, nec eam reciperet, nisi quia nobis compatiebatur, vnde cuilibet nostrum ait, Propter te sustinui opprobirum &c. vide totum Psal. Igitur oblatus est, quia ipse voluit dare passioni locum propter compassionem, quæ fodiebat cor eius, donec fecit passioni locum. In hoc ligno sunt manus Christi clauis affixæ, & nimium extentæ. Olim dicebatur ꝙ non erat abbreuiata manus Domini, & nunc vtranque manum eius videmus extentam in cruce, q̃a non minus est passus quàm compassus, non minus habuit in opere passionis, quam habuerat in corde compassionis. Olim dum Deus populum suum ab aliqua captiuitate in libertatem reducere moliebatur, dicebat, quòd ei compatiebatur & velut altera manu auxilium præstabat ei, nunc autem vt a peccato nos eriperet vtranque manum extendit in cruce, vbi & passus & compassus est, ut nos liberaret ab hoste inuisibili, nec mirum quod isto modo nos liberare velit Deus, cum per eleuationem manuum serui sui Moysi durantem liberauerit à crudeli Amalech populum Israel, dum Arō & Hur tenerent erectas manus orantis. Sed quidnam domine Iesu in cruce orasti? aut pro quibus orabas? pro nobis orauit 7. verba dicens patri, ut omnium misereatur, in quibus omnem cōpassionem a corde Christi egressam videbimus per 7. sermonis puncta. In primo verbo. s. pater ignosce, compatitur inimicis pro eis. In secundo, scilicet hodie mecum eris, compatitur latroni oranti. In tertio, scilicet, mulier ecce, compatitur matri, quam commendat Ioanni. In quarto, scilicet ut quid dereliquisti me, compatitur sibi. In quinto, scilicet, sitio, compatitur omnibus electis. In sexto, scilicet consummatum est, compatitur omnibus Prophetis.

Psal. 68.

7. Verba crucis.

In septimo videlicet pater in manus tuas, compatitur spiritui suo. Hæc ergo verba compassionis plena enodemus, quæ a Christo quasi modo nascētis infantis nu

di

di ex vtero crucis effluxerunt ad faciendam misericordiam cum omnibus seculis. Per totam vitam sam compatiens fuit Dominus Iesus, sed in passione tenerius, vagit infans in præsepio propter nos bestias effectos, grandeuior flet super ciuitatem, & deinceps flet super Lazarum, vltimo autem & abundãtius eiulatu magno flet cum clamore valido & laçrymis in cruce, vbi ad vltimum creuit compassio crescente experientia passionis, quia infirmus viuacius sentit vocem & gemitum infirmi. Christus autem ab initio passionis cœpit compati Iudæ primo dicens, Iuda osculo filium hominis tradis? & Malcho certe compassus est, dum sanat eius aurem. Et Petro neganti compatitur, dum eum respexit, eumq; eduxit a delicto suo faciens vt fleret amare. Fecit ex compassione amicitias inter Herodem & Pilatum. Dum autem crucem ascenderet velut ex altiori loco ampliorem compassionem cœpit effundere, quia tunc magis fuit necessaria, instabat enim iustitiæ paternæ austeritas, de qua D. Paulus ait, Horridum est incidere in manns Dei uiuentis, scilicet Patris, qui tūc se in cœlis uiuentem ostendit, quando luminaria cœlestia mœrere fecit super Christum suum. Tunc sane nō fuit horridum, sed pium valde incidere in manus Dei morientis, quoniam propter pietatem clauis erāt cruci affixæ. quam volens ostendere dixit, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Protegere vult facientes præuaricationem, eis compatiens quòd in manus patris duras incidissent. Et ad seipsum eis compatientem reuocat eorum causam dicens, quia nesciunt quid faciunt. Quasi dicat, hoc iudicium o pater ad me pertinet, qui diuina sum sapientia. Hic nota ꝙ tria sunt personarum attributa, scilicet potentiæ ad patrem pertinens, & sapientiæ pertinens ad filium, & bonitatis pertinens spiritui sancto. Peccantes per fragilitatem sunt contra potentiam patris, qui eos cupit adiuuare, ac manu tenere ne cadant. Sic equidem Pilatus timore hu-

Verbum primum crucis est ad patrē

Attributa Dei tria.

mano & fragili ductus peccauit,cui dictum fuerat. Noli fieri iudex nisi virtute valeas irrumpere iniquitatem. scilicet Iudæorum irruentium simul,ut te comminationibus inclinent,Pro isto Christus non rogat, quoniam sicut desuper a patre datum est ei, ut possit Christum damnare,sic pater exiget ab eo abusum potentiæ acceptæ. Væ regibus & principibus & consulibus terræ,quibus pater annuit,vt possint pauperes opprimere, cum tñ hoc posse ad eorum defensionem datum sit eis peccantes autem per malitiam contrariantur bonitati, ideoque in spiritum sanctum eiusq; attributum precant,ut Pharisæi,qui per inuidiã Christum Pilato tradũt,cui ait. Qui tradidit me tibi maius peccatum habet.q.d. tu per fragilitatem humani timoris,ipsi aũt per malitiam peccant. Pro istis Christus non rogat, sed pro illis qui ignotanter peccabant in sapientiam Dei, quæ est attributũ filii,Ieeoq; ad eum videtur causa deuoluenda,qui eis p̃dicans omnia prædixit,Cum ergo filius sit huius causæ iudex,& ipse patrem rogat,vt parcat ex iudice fit aduocatus eorũ ignorantiam allegans,ut parcatur eis. Quid est hoc fratres, nonne Christus est iudex viuorũ & mortuorum? nonne pater omne iudicium dedit filio? quomo do ergo mutat officium in tanta causa? si forte dicatis ꝙ nemo est iudex in causa propria,cur patrem alloquitur,vt monstret se esse patrem,& parcat,cum sit tẽpus,quo debet se iudicem ostendere? si tu ò Christe nõ vis eos iudicare,cur non audis iudicẽ tibi dicentẽ,cerno ꝙ populus iste duræ ceruicis sit, dimitte me , ut irascatur furor meus contra eos,& deleam eos,faciamque te
Exo. 32. in gentem magnam. Iesus autem orabat ad dominum Deum suum dicens, Pater ignosce illis,quia nesciũt q̃d faciuut. Moyses ascendit in montem ad Dominum,interea tamen peccauit populus, Deo autem populum delere volenti dixit præ compassione , Aut eis hoc peccatũ dimitte,aut dele me de libro,in quo scripsisti me, Tandem obtinuit remissionem. Et descendens de monte

sefregit tabulas legis ad radicem montis. Ascendit Iesus in montem Caluariæ,& populus maxime peccauit in Deum,non quia fecerunt vitulum,sed quia crucifigunt agnū Dei,qui non est oblitus tollere peccata mūdi O re mirabilē,nam Iesum occidunt, quia filiū Dei se fecit,ille autem adhuc persistit in probatione diuinæ filiationis dicens, Pater ignosce illis,quia nesciunt, ꝙ filium Dei crucifigunt.In pœna Christo iniuste illata,ipse vult eos iniustos probare, & velut euidēter ostendere se filium Dei esse,quia iram patris illico sedare potuit,quamuis vehementer esset permotus in deicidas. Dimitte,inquit pater me,vt irascatur furor meus. Cur sic loqueris o pater? nonne iam exarsit satis? respexit quidem pater terram,& fecit eam tunc temporis tremere, petræ scissæ sunt,monumenta aperta sunt,velum templi scissum est a summo vsque deorsum.Tenebrę factę sunt,sol enim obscuratus est,& luna minime dedit lumen suum Nonne omnia ista per furorem patris euenere? cur ergo dicit.Dimitte me ut irascat̄ furor meus? lege vltra,quia contra eos dixit,Irascebatur pater contra terram,quia talia sustinuit,& contra cęlum, quia tali facinori lumen præstitit,cum olim In Aegypto negauerit illud minoribus peccatoribus.Non tamen adhuc patris furor in crucifixores irruerat propter filii reuerentiam,qui erat inter eos,quibus filius ipse timens solicitus se patri obtulit obuium dicens. Pater ignosce illis. Cœlum & terram & templum in velo percussisti,tamē propter paternitatem oro ꝙ illis qui hoc scandalum excitant,ignoscas.Scandalum quidem magnum fuit passio Christi de quo ipse præmonuit Apostolos. In quo & mortui excitati sunt a sommo defunctionis eorum quod quidem uolens pater sedare aperuit monumenta,vt uiuos sepeliret crucifixores Christi, tñ ipse Christus se obuiū obtulit sæuiēti dicens, Pater ignosce illis. Cōpatiebat̄,ac timebat Christus crucifixoribus suis ne saltim petræ,quæ scissæ sunt,se verterent in eos,nā pau

Ira patris cœpit sæuire.

cis retro diebus quidam Pharisæi dixerunt ad illum: Magister increpa discipulos tuos, quia te nimis honorant, quibus ipse respondit. Dico vobis quòd si hi tacuerint, lapides clamabunt. Nunc eo crucifixo lapide clamant fugientibus discipulis, quia petræ scissæ se ad inuicem ferientes, ne tamen feriant percussores Christi, quasi positus ipse inter lapides & eos ait iudici: Pater ignosce illis, Pater nunc non sis iudex, si ego ignosco, ignosce tu quia pater es, & ad patrem pertinet ferre molestias malorum filiorum, ideo ignosce illis, qui nō ignoscunt mihi innocenti. Nomine paterno, quo nimium Deus gaudet, blanditur ei filius eius, ut ignoscat quoniam scriptum est, Patientia linietur princeps, & lingua mollis confringet duritiam, mel inuenisti, comede, quod sufficit tibi. Hic aduerte quòd magis placuit patri patientia filii, quàm displicuit ira deprimentium eum, ideo lingua mollis, qua Christus ait, Pater ignosce confregit rigoris paterni, duritiam, dum patri mel intulit, idest, nomen paternum, quo ipse dulcoratur. In tribus verbis, quæ Christus dixit, tria sunt mysteria. Verba sunt hæc, Pater ignosce illis. Mysteria vero sunt ista, In paterno quidē verbo est Christi iustificatio, qui & si morti adiudicatur, quia filiū Dei se fecit, ecce quomodo patrem suum vocat Deū in ipso mortis puncto, vbi nemo sceleratorum veritatem solet negare. Aliud mysterium est patientia Christi, quam vt exprimeret, dixit, Ignosce. Non dixit examina, iudica, vel castiga, sed ignosce, etiam flagrante delicto. O maximam patiētiam & inhauditā, vix erat peccatum consummatum, & iam venia eis obtinetur. Tertium vero mysteriū est in tertio verbo scilicet illis, & hoc est compassionis, cui alia duo deseruiunt, quia filiatio & patiētia compassionem Christi extollunt. Olim canes cōpatiebantur Lazaro vlceribus pleno, sed nūc verus Lazarus a planta pedis usq; ad verticem capitis vulneratus canibus se mordentibus cōpatitur, & pro eis patri pio vultu blanditur

Luc.19 *Prou.25.* *Pater ignosce illis.*

dicens,

dicens, Pater ignosce illis. Nec mirum quod Moyses postulet se a libro deleri, vt parcat populo Deus, quoniam Iesus nec peccatores vult delere, sed vt scribantur ibi dicit. Pater ignosce illis prauis, qui non ignoscunt mihi filio tuo. Nec mirum quod frangat tabulas, vbi lex contra peccatores scripta erat, quoniam Iesus in manibus seruat vulnera, quæ per sapientem ac diuinam cōpassionem fecit iam signa amoris sui ad nos. Nec mirum quod Samaritanus ille super sauciato misericordia motus alligauit vulnera eius infundens oleum & vinum, & curam illius egit, quoniam nunc sauciatus Iesus compatitur grassatoribus suis, & patri pro eis sanandis offert proprium sanguinem, & mortem suam, de qua subiunxit. Quia nesciunt quid faciunt. Nesciūt virtutem sanguinis, quem effundunt, ideo pater oro te vt sciant quod propter sanguinem meū fit eis remissio. Nec mora, nā statim ignouit, ac pepercit eis pater, qđ Paulus sentiens dixit. Filius Dei in diebus carnis suę preces supplicationesque cum clamore valido & lacrymis offerens exauditus est pro sua reuerentia. Super hoc ait Lyra, Offerens scilicet corpus suum cum precibus in cruce. Et glosa ordinaria sic ait. Sanguinis effusio fuit clamor validus, in quo auditus pro reuerentia eiusdem passionis. Reuerentia est, quod sine peccato passus pro sola charitate, & quia præ omnibus Deum reueritus est, quod autem Christus inimicis eum interficientibus veniam obtinuit a patre, Lucas ostendit dicens, Videns autem Centurio quod factum fuerat, glorificauit Deum dicens. Vere hic homo iustus erat. Et omnis turba eorum, qui simul aderant ad spectaculum istud & v.q.f. percutientes pectora sua reuertebantur. Ecce qūo percussores Christi iam percutiunt seipsos, quod & Zacharias contemplatus est, qñ in persona patris exaudientis filium dixit. Effundam super habitatores Hierusalem spiritum gratiæ, & precum. s. Christi ꝓ illis deprecantis. Et vt ostenderet pater quod erat cum

Marginalia: Luc. 10. — Christus exauditur. Heb. 5. — Luc. 23. — Zach. 12

filio suo in tribulatione passionis, statim addidit in persona Christi sui loquens. Et aspicient ad me, quem confixerunt &c contritionem ergo pater contulit illis pro Christi oratione, qui duo fecit alterum quia impleta est prophetia. quæ dixit. Et ipse peccata multorum tulit, & pro trasgressoribus orauit. Alterum vero quia & adimpleuit mandatum, quo nobis dixerat olim. Diligite inimicos vestros, b.h.q.o.v. orate pro.c. & p.vos, Peramplius & perfectius hoc adimpleuit Christus, qui & flagrante delicto pro interfectoribus suis orauit, vt priusquam moriatur eis veniam obtineat. Nec mirum quia pro eis mortem suam obtulit patri, ex cruce, nam vbi nos in Esa. legimus pro transgressoribus rogauit. 70. dicunt, Propter iniquitates eorum traditus est. Eia

Esa. 53. ergo inimicis parcite, vt sitis filii patris vestri, id est fratres & imitatores Christi, quia si homo homini, seruat iram, quomodo a Deo quæret medelam, cum Dei filius pro filiis diaboli orauerit tam efficaciter? tantus sol idest tam magnum Christi exemplum non occidat super iracũdiam vestram fratres, quoniam qui vindicari vult vindicantem reperiet Deũ. & non parcenti non parcet ille qui pro æmulis suis orauit. Huius orationis figurã reperies in primo alphabeto nostro in litera. r.c. s. & si horum verborum pater ignosce illis &c. ampliorem expositionem desideras lege. m. eiusdem libri. c 2. & trilogiũ nostrum. c. 3. Et lege allegorias Bibliæ fo. 197. sup Lucam.

Secundũ uerbum est. In alio verbo Christus latroni compatiẽs, dixit ei: Hodie mecũ eris in paradiso. Nam tacitus latro Christi patientiã & misericordiam considerãs, dum videret eum pro suis tortoribus intercedere, eorumque delicta apud iudicem Deum leuigare, apud se notabat quomodo Christus non vt mũdus sentiebat, nec more nostro maledictis maledicta reddebat, nec enim fuit ira commotus, aut scelere offensus vnde latro cœpit credere quod non huius mundi, sed cœli viscera gestabat Christus, qui more cœli pacatissimus erat, vnde ad mentem

reuo-

renocat illud, quod Christus in domo Pilati dixerat: Regnum meum nõ est de hoc mundo. Sic ergo ꝑ fidem adhæsit Christo, & vitam suam per pœnitentiã discutere cœpit, & inuenit quod ipse non erat tortoribus deterior, quia & si prius cœpit conuitiari Christo iuxta illud, qui crucifixi erant cum eo conuitiabantur ei, postea emendans seipsum fatebatur innocentiam Christi dicens socio. Neque tu times Deũ, quod in eadẽ damnatione es? & nos quidẽ digna factis recipimus, hic aũt nihil mali gessit. Ecce quomodo in pœnitentiam peccatorũ suorũ acceptat crucẽ. Factus ergo fidelis, & verus pœnitens, tertio spem sumpsit in Christo, quẽ cõpatientem deterioribus nouerat. s. tortoribus & pro eis orantẽ. Et ait intra se. Quomodo poterit Iesus amicis suis negare rogatus, quod præstat libens inimicis? petentis neglıgẽtia reprehẽditur, cũ de dantis largitate nõ dubitatur. Et si nunc nihil habet quod mihi conferat, dabit in regno suo, vt sim particeps in tribulatione & regno. O me fœlicem postquã ad hanc horam deueni, in qua lucrari potero totũ quod in anteacta vita perddi. Postquã hæc & similia cogitabat. vt ait Luc. dicebat ad Iesum: Domine, memento mei cum veneris in regnum tuũ. Adhuc in cruce existens rogas patrẽ tuum, vt ignoscat inimicis tuis, saltim dũ veneris ex cruce ad regnum tuũ, memẽto mei, quia tunc quietum erit tibi ociũ. Nolo te inter vulnera vexare, nolo illos duos fratres dexterã aut sinistrã petere in hoc seculo nequã, sed dum iam veneris in regnũ tuũ, in regnũ cœleste, saltim memẽto mei, quia satis erit mihi, si mei memor eris. Ad hanc petitionem sic ait Christus: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso Quid oportuit præmittere, amen dico tibi, nisi quia iam Christus in corde suo habebat hunc virum? quid est, Amen dico tibi, nisi scias quod iam te habeo commendatum? iam tibi compassus suum, iam virtutem tuã noui, iam est tuum meritum, apud me, non enim te vt latronem, sed vt socium labo-

Luc. 23.

Amen dico tibi. Luc. 23.

rum

rum meorum reſpexi. Sine eo quod Chriſtus ei præmitteret, amen dico tibi, poterat conferre ſibi paradiſum, tamen cum eo ex cruce verba conſolatoria multiplicat, vt plenius latro conſoletur viſa Chriſti dignatione qui ei iurans dixit amen. Iurare autem Deus non aſſolet, niſi magnis viris vti Abraham & Dauid, quibus in fide non impar eſt latro, vnde, quidem doctor de ipſo ait: Memento mei. d. d. v. in r. t. O magna fides, ò ſpes, ò charitas, orat pro futuris non præſentibus, non vult de cruce deponi, ſed in regno Chriſti reponi. Quid.n.aliud eſt dicere quã cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto? Neſcio quid Paulus magis iſto latrone cupierat. Memento mei. O cor contritũ & humiliatũ. Quid minus, vel humilius orare potuit, quàm ſui memor eſſet? memento mei. Cuius mei? mei, inquam, tum indigni, tum peccatoris. Ad hoc ſic ait Chriſtus. Hodie mecum eris in paradiſo. Hic aduerte, quod Chriſtus compaſſus eſt paruæ latronis petitioni, quia pauca petebat, minus.ſ. quam potuit, quia nimium indignum ſe reputabat. Chriſtus tamen eius humiliati compaſſus dedit ei pluſquam dare potuit, dum dixit: Hodie mecum eris in paradiſo. Nulli plus dedit quam huic, nec citius, nec opportunius, vt.ſ. ex cruce in paradiſum tranſiret. Ergo æquiualenter reſpondit ei Chriſtus: Nolo vt tã prolixæ ſpe crucieris, quia ſpes quæ differtur, affligit animam. Ego aũt non veniam in regnum meum vſq; poſt aſcenſionem, quæ fiet poſt 40. dies, ſed hodie dabo tibi paradiſum, & erit videre me glorioſum, & frui gloria mea, vbi ego ſtetero. Nam terreſtris paradiſus tibi paruus eſt. ad quem ego hodie non ibo. Paradiſus cœleſtis nondum aduenit, donec ego intrem prior, ſed interea ego ero paradiſus tuus, in quo vere gaudebis hodie mecũ, ſicut nunc triſtaris. Nõ reijciã te, dũ liberatus à cruce in decore meo apparebo, ſed mecũ te habebo magis familiarẽ in gloria mea quã in cruce mea. In his tribus verbis tria ei contulit Chriſtus, nã dum dixit hodie ſuã deita-

In allegoriis biblię ſup Lucam.

Hodie mecum eris in paradiſo.

deitatem ei promisit ad fruitionem quia Paulus deitatem Christi vocat hodie dicēs Christus heri & hodie: Heri ad humanitatem, hodie ad eius pertinet deitatem, qua hodie, idest in deitate genitus dicitur a patre. Dum dixit mecum, eum participem fecit opum suæ humanitatis de quibus alibi dicitur. Mecum sunt diuitiæ & gloriæ scilicet prædestinatorum. Tertio autem ei optimum adsignauit, & nouum locum scilicet in paradiso non in purgatorio, vbi cum Christo adhuc sunt animæ saluandæ, quia ei dicitur: Si descendero in infernum, ades. Eripuit etiam eum a limbo, quia & si post Christum latro descendit, iam limbus non erat limbus, sed paradisus pręsentia & euidentia deitatis permutatus. O largitatem diuinam Iesu Christi, quæ plus confert quam petatur, & plus quam sperare audemus, iste ò Christe petijt a te, vt eius memor esses in regno tuo, & tu das ei regnum ipsum, vt si particeps in tribulatione & regno, regni consors & cohæres. Futurum petiuit, tu autem ei compassus præstitisti hodie, ac si tu esses ille de quo scribitur. Ne dicas amico tuo Vade, & reuerti, cum statim possis dare. Parum petiuit, & tu dedisti ei plusquam matri tuæ, quæ a te sibi mortem optat, vt tecum moriatur, & tu ei seruas vitam, vt portet pondus diei & ęstus, & ad sarcinas onusta maneat. Latro gemebundus ex cruce te alloquitur, & tu ipse lætabundus videris in cruce, dum etiam dulciter, ac familiariter respondens, eius tristitiæ compassus, quem statim lætificas Anima mea liquefacta est, dū dilectus locutus est, inquit latro. Vt aūt ad aliam Christi cōpassionē procedamus, aduerte qđ in hoc mysterio impletū est illud, erunt nouissimi primi, & primi nouissimi. Qui peccato erāt nouissimi, & vsque ad inferni nouissima venturi, tortores Christi fuere, ꝓ quibus in primis orauit, vt essent nouissimi primi. Deinde latroni, tāquā amico, deinde matri cōpassus, tandē vltimo spiritus sui curā gessit, vt sic essent nouissimi primi, & primi nouissimi:

Tria in uerbis ad latronē.

Tertium cruci verbū est ad matrem.

ſimi:nam & ſic oportuit, quoniã a re iam quaſi deplorata vel deſperata incipienda eſt compaſſio. Et minor debetur compaſſio ei qui tandem nõ peribit, & ſi naufragiũ patiatur, vti erat mater, & alij quibus deinceps Chriſtus compaſſus eſt. Dũ ergo beata Maria velut mater Moyſi flumini expoſita, conſideraret ſucceſſus filii ſui, & audiret eum pro inimicis orantem, ac deinceps latroni paradiſum conferre cerneret, gemebunda intra ſe aiebat (non enim audebat loqui, ne filij opera & ſacrificium impediretur) ſed intus ei loquebatur dicens.

Maria meditatur, ut columba iuxta crucem.

Pſal. 29.

Mihi quæ te genui, non loqueris? mecum verbo cares, mihi non deſeruit lingua tua? quis vnquam amicis præpoſuit inimicos? ecce iam venit hora tua, non dices. Quid mihi & tibi mulier. Vinum non habeo lætificans cor hominis, ſed hydrias oculorũ amara impleui aqua lacrymarum, vt ſine menſura tibi propinarem. Ad quid fili mi veni huc non vocata, niſi vt ſaltim audirem te ad me aliquod verbũ proferentem? videns Maria, quod adhuc tacebat filius eius, cœpit intra ſe illũ dicere Pſalmum, Ad te Domine clamabo, Deus meus ne ſileas a me, nequando taceas a me, & aſſimilabor deſcendentibus in lacum &c. quaſi dicat, ſi tacueris, mihique non fueris locutus, ero ſimilis animabus in lacu limbi te expectantibus, quia cito moriens priuſquam tu deſcendam cum illis, & ibi colloquio tuo fruar. Et mortuus mortuæ matri loqueris, cui viuæ viuus loqui dedignaris. Hæc & ſimilia matre cogitante ait Ioannes. Cum vidiſſet ergo Ieſus matrem. & diſcipulum ſtantem, quem diligebat. O Ioannes nonne & matrem diligebat? ſane quidem, alioquin minime reſpiceret eam vt matrem imò adſero quod nullibi tam matrem eam vidit quam iuxta crucem, vbi ad vnguem monſtrauit ſe eſſe matrẽ, vnde & Ioan. addidit ꝙ poſt dixit matri ſuæ. Ecce videns matrem loquitur matri ſuæ. Bis poſuit matrem ille Ioan. qui hęc omnia vidit & tanquam ea intelligens teſtimonium perhibuit. Vnde

de prius posuit absolute matrem, & postesius addidit, suam, nam beata Maria iuxta crucem erat tanquã mater omnium prædestinatorum, pro quibus patiebatur filius eius supplens vicem eorum, qui tenebantur sentire ea, quæ tunc temporis erant in Christo Iesu, & ei intime compati. quod quidem Maria pro nobis faciebat, & hoc primitus Christus uidebat, tanquam ei magis gratum. Secundo autem uidebat eam tanquam matrem suam, quæ sua erant sentientem. Ille meus est qui mea sentit, qui mea & nõ sua quærit. Tunc sane Maria Christi mater se monstrauit, quod & Iesus bene uidebat, & Ioannes nõ potuit melius exprimere quàm dicẽdo, Stabat iuxta crucẽ Iesus mater eius, cũ uidisset ergo Iesus matrẽ, dixit matri suæ, Quid sibi vult ista materni nominis multiplicatio, nisi ostendere ꝙ Maria tunc præcipue materna gestabat uiscera magis quam iuxta præsepe aut in fuga Aegypti, aut dum filiũ triduo perdidit? eo igitur quo tenerior erat uirgo: tenerius est ei Christus cõpassus dicens, Mulier ecce filius tuus. Non dixit, Mater ecce filius tuus, ne repugnantia in adiecto videretur, & sententia obscura redderetur, quia mater ecce filius tuus, hoc sonat, Mater cõsidera qualiter tractatur filius tuus. Et tũc ly filius ad eundẽ qui loquitur refertur, Et hoc nõ erat opus, vt Mariæ diceretur, cuius oculi semper ad Dominũ respicientes in faciem Christi sui. Nã si tũc ei Christus diceret, mater ecce filius tuus, Maria poterat respondere, Iam te fili cerno multum uario modo & aliter quàm pater tuus cernebat te super montem Thabor, quãdo præ lætitia dixit, Hic est filius meus dilectus, nunc aũt tacet conculcare impio filium eius, auertens adiutoriũ gladiũ sui a te, nõ.n. est auxiliatus te in bello montis Caluariæ, sed me & te dereliquit in manibus contrariorum. Ne igitur similia responderet Maria uocatur mulier, ut clarius intelligat Christũ de alio filio sibi loqui. Rupertus abbas dicit, ꝙ Christus non uocauit eam matrem, sed mulierem propter

Eccequẽ amas moritur.

nouum partum in quo eam uidebat cruciari: nam cum peperit Christi Maria habuit se vt mater Dei eum sine dolore nobis emittens. Cum autẽ peperit filios gratiæ, quorum Ioannes est primus in magnis doloribus, vt mulier communis erat, de qua dici potest. Mulier cum parit tristitiam habet, quia venit hora eius. Melius

Cur ex cruce Maria dicitur Mulier.

quàm Paulus dicere tunc poterat Maria de suis: Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Eua quidem abortiuit, dum erat iuxta vetitam arborem, Maria vero iuxta crucem cruciabatur, vt pariat omnem gentem simul, quam vt gratię mater à facie Christi concepit. Lyra uero aliam magis compassiuam rationem adsignat dicens: Nota quòd loquẽs matri suæ de cruce, non dixit ei, Mater, sed mulier, vocans eam communi nomine, ne ex teneritudine nominis materni si exprimeretur, aggrauaretur animus virginis videntis passionem filij: Brugensis quoque nõ minus dulcem rationem adfert dicens quòd sicut ex humilitate Christus, cum esset filius Dei, se filium hominis vocitabat, sic nouerat matrem uelle vocari humiliori vocabulo, ex quo angelus non potuit ab ea extorquere nomen maternum, cui tandem respondit, ecce ancilla domini. Ancillam pro matre dixit: Nec ergo

Marię humilitas.

hic nec in nuptijs voluit filius Mariæ humilitatem onerare materno epitheto, quia dignitas & honor tempore tristi plus grauant. Vnde quædam dixit: Non vocetis me Noemi, id est, pulchram, sed vocate me mara, id est, amaram, quoniam amaritudine valde repleuit me omnipotens. Mihi quoque videtur quòd eam tunc non vocauit Christus matrem. quia per mortem vt probat Sco. filium Mariæ esse desinebat, ideo non oportebat vti nomine pereunti, ac deficienti. Sed rem profundius cum beato Cyp. scrutantibus aduertendum est, quòd nimium tunc temporis Christus honorauit matrẽ suã, eam Ioanni tradens vt filio quidem officioso, dũ adhuc Ioseph viueret quia in hoc diuortio Christus ostendit,

Ruth. 1.

quòd

quòd non ex Ioseph, sed ex Maria tantum carnem gestabat. Erga quem vt filius verus adimplere voluit quartũ Dei præceptum de honorãdis parentibus nobisque præbere maxime ad parentes compassionis & subuentionis exemplum, dum Christus loco sui alium dedit maternæ clientelæ, & seruitio. Tamen non dixit ei, ecce domina tua, quanuis Ioannem, fecit Mariæ ministrum, sed Ecce mater, quæ etiam vice versa tibi vt mater ministrabit, meo docta exemplo, qui ad hoc veni. Postquam Christus alijs compassus fuerat, ad seipsum cõuersus cernit vulnera & omnes labores suos; considerans quomodo a planta pedis vsque ad verticẽ capitis non erat in eo sanitas. Et cum ab hominibus nullam liceret ei sperare salutem. contulit se ad omnium inspectorem Deum, & cum leuasset oculos dixit: Deus Deus meus vt quid dereliquisti me? ob quod peccatum meum Domine abstulisti à me auxilium tuum? ille qui neque peccatum fecit, neque inuentus est dolus in ore eius, cuius iustitia ante eum ambulauit, innocentiam suam allegans publice voce magna clamauit: Deus &c. non desperatus, sed maxima spe, quæ bonis operibus roboratur, suffultus Deum vocat suum, qui charitate fit noster. Christi autem est & natura & charitate, ideoque bis dixit Deus. d.m. Alte clamauit, vt suæ famæ satisfacere, multi nanque dixerant. Non est hic homo à Deo. Econtrario autem nunc ipse bis quasi patrem & spiritum sanctum inuocans ait Deus Deus.m. Maxima peccatorum pœna est, vt derelinquantur a Deo, & iustissime quidem derelinquuntur, quia ipsi prius Deum reliquerunt, vnde cuidam peccatori dicitur. Deum, qui te genuit, dereliquisti. Deus ergo relinquit relinquentes eum, & cum Christus nunquam recesserit ab eo, merito quærit cur derelinquatur. Et in primis tribus verbis expressit cur nõ deberet derelinqui, nam dũ bis Deus. Deus dixit, & animæ & corporis formatorem vocauit eum, & dum ad-

4. verbũ pro se loquitur.

Mar. 15.

Psal. 21.

didit meus, vnionē hypostaticam obiecit homo Christus Deo, propter quā singulariter debuit custodiri, & protegi. Est ergo sensus. Cur istū hominē cur animā & corpus immediate tu ipse fecisti, & tibi tam sublimiter vnire, & assumere dignatus es, nunc tot doloribus inter manus persequentiū derelinquis? hanc cōpassionis querelā. & Da. in Psal. 21. & Abac. in 1. cap. fecit repetendo eam, quā & Pau. in Act. Apost. Heb. loquens attulit. Dū ergo Abacuc in principio capituli personam Christi agens inciperet, vsquequo domine clamabo vim patiens &c. Ia in fine querelā repetit dicens, Nunquid non tu à principio domine Deus meus, sancte meus, & non moriemur? Domine in iudiciū posuisti eū, & fortem, vt corriperes fundasti eū. Mundi sunt occuli tui, ne videas malū, & respicere ad iniquitatē nō poteris. Quare nō respicis super iniqua agētes, & taces deuorante impio iustiorē se? & facies hominis quasi pisces maris, & quasi reptile non habens principem. Quasi diceret Deo, Tu idē es a principio quando nascebatur Christus, tunc ab Herode eū liberasti, sed nunc morti derelinquis eum. In iudiciū ponis eū, quia si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? fortē fecisti eū, vt hactenus posset plura pati quàm quis vnquā passus est, tamen iam eum relinquis, vt cursum vitæ finiat. Hic aduerte ꝙ solebat Deus humanitati suę infundere gratiam confortantem, vt reduceretur a portis mortis in pristinū vigorē, sed iam in fluxu deficiente se in manus mortis videns exclamat, Deus Deus meus &c. Propheta vero innocentiam Christi allegans dixit Deo. Mundi sunt oculi tui. i. munda vident omnia Christi opera, vbi non est malū culpæ, ideo nō poteris respicere in eo iniquitatē. Sed quare non respicis super inimicos eius iniqua agentes, & deuorantes filiū tuū hominē factum? huius hominis facies est sicut piscis maris in mari lachrymarū natans. Sed pisces aliquando reperiunt in mari cauernā, qua protegant, hic aūt est quasi reptile nō habens principem, qui pro eo respondeat,

Abac. 1. Act. 13.

Querela Christi.

ſpondeat,ideo enim clamat,Deus Deus meus &c.quãdo uir Amalechita dimiſit in deſerto ſeruum ſuum, aliquam rationem habuit,quia ægrotare cœpit, tamẽ hic Ieſus nec peccatum cogitare potuit,quod eſt animę lãguor.Ergo cur eum derelinquis?huic ſanè quęſtioni varia eſt teſponſio, quoniam Deus dixit, Propter ſcelera populi mei percuſſi eum,quaſi dicat, non propter ſua. Item derelinquitur vt cum tu peccator etiam peccata pœnitentia relinquaris a Deo non mireris, quia ut inquit Bernard.qui proprio filio non pepercit,quomodo parcet figmento,item ut ait Cypri. relinquitur Chriſtus,vt latro interea poſſit in paradiſum aſſumi. Item relinquitur, vt & ego relinquam peccata mea propter ſuam paſſionem quidem peccator deberet ab iniquitatibus ſeparari,viſo quantum Deus Dei filius paſſus eſt propter peccata mea.Ergo clamat Chriſtus, Deus Deus,m. vt.q.d.me?quaſi dicat,propter hanc derelictionẽ oro,vt cum peccauerint mei non derelinquas eos in peccatis ſuis,nec amoueas miſericordiam tuam ab eccleſia mea. Derelictus ergo eſt,ꝓpter ſe,& propter nos. Propter ſe,ut glorioſius aſſumatur,quia glorioſius eſt habere præmiũ ob merita magna,& in multis probari, Propter nos quoq; relinquitur.i.ne nos relinquamur, nec ſue deinceps relinquatur eccleſia, unde uox patris eſt illa,Ipſe inuocauit me, pater meus es tu. Hoc fecit Chriſtus,quando dixit.Pater ignoſce illis. Et ſequitur. Deus meus,& ſuſceptor ſalutis meæ &c. dic totum uſque ibi miſericordiam aũt meam non diſpergam ab eo In his aũt uerbis,ut quid dereliquiſti me,vel poteſt quęri ratio de relictionis,vel fructus ipſius, vel eſt admiratio quædam cur.ſ.propter tã uiles peccatores ſeipſum dereliquerit,nã cum opera trinitatis ſint indiuiſa, etiã filius propter nos dereliquit ſe,immò & obtulit ſe, unde ad alias duas ꝑſonas filius clamat Deus Deus meus, & ponit ſingulariter dereliquiſti me, quia vniformiter per unã voluntatem operantur oẽs tres Simon de Caſ-

Cur Chriſtus relinquitur.

sia bene loquitur super istud verbum, Deus Deus meus. Sequens verbum ad omnes filios Adam indifferenter direxit, qui uult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem salutis deuenire, vnde propterea dixit, Sitio. Super hoc sic ait quidam doctor, Domine quid sitis? ergo ne plus cruciat te sitis quàm crux? de cruce siles, de siti clamas sitio? quid? Nonne bibes calicem, quē dedit tibi pater? sed sitit vestram fidem, vestram salutem, vestrum gaudium. Plus animarum vestrarum quā corporis mei cruciatur me tenet. vnde & si non mei, saltim misere mini vestri. Vt melius sentias hic compassionem Christi, debes perpendere crudelitatem diaboli cuius malitia in omnes Dei filios extenditur, vnde Iob perhibet de ipso, Fiduciam habet, ut Iordanis influat in os eius. Nam cupit etiam omnes baptizatos deuorare, & gestit adhuc quantum ex se est, vt eos deglutiat, non contentus cum eis quos iam pro se habet. Ideo. n. dicitur aperire os suum & dilatare animam suam absque vllo termino, quoniam vellet, ꝙ nullus euaderet os eius. Non sufficit sibi undam Iordanis haurire. i. aliquam animam in se traiicere, sed totum vellet ebibere, ne aliquis saluaretur. Christus autem qui omnino est diabolo contrarius & oppositus, non minus abundat in compassione quam alter incredulitate, vnde ad omnes animas generaliter ait, Sitio. i. cupio uos in visceribus misericordiæ meæ intrare suauiter & cito, ut intrat bonus potus in hominem sitibundum. Vnde sicut dæmon Christi membra cupit in se traiicere, sic econuerso Christus cupit sibi incorporare omnia membra diaboli quod per Prophetam insinnat clarius dicens, O mors ero mors tua, morsus tuus ero ò inferne. Christus passus fuit mors diaboli, quia moriens interfecit eum. i. principatum eius eneruauit multum. Et morsū infigit inferno & superiori, & inferiori, quia & ex uiuētibus, quos iam obstinatos & securos quietus possidebat, plures subtraxit ei ēt ex cruce, ubi copiosa reperitur apud

5. Verbū est ad omnes.

Iob 15.

Malitia diaboli & charitas Christi.

Oseæ 13.

apud Christum redemptio. Et ꝙ Christus in hac siti ostenderet desiderium transferendi in se, eos quos dæmon uelut deuoratos tenebat, patet liquide in expositione Hilarii super Christi sitim, ubi dicit, ꝙ Christus emisit magna voce spiritum dolens, ꝙ non ferebat omnium pecata. Et Chrysostomus dicit ꝙ per eandem uocem comminationem in diabolum iniecit Christus ut leo qui rugitu suo animalia terret. Hic aduerte ꝙ secundum tempus euenire solet sitis, nam tempore frigoris est sitis uini, tempore autem æstiuo est sitis aquę frigidæ, tempore infirmitatis est sitis alicuius liquoris salubris, tempore celebrandi est mihi sitis sanguinis Christi, tempore confitendi peccata mea, est mihi sitis lacrymarum. Omnes istæ sites, & rationes sitiendi sunt impræsentiarum, nam quo ad primum est tēpus, frigoris, quo euenit illud, refrigescet charitas multorum, nam constricta & indurata erant corda inimicorum Christi dicentium, Tolle tolle, crucifige eum. Nec uilis rationibus Pilati potuerunt liquefieri ad pietatem. Est secundo tempus magni æstus, quo agnus paschalis assatur, nam exarsit ignis id est cupiditas deuorandi eum in synagoga peccantium. Serpentes igniti facti sunt Iudæi contra Christum desertum & relictum in passione solum, ut liberius eum mordeant insanabili morsu rabido. Tertio nunc est tempus magnæ infirmitatis quando Sampson ligatus & rasus infirmus apparet, sicut cæteri homines Christus est nunc uir dolorum & sciens infirmitatem filiorum suorum, qui tanquam phrenetici consurrexerunt in medicum dicentem: Infirmitas est in paupertate (scilicet sensus uestri) uirtus mea. Quartò est tempus celebrandi, sed pessimi sacerdotes agnum Dei offerunt diabolo, dum credunt quòd dæmonium habet, nam uox dæmonum est illa, Deglutiamus eum tamquam infernus uiuentem & integrum descendentem in lacum Vere nunc dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absq; ul Variasitis

lo termino, postquam Dei agnum deuorare intendebat luporum cœtus, unde non solū dicat Christus, circundederunt me canes multi, sed dicat, Diaboli tenuerunt me. Quinto est tempus confitendi peccata nostra propter quæ ipse Christus traditur, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Quis ergo non confitebitur, ꝙ propter eum traditur Christus? nā eius pater ait. Propter scelus populi mei, percussi eū. Et ipse filius Dei nobis ait. In me transierunt iræ tuæ, idest, quas tu merebaris, & terrores tui conturbauerunt me. Ac de Spiritusancto dicitur: Dominus posuit super eam iniquitates omnium nostrorum. Ergo fratres eamus flentes & cōfiteamur peccata nostra diuinis personis, quia si in uiridi ligno Christo homine hæc faciūt Iudæi, in arido quid fiet? dicā ergo patri, cū sancto Dauid, Ego sum qui peccaui isti oues sunt, quid fecerūt? isti Christus & Maria. Et filio Dei dicā: Peccaui, porta quæso peccatū meū. Et spirituisancto dicā: Cū iratus fueris, misericordiæ recordaberis. Cum iratus fueris Christo tuo, misericordię meę recordaberis, vt liberemur ab ira per eū. Si ergo aīa mea sitis vinum, ecce nunc Iudas contra racemum terræ promissionis leuat calcaneū suū, & iam in torculari crucis tantum deprimitur, ut & ipse sitiat. Si aquā sitis, leua oculos tuos, quia de latere Christi fluxit. Si liquorem sitis, cruore Christi sanaberis, esto vt bonus & pius canis lambens vlcera Lazari tui ꝑꝑ te vlceribus pleni a planta in verticem. Si autem Christi sanguinem sitis, nam pulli eius lambunt sanguinē. Nō sitias vt illi qui dicunt. Sanguis eius sit super nos & super filios nostros, sed sitias ad mūdationem tuam, quoniam sine huius sanguinis effusione nō fit remissio, nā sponsus sanguinum Iesus dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Si autem sitim habes lacrymarū vade ad natatoria Siloe, & ad Iordanem, & ad citernā Bethleē, ad Christum, ad Mariam, ad crucem, & audies ibi. Si quis sitit veniat ad me, & bibat, & fiet

Trinitas Christū tradit.

Omnis sitis in cruce extinguitur.

in eo fons aquæ uiuæ. O Domine Iesu, qui angelos torrēte voluptatis tua potas, quomodo sitim pateris? nunquid ex eodem foramine amara & dulcis oritur aqua? pro angelis habes dulcem, pro nobis uero amaram, quę sitim irritat, ideo sitis. Bonum signū est si tis post pharmacum, quia optima peccatorum nostrorum euacuationē ostendit Calix nūc est in manu Domini, & sitis, cū fœx eius non sit exinanita? cur ergo sitis? vt bibant oēs peccatores terrę Deum fontem viuum sitit aīa tua Domine Iesu, vt ea ab incendio passionis liberet. Esuriētes ac sitientes iustitiam beatos p̄dicasti, & tu nunc sitis omnem iustitiam nostram. Fons vitę sitit, quoniā apud te est fons uitæ, sed sitis nos portare. Gratiarum distributor sittebat, tñ parum post potabat omnes, quia reuertebantur percutientes pectora sua. Haurite nunc & uos aquas de fontibus saluatoris, qui vt nos potaret, manet sitibūdus, ex eo ꝙ rupti sunt omnes fontes abissi magni passionis suæ. Intinge Christiane, vt altera Ruth bucellam tuam in aceto Christi tui, ut te in coniugē ducat Lachrymas ei offert, quia sæpe ipse pro te fleuit. Mel & Lac dicitur sub lingua tua Domine, cur ergo sitis? nempe vt possis mihi dare calicem aquæ frigidæ contra flammam inferni, vbi diuitis lingua cruciat. Nunc Domine Iesu fatigatus ex itinere uitæ tuæ sedes sic supra fontem crucis dicens Synagogæ adamantinæ, Mulier da mihi bibere. Tamen non vult. O Iesu habes coronam spineam cerebrum tuum penetrantem, & baptizaris tuo sanguine, & de sola siti conquereris? plus te vexat sitis quam crux? promisisti in nobis per te fieri fontem aquæ salientis in vitam æternam, & sitis? certe sic, u dicantur id Psalm. Abierunt in sicco flumina. Quare sitis, cum vt alter Iob quasi aquam sine exasperatione bibas iniquitatem inimicorū tuorum? sitit ut auertantur ab eo iniquitates eorū. Radix Dauid sitit in deserto & in terra sitienti. Sitis forsitan aquam lateris tui, q a eā iā exoptas. O aīa mea propina Christo lachry- Exclamatio ad Christū sitibundum.

mas

mas potum ſibi gratum, vt ab eo audias. Sitiui, & dediſtis mihi bibere. Vinum album dat Chriſto, qui flet pro peccatis ſuis eius paſſionis cauſantibus, rubeum, qui flet pro eius morte, conditum, qui præ deſiderio reſurrectionis. In ſexto verbo, ſcilicet Conſummatum eſt, adſtruit vaticinia prophetarũ, quæ nolit incompleta relinquere, vt prophetæ ſui fideles inuenirentur, vnde Ioan. dixit. Vt impleretur ſcriptura dixit, Sitio. Hæc ergo implete quaſi congratulans perſeuerantię ſuæ, & adimpletioni ſcripturæ ait, Conſummatum eſt. Non ſine dolore Chriſtus numerauit tormenta præterita, ſed velut oblitus, & velut euadens dixit. Conſummatum eſt. Verbum hoc gratiarum actionem habet ſicut illud. Opus conſummaui, quod dediſti mihi, vt facerem. Non ergo dixit, Conſumptum eſt, ſed quaſi ſuſpirans dixit, Conſummatum eſt. Nam primum dicitur de lucerna deficiente, ſecundum aũt de domo perfecta. Si primum dixiſſet, putares ꝙ de corpore ſuo loquebatur, in quo nihil præter linguam illæſum remanſerat, ſed iam omnia conſumpta ſunt a ſpinis caput, capilli a uellentibus, oculi a lacrymis, genæ ab alapis, humeri a crucis pondere, manus & pedes a clauis, tota cutis a flagellis. Quid plura? ſi ergo dixiſſet Conſumptum eſt de corpore ſuo proprio intelligeremus, non tamen hoc dixit, ſed, Conſummatum eſt. ſ. corpus myſticum, nam vt conſummaret nos, conſumpſit ſeipſum, ut lucerna, quę vt alios illuminet ſeipſam conſumit. Vt ait quidam doctor, Chriſtus hoc verbum dixit in lingua Syriæ, vbi tantum ſonat ac ſi diceret. Solutum eſt, pacificatum eſt, conſummatum eſt, interpres aũt, quia lingua Latina non hẽt verbũ tam fœcundũ fecundius tranſtulit. ſ. conſummatũ eſt, vbi reliqua cõplexus eſt, nam ſolutum eſt (inqt) debitũ peccati ꝑ meam paſſionem ſatis & pluſquã ſatis, idẽ peccatum eſt, paxque facta inter deũ & hominẽ vnde conſequenter conſummatum eſt redemptionis opus, & prophetarũ vaticiniũ, & vetus holocauſtum, & an-

6. Verbũ ad prophetas.

antiquum testamentum,nec iota vnum,aut vnus apex præteriuit a lege,quin oĩa fierent iuxta dicta prophetarũ qui olim mendaces reperti occidebantur.Nec solũ in passione Christi prædicta fuere consummata,sed peccatũ Iudęorum de quo dici pōt.Peccatum cum consummatũ fuerit generat mortẽ.s.Christi,mors autem Christi consummata generat vitam nostram,quia in psa.dicitur, cōsumetur nequitia peccatorũ,& diriges iustum .s.hominem in vitam æternam.vnde tunc peccatori cōtrito dicitur:Hodie mecum eris in paradiso . O domine Iesu quia de me & non de te dr.Hic homo cępit ędificare,& non potuit consummare.De te autẽ no: Pau. monet dicens.Deponentes omne pondus &c.usque cōtempta. Si aũt profundius videre cupis,quid sit cōsummatum in cruce,lege 10.primi alphabeti nostri. In septimo crucis verbo Christus compassus est spiritui suo quem videns in tot cruciatibus contribulatum, & afflictum, & attenuatum dicebat intra se cũ beato Iob. Spiritus meus attenuabitur &c.tandem conuersus ad Deũ magna voce dixit.Pater in m.t.c.spiritum m.crucifixus est Cristus, quia filium dei se fecit, & ecce qũo ita res se habet,quia etiam in vltimo verbo se talem ostendit. nam patrem suum vocat deum patrem misericordiarũ & deũ totius consolationis dicens, Pater in &c. manus equidẽ patris sunt præmiatrices,& curuæ ad amplexandum,& plenissimæ ad præmia conferenda,& leuissimæ ac molles ad requiescendum , vnde propterea Christus dixit. Pater in m.t.c.spiritum m.Et si corpus dereliquisti expositum,omni modæ passioni, saltim spiritũ meũ tibi cōmendo,ne amplius eum sinas pati,multa hucusque passus est,non exponas deinceps eum tormentis, quia tẽpus est, ut ad te proueniat. De corpore non curo,qa iam totum est afflictum,totum saucitatum, qm̃ factus sum tanquam uas perditum,nam dinumerauerunt oĩa ossa mea,quæ a iunctura cadunt,nō est in corpore spes vitæ,ideo spiritum meum qui iam exire vult in

Consummatur pꝑuaticinatio Iudęorum.

Psal.7.

Heb.12.

7.Verbũ ad suum spiritum. Nota totam lectionem

Iob.17.

Luc.23.

in manus tuas commendo, vt eũ recipias, queadmodũ piſcator inter pectora ſua recipit hamũ, quem prius in mare immiſerat. Iã captus eſt Leuiatã in carne mea, q̃ ſpiritui meo tanquã hamo adiuncta erat. Si ergo ut eũ caperes me in mare paſſionis ꝓieciſti, extrahe iã me, q̃a captus eſt inimicus, & recipe ſpiritũ meũ, ſicut Noe recepit colũbã ad eũ ramũ oliuę deferentẽ, Ecce ſicut oliua fructificauit ſpiritus meus, ramũ miſericordiæ uiridẽ ac perẽnẽ defero tibi in ore pro inimicis orãs, ſuſcipe quoq; ſpiritũ meũ, quia eum in manns tuas orans cõmendo, Si pater ille q̃ duos habuit filios, iuniorẽ ꝓdigũ & perditũ inter brachia recipit, quanto libentius tu recipies ſpiritium meum, qui pro redemptione mũdi corpus ſuum conſumpſit? vt alter Iacob ex Meſopotamia uenio ad te, tu lætus ſuſcipe ſpiritũ meum & eripe eum de gladio maligno, ſicut Ioſeph à carcere. Memor eſto

Pſal. 90. ꝗ de me dixeris, Eripiam eum & glorificabo eum.

Accelera ut eruas me, eſto mihi in Deum protectorem, ut ſalues me. Pſal. 30

Benedicant ſpiritum meum manus tuæ pro maledictionibus, quas patitur.

Commendo tibi eum tanquam theſaurum meum, quem in fictili uaſe ſeruari.

Deſiderauit, ac ſperauit te in nocte paſſionis, ut eum iuuares.

Emitte manum tuam de alto, & eripe ſpiritum meũ de manu filiorum alienorum.

Filius tuus nunquam deſtiti eſſe, tu nunquam deſinas eſſe pater.

Exclamatio ad patrem pro ſpiritu Chriſti.

Gaudenti tempus adeſt, quia ſpiritus meus curſum conſummauit.

Humilitas eius exaltari efflagitat de ſtercore Caluarię

Iuſtum eſt (inquit Iacob) ut prouideam domui meę, & ideo pro ſpiritu meo pater oro te.

Labores manuũ ſuarũ quia mãducabit apud te, amodo.n iam dicit ſpiritus vt requieſcat a laboribus ſuis.

Monſtra

Mõſtra te nũc eſſe patrẽ eius,q̃ iudex hactenus fuiſti
Ne patiaris eum plus pati, quia ſatis eſt paſſus.
Occurras ei apertis brachijs tuæ charitatis.
Poſt lacrymationẽ & fletum, exultationem infundis.
Quare dormis Domine, quare obliuiſceris inopiæ noſtræ,& faciem auertis?
Recordare vnici tui, qui agit in vltimis.
Spiritus anxius clamat ad te, Audi Domine, & miſerere. Baruc. 3.
Tempus eſt, vt ſpiritus meus reuertatur ad eum, qui eum miſit, ut Tobias ad patrem.
Viſita me, pater: quia viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritũ meum.
Chriſtum tuum intuere iam præ ſanguinis effuſione ſiccum & ſitibundum, cui adipem concluſerunt.
Hinnulus ſit ſuper monte Bethel, fugiens ad te fontem viuum.
Zelus tu⁹ ſubueniat ei. Hęc dicẽs obediẽs vſq; ad mortẽ inclinato capite verſus matrẽ, vt ei vltimũ vale faceret, & corpus cõmẽdaret, tradidit ſpiritũ ĩ manus patris.

Finitã vidiſtis Chriſti paſſionẽ, ſed nõ eius cõpaſſionẽ, quia in illis ſeptẽ verbis ẽt hodiernis peccatoribus cõpatitur, nã pater ignoſce illis, fuit contra inuidiam, odiumq;, cui opponitur amor Chriſti Secundũ eſt contra auaritiã, quo latroni dat paradiſum, nec iã furetur. Tertium.ſ. mulier ecce filius tuus eſt contra ſuperbiam ad matris ſubiectionẽ, & obedientiã in parentes. Quartum.ſ. vt quid &c. eſt contra accidiã, quia in tot periculis exercet eum pater, vt probetur. Quintum.ſ. ſitio eſt contra gulam. Sextum.ſ. cõſummatum eſt, nouimus eſſe contra iram, quæ præ indignatione nihil cõſumat, vt patet in Naaman indignato & nolẽte in Iordane lauari. Septimum ſcilicet pater in manus tuas &c. eſt contra luxuriam quæ carnis ſunt agentem, & quærẽtem. Ergo in ſeptem verbis compaſſus eſt ſeptem generibus hominum peccatorum pro quibus patiebatur &c. Secunda pars breuis.

Aliud

Aliud argumentum super totum Euangelium.

Vide Sc. in 4.d. 49 q. 13.

DVo peregrini discipuli Iesu dicũt ei apparenti effigie peregrini thema, ipse autem voluit eos magis peregrinos ostendere, nã recesserãt ab Hierusalem, id est, ab vnitate aliorum, & ibant in Emauntem qui interpretatur populus abiectus, & est conuenticulus hæreticorum, vnde eos in fide dubitantes arguens voluit Christus conuincere dicens velut a tergo. Qui sunt hi sermones vsq; tristes. Respondent, quòd ratio tristitiæ erat eis damnatio Iesu potentis opere & sermone. Ipse autem volens eos in fide operis & sermonis suis stabilire, & a cæteris purgare ait. O stulti usque prophetæ. Et de priori ait. Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? quasi dicat potens fuit opere passionis vt per eam intraret gloriã resurrectionis. Vt autem posteriorem potentiam ostenderet, incipiens a Moyse interpretabatur omnia, vsque dum cor eorum arderet, sed adhuc tardi corde, eum inuitant, & per misericordiæ opera omnino merentur illuminari ad integram fidem, & Iesus cognitus disparuit. Ipsi autem quasi emendantes errorem ad Hierusalem reuertuntur, vbi sub Petro reperiunt cæteros dicẽtes. Surrexit Dominus vere & apparuit Simoni. Veritas fidei Petro datur. Sed quia Christus apparuit in effigie peregrini, vt suæ mortis rationem adsignet, ego sub eodem typo eiusdem mortis in toto sermone ostendam rationem, vsque dum perueniam in gloriam resurrectionis suæ.

In Lutheristas.

Feriæ

Feriæ secundæ resurrectionis domini peregrini Iesu,

Sermo sexagesimustertius.

THEMA.

Tu solus peregrinus es in Hierusalem. Luc. 24.

Inuocatio ad virginem.

Nouus peregrinus ad partes nostras applicuit filius Dei ex alio seculo veniens, hactenus enim, vt ait scriptura, nõ est agnitus qui sit reuersus ab inferis proprijs expensis. Tñ Dei filius nouã peregrinationem aperuit, vt merito dicatur primitiæ dormientium, qui viam nouam incepit, quapropter merito dicitur ei: Tu solus peregrinus es in Hierusalem. Sed veniens Dominus de tam inconsueta & noua peregrinatione, quo putatis eum prius dirigere gressus suos? quod sanctuarium visere prius? quam ecclesiam citius adire? certe sanctam Mariam de gratia, vt ei nomen maternum restituat iuxta resurrectionem, quod abstulit iuxta crucẽ nam vt ait Scotus moriente Christo, Maria desijt esse mater Dei propterea quòd Deus desijt esse homo, tamen in resurrectione vtrumque reuixit. Super dolorem ergo Mariæ addidit Christus, dum ei moriens negat nomen matris, & nunc super gaudium resurrectionis addere vult consuetum ac dulce nomen. Et priusquàm alijs apparuerit, voluit hanc restitutionẽ facere iustus Dominus, sicut prius Mariam quàm alios in prima peregrinatione visitauit. Namque filius Dei peregrinus, & colonus extitit apud nos venies à cœlo peregrinatione prima, quando pater ei dixit: Fratres tuos visitabis, si recte agatur erga eos & pecora. Hanc peregrinationem non fecit filius Dei quin prius sanctam Mariam de gratia

Sapi. 2.

Maria priũs uisitatur.

tia visitaue it ī secreto solo angelo teste. Prius ergo quā filius Dei oriens ex alto, nos visitaret, visitauit Mariam, quia priusquam sanctus puer Ioseph visitaret fratres, venit ad vallem Hebron, quæ Mariam significat. Et sic in ista peregrinatione oriens ex profundo, eam prius visitare dignatus est, vt eam educeret a limbo dolorum, eamq; peregrinam facere ab angustiis, ac lætabundam redderet, quam tantum contristauit in cruce. Nunc autem eam dicere fecit, Ego autem in domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo. Suum vocat, quem amiserat in cruce, sed iam cum septenis eum recuperat, tam alacriter, vt vocet animas amicas suas, vt eis partem gratiæ tribuat, quam vt assequi pro præsenti sermone valeamus ei offeramus, Aue.

Argumentum dicendorum.

Heb. 13. 2. Cor. 5. Christus semp aliqualiter est peregrinus.

QVæramus a Cleopha, an sit propriæ locutus de magistro suo Iesu, in verbis thematis eum peregrinū & solū vocans. Nam etiam omnes nos dū sumus in corpore peregrinamur a Domino, vt ait Pau. Cum ergo non habemus hic manentem ciuitatem, sed aliam inquirimus recte peregrini sumus, & more peregrinorum viuunt qui se abstinent a carnalibus desideriis, deuote percurrentes ad sanctuarium Dei. Sed aduerte ꝙ Christus Dominus etiam a cunabulis peregrinus fuit, nam peregre constituta peperit eum mater sua, non in propria ciuitate Nazaret, sed in Betheleem. Et hoc mirum fuit in Christo, quòd & si peregrinus fuit, tamē in Hierusalem in uisione gloriæ. Quia ergo simul fuit viator, & comprehensor, solus dicitur talis peregrinus, nec est inuentus similis illi: Solus sine societate peccati, segregatus a peccatoribus & malis inclinationibus & ab homine iniquo sensuali, qui dicitur inimicus homo seminator zizaniæ in medio tritici, id est, in nostris operib. bonis. Nos ergo soli nō sumus, nā de vnoquoq; nostro dicit. Inimici hoīs domestici eius, id

est,

eſt, carnales ſenſus & pronitates malorum, quibus caret Chriſtus, qui ēt poſt reſurrectionem pōt dici ſingulariter peregrinus, quanuis iam ex toto ſit in Hieruſalem uſq; ad ſenſus corporis in beatitudine conſtitutus & nulla ex parte uiator, ꝗ aliquo modo ſit peregrinus patet ſic. Dum rex eſſet in eremo ēt ſuo, quãuis omni uoluptate frueretur, poteſt dici peregrinus ibi, quãuis eſſet in termino ſuo, propterea ꝗ non erat in aula ſibi debita. Id ergo quia Chriſto deerat illa dextera maieſtatis in excelſis, donec ſedeat ibi, peregrinus dici ualet. Et ēt nunc in cœlo eſt quodãmodo peregrinus, non ſolum, ꝗ carnem noſtram quaſi ad peregrina duxit, dũ eam in cœlo collocauit, ſed quia in mundo habet aliquod negotium peragēdum, & ſpiritualiter ad nos peregrinatur dicens Vado & uenio ad uos dum tamē pacem habueritis, quia Hieruſalem, non Babylonem uiſitat. Recte igitur ait thema: Tu ſolus peregrinus es in Hieruſalē. Diuiditur ſermo in peregrinatione ad Hieruſalem terreſtrem, & ad crucem, ad inferos, ad ſanctum ſepulchrum, & ſanctam Mariam gratiæ. Diuiſio.

Ex euangelio ſcitis fratres chariſſimi, quòd facies Domini Ieſu erant tanquam eũtis in Hieruſalem, quia nil magis præ oculis habuit, quàm ire in Hieruſalem, cuius uotum indiſpenſabile eſt. Nam & ſi ter patrem oraret, ne iret illuc ſexta feria, non eſt ſecum diſpenſatum, quoniam filius hominis uadit ſicut ſcriptum eſt de eo in Pſalm. 131. ubi dicitur: Sicut iurauit domino, uotum &c. Ecce uotum & iuramentum huius peregrinationis pœnoſæ, à paradiſo in Hieruſalem. Difficilis ualde fuit Chriſto peregrinatio in Hieruſalē. Sed quæramus a peregrino quid uidendum erat in Hieruſalē, quid tanto labore dignum? aut templum Salomonis, aut ſancta ſanctorum, uel arca fœderis Domini, ſiue manna, uel tabulę, aut uirga quæ floruit. Nihil horum attulit noſtrum peregrinum in Hieruſalem. Nam ex quo uelum templi ſciſſum eſt, proiecta fuerunt om- Pars. I. Cur uadit ĩ Hieruſalem.

illa, euanuerunt tanquam umbra. Est aliud in Hierusalem pretiosius & melius, quod allexit filium Dei, ut ueniret peregrinus in Hierusalē. Vbi est sancta uera crux in omnibus prædictis figurata. Hæc est templum Salomonis, ubi moratur ipse Deus hæc est sancta sanctorū martyrum & omnium iustorum, hæc est arca sanguinis Christi, in qua & manna misericordię quilibet inuenit, & est tabula sapientiæ Dei, ubi Pau. legebat. Et uirga quæ iam floruit habens in se Nazarenum, idest, floridum Christū, qui ait: Hāc amaui, & exquisiui à iuuētute mea, & amator factus sum formæ illius. Cur Domine ad hanc uenire uoluisti, quæ tantum distabat à te? tam longe abiisti nouissimus uirorum Domine, ꝙ non poteras fingere te longius ire, maxime quando inclinata iam die passionis, tenebræ factæ sunt super totam terram. Cur ergo tam longam peregrinationē uouisti? nonne tu dixeras: Hierusalem. H. q. p, & l. eos. q. ad. t. m. s. attendite fratres deuotionem & pietatē nostri peregrini, attendite. Quando pater moritur, non cōpleta pœnitentia, solet filius deuotior pro eo peregrinari, & pœnitentiam agere. Et sic filius Dei sciens patrem Adam mortuum non completa pœnitentia, dignū duxit pro eo peregrinari, ut eū educeret delicto suo & posteritatem eius. Quapropter ad crucem usque peregrinus deuenit supplex & humilis, ubi non parua obtulit dona pro anima patris sui sed tanta ut omnibus sufficiant ad salutem. Scitis Christum ad crucem & in ea uitam & sanguinē, animam & corpus, & omnia quæ habuit obtulisse, non autem uos pigeat horum figuram audire, quoniam, ut in pręsenti euang. dicitur, oportuit Christum pati, propter quod in lib. Gen. dicitur, quod cum Dominus uellet dare terram promissionis Abrahæ dixit ei: Scito prænoscens quòd peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, ueruntamen gētem cui seruituti sunt, ego iudicabo, & postea egredientur cum magna substantia. Tunc obtulit Abraham sacrifi-

Vide Sco. in 4. d. 15. q. 1. & in 5. d. 20.

Gen. 15.

crificium solenne uidelicet uaccam triennem, & caprã trimam, & arietem annorum trium turturem quoque & columbam. Qui tollens uniuersa hæc, diuisit ea per medium, & utrasque partes cõtra se altrinsecus posuit. Aues autem non diuisit. Cumque sol occumberet sopor irruit super Abraham, & horror magnus & tenebrosus inuasit eum. Hæc ibi ubi nota quòd pater Abraham fecit, quæ facturus erat Christus filius eius, de quo reuelatum est ei: Scito prænoscens quòd peregrinum futurum sit semen tuum, quod secundum Apost. est Christus futurus peregrinus in terra nõ sua de qua ille dixit: Regnum.m.n.e.d.h.m. Gens iudicãda & punienda est, de qua dicitur in euang. Tradiderunt.e.s.s.& p.n.in d.m. Huic genti seruiuit Christus in doctrina & curatione atque dæmonum expulsione, qui in ascẽsione, cum suis egressurus est ab Hierusalem cum magna substantia reuersurus a peregrinatione sua. Interea tamen multa passus est. Nec mirum quia peregrino illuditur quãuis sit nobilis, si in habitu & ueste peregrina reperiatur. Nec Dei filius ad crucem deuenire potuit, nisi in ueste magis peregrina quam unquã fuit. Aliter enim si. D.g.c.n.u.c. Et ut aduertas in quam peregrina ueste uenit ad crucem filius Dei nota, ꝙ ubi nos habemus in Psal. Propter uerba labiorum tuorum custodiui uias duras, translatio Hiero. habet, custodiui uias latronum. Veste ergo & uia latronis uenit Iesus ad crucem, ubi inter iniquos latrones reputatur. Nec mirum quòd tali ueste ueniat, quia pater Adam pro quo Christus peregrinatur latro fuit, & furatus est fructũ arboris, quem cum septenis uult filius eius Christus arbori crucis restituere, sciens quòd non dimittitur peccatũ, nisi restituatur ablatum. Sed nunc aduerte prius oblationem animalium & auium, quã obtulit Iesus cruci. Nam primo intulit uaccam triennem, id est, carnẽ suã aptam sacrificio. Quæ dicitur triennis quia descendit à regibus, & sacerdotibus & patriarchis. Obtulit etiã ca-

Habitus latronis tegitur Christus.

Oblatio peregrini.

pram trimam pretiosiorem quæ fuit anima eius trina in potentiis. Obtulit insuper arietem annorum trium, hoc est deitatem uerbi. quę etiam est trina in personis. Nec mirum quòd ipsa deitas signetur in ariete, quia est dux gregis, & uerbi diuinitas creaturas antecellit. Hæc tria, quæ diximus non absque magno mysterio dicūtur in sacrificio diuisa, quoniã & si caro Christi habuit passionem, diuidere oportet ab ea corruptionem, ut eam non uideat, & si anima eius habuit pœnã peccati non tamen ipsum peccatum, sed longe fuit ab ea. Et si uerbum Dei crucifixum est, remoue ab eo dolorem. Vnde necesse est ista diuidere, ea forma qua diximus Aues autem nunquam diuisit, quanuis eas associauit sacrificio crucis, ubi habuit, teste Richardo, in turture contēplationem omnium malorum, in columba æternorum bonorum. Turtur.n. solitudinem diligit, & solivagus incedit, & in hoc formam timoris gerit, qui semper diuerticulum quærit. Columba gregatim uolat, & ex eo formã dilectionis ostentat, quæ corda semper cōciliat, & in unam pacis concordiam ligat, Hęc ille, ubi nota quod Christus in cruce simul habuit notitiã pœnarum, ex quibus suos liberabat, de quibus dixit: Dimitte illis, q.n q.f. & etiam æternorum, de quibus etiã intulit: Hodie mecum eris in paradiso. Dum hæc ergo fierent sol occubuit, quia dum noster peregrinus offerebat sacrificium suũ tenebræ factæ sunt super uniuersam terrã, & horror magnus & tenebrosus inuasit eũ, quãdo eius oculi fracti sunt naturaliter, ut cæteris morientibus euenit. Denique sopor mortis irruit super eũ quando inclinato capite emisit spiritum, sciens, ut ait in pręsenti euang. quòd oportuit Christum pati, peregit ergo oblationem suam quando dixit: Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Sed qua offerenti dici solet, centuplum accipies, & uitam æternã possidebis, aduerte quòd propterea dum prædictum sacrificium offerret Patriarcha terra promissionis data est

Mors Christi sopor est.

ei,

ei, Christus autem quanuis paradisum promisit ex cruce, quæ terra maxime promissionis dici potest tamē in limbum mittitur, ut ibi accipiat centuplum, & uitam æternam in corpore suo mystico. Si prius fratres mei diceremus, quàm ditissima remansit crux ex Christi oblatione tempus non suppeteret. Nā ibi multum plenarias indulgentias dimisit adorantibus in loco ubi steterunt pedes eius. Dum.n. Papa peregrinatur indulgētias dimittere solet. Christus autem summus pontifex peramplius & perfectius thesaurum infinitum cruci dereliquit, totum quod habuit. Sic.n. decebat, quia peregrinus est magnificus, non parua dona offert. In huius oblationis signū Christiani die ueneris sancta cruci offerunt dona sua, ex quibus centuplum accipiunt. Si autem inscriptionem tituli crucis inspicias, non decreto Pilati, sed Dei, suspicaberis diuitias crucis. Literis Hebraicis, Græcis & Latinis scribitur titulus, quatenus uelut in titulo libri incipias scire, quę intus latent, quamuis parum legas. Ex sola differentia literarū quibus titulus scribitur non parua notitia crucis elicitur, nam in Græcis uiget sapientia, in Hebræis sanctitas, in Latinis imperium, quæ omnia noster peregrinus attulit cruci, ubi Paulus inuenit sapientiam, & omnes confessores sanctitatem, & Apostoli imperiū, quapropter frontes imperatorum ornat. Græcosque & Hebræos atque Latinos ad se trahet, quando conuersa fuerit ad se multitudo maris, fortitudo gentiū uenerit sibi. Quæ noster peregrinus in limbo accepit, omnia ad corpus mysticum expectāt, & ideo non abs re quærunt aliqui, an sibimet aliquid ex ista peregrinatione lucratus sit cum dignus sit operarius mercede sua. Dignum. n. est ut post tantum laborem prouideat domui suæ, sibiq; lucretur aliquam indulgentiam. Hic nota quòd aliqui dicunt, quòd nil sibi meruit, sed totum meruit nobis, nam ille ab instanti suę conceptionis habuit summam dispositionem ad omnia dona possibilia. Hæc di-

Crucis opes in titulo eius leges.

Quid sibi acquisiuit Christus. Vide Sco. in 3. d. 18.

ſpoſitio fuit unio hypoſtatica, qua quod maius omnibus eſt, dedit ei pater, Data igitur homini Chriſto perſona uerbi ex tunc, nil amplius ſibi acquirere potuit, nec accidentaliter, quoniam ad primum cuncta ſequũtur, remoto impediente miraculo, quo in anima Chriſti detinebatur omnis gloria eius: ergo omnia habuit ex tunc & ſi non actualiter, diſpoſitiue tamen. Igitur ꝓpter nos tantum ueniet ad crucem, cui nos cum patre Adam damnati eramus, uelut Aman cum omnibus filiis ſuis, ut nos omnes eriperet a maledictione illa qua dicitur: Maledictus homo qui pependit in ligno, ut obtineret illam beuedictonem qua profertur: Benedictũ lignum per quod fit iuſtitia, quia Chriſti peregrinatio reputata eſt nobis ad iuſtitiam. In hac ergo Chriſti tã dura peregrinatione aduerte cũ Beato Thoma, quòd dominus Ieſus quãdo patiebatur quaſi oblitus erat ſuimet, & memor ſꝑ infinitorũ debitorũ noſtrorũ, & ideo tantum paſſus eſt quòd ſuimet eſſet oblitus: patet, ꝗa dum offerret ſacrificium ueſpertinum in cruce dixit patri: Vt quid dereliquiſti me? ac ſi ipſe ſe non prius dereliquiſſet in manus peccatorũ. Nã una eſt derelictio patris & filii & ſpiritus ſancti, quoniam operá trinitatis à dextra ſunt indiuiſa. Se ergo dereliquit, ut ſumeret nos ad ſe. A ſeipſo factus eſt peregrinus, ut ad nos uſque in time deueniret, & cor noſtrum ardẽs eſſet amore ſuo. Ecce igitur quomodo Chriſtus erat fere ſuę unionis & dignitatis oblitus, & propterea quamuis ab inſtanti cõceptionis meruerit nobis omnia, iam de nouo multa ſibi alio modo meruit in cruce, ubi uidetur pater dixiſſe: Hic Ieſus Nazarenus, quamuis nõ eſſet filius meus, obtineret a me quicquid peteret, & omnia poſſibilia ꝓpter humilem laborem ſuũ in peregrinatione hac. Igitur multa Chriſtus ſibi lucratus eſt in cruce, quoniam Apoſt. dicit: Humiliauit ſemetipſum dñs noſter Ieſus Chriſtus &c. uſq. propter quod Deus exaltauit illũ &c. uſque in gloria eſt Dei patris. Obtinuit inſuper quòd

mors

mors illi ultra non dominetur, nec amplius labor aut dolor ei possit aduenire, nec animæ suę aliqua tristitia. Ne putes inglorium Christum ante crucem aduerte ꝙ prius gloriā in eū intrarat, omnis enim gloria eius ab intus, etiam ex incarnatione, tamen quo ad innotescē-tiam intrasse dicitur per crucem in gloriam quę antea erat sua, quam per crucem partitus est nobis, sibi est data per meram gratiā, nobis autem eam meruit per crucem, quia cum diues esset, pro nobis egenus factus est, ut eius inopia ditaremur. Denique in cruce data est sibi omnis potestas in cœlo & in terra, quia utrunq; monuit ex ipsa cruce. Tamen hoc sciat Christianissimus quisque quòd Christus in cruce sibi lucratus est gloriam accidentalem, nobis autem & gloriam essentialem, magis nobis quā sibi, & ideo de suo corpore mystico dictum est ei, Centuplum accipies, & uitam æternam possidebis. Pro quo acquirendo descendit ex cruce ad limbum, uelut ad insulas remotas, ut se ditaret, solēt enim magnati peregrinari ad Indos, ut remoti ora uisitent, & sibi thesauros acquirant. Si filius Dei ex peregrinatione crucis, ad limbum deuenit, ubi erant animarum diuitiæ de quibus dicitur, Da mihi animas, cętera tolle tibi. Christi ergo peregrinatio ad inferos mirabilis fuit etiam dæmonibus, amabilis tamen sanctis patribus, atque diu desiderata, uelut annos integri iubilei. Iuit ergo ad peregrinationem istam, ut eis daret fructum peregrinationis primæ, & inpartiretur eis meritum suum pariter & ob tale meritum eis premium daret. Cuius peregrinatio figuratur in illa, quam fecit angelus descendens ad fornacem Babylonis, quam impii regis satellites multū, succenderant, ubi & erant tres pueri serui Dei excelsi, ac sāctissimi uiri missi in fornacem. Angelus autem descendens fecit in medio fornacis quasi uentum roris flantem, & soluit pueros, ac in Dei laudem accendit. Ita ut illæsi ambulantes canere non cessarent, ac cæteros allicerent, ut solum Deum

Oportuit Christum pati, ut per meritū intret gloriam, quam sine meritis habuit.

Peregrinatio ad inferos.

Dan. 3.

suum adorarent, qui eos eripuit, Iã ergo angelus magni consilii est anima Christi, quæ isto nomine uocatur, quoniam actus ierachicos ibat exercere in sanctos Patriarchas, ut decentius possint uidere uerbum Dei sibi unitum. De hoc angelo dictum est Species quarti similis filio Dei. Anima Christi non ita est filia Dei, sed totus Christus, tamẽ quia pars erat filii Dei, ideo dicitur similis filio Dei. Nec solũ ob hoc, sed quia erat speculum sine macula, in quod uerbũ Dei translatũ erat & illa eo imbuta, eiq; unita hypostatice. Iam ergo tres illi pueri, tres sanctorum patrũ status significant in nominibus & personis. Ibi. n. fornace limbi, quod est super fornacem inferni, erat status sanctorũ patrum illæsus, qui dum lex naturę sola manebat, uixerunt, quorũ primus erat sanctus Abel. Ibi & erat status legis datæ, quorũ primus erat Abraham, Ibi etiã erat status legis euangelicę, quorũ primus pater erat Ioannes Baptista. Qui quantum gauisi fuerint, lingua narrare nõ potest. Nam quid sentiret Abel, uidens illum cuius ipse personaliter figuram tenuit occisus a fratre, sicut Christus a populo Iudæorum? & quid sentiret pater fidei nostrę Abraham, qui filiũ immolare disposuit expectãs quod suscitaret eũ Deus, qui nunc est primitiæ dormientiũ, ito suscitandus à Deo patre suo? nam Christus est uerus filius Abrahæ. Quid sentiret Baptista ille uidens agnum Dei, quia iam tollebat peccata mundi? igitur ad fornacem inferni descendit Christus, & fecit in limbo quasi uentum roris flantem Ros fruitio uerbi est, & uẽtus commotionem denotat ex illo loco, quia flante spiritu Domini educti sunt. Et ille sonus uehemens, qui uenit super Apostolos prius uenit super patres limbi. Fecit ergo quasi uentum roris flãtem, ut ros fruitionis eos refrigeret in ęternũ. Et uentus auster eos eleuet sicut aues uolantes. Et sicut pueri educti a fornace Deũ se liberantẽ cæteros adorare fecerunt, sic sancti patres apparuerunt multis testimoniũ reddẽtes Christo, quia

Limbo igneo patres sunt incõbusti.

Zach. 9.

uenerunt

uenerunt a limbo in sanctam ciuitatē, à Christo in testes electi, cui per prophetā dicitur, Tu quoque in sanguine testamenti eduxisti uinctos de lacu. u. n. e. a. Ex limbo alia peregrinationē fecit Christus, reuertens in Hierusalē ad sanctū sepulchrū. Dimiserat enim ibi reliquiam optimā nullo modo obliuioni tradendam, quia erat corpus suū aptandū sibi Reliquia certe sua, quam ibi reliquerat cito assumenda, & in cœlestē Hierusalē collocanda. Venerunt ergo & sancti patres cū eo ad talem stationē, ut uiderent pariter sepulchrū eius gloriosum, quod sic dicitur, propterea ꝙ in eo anima se corpori incorrupto uniuit, & exinde totus Christus gloriosus exiuit plenus gloria cōferenda animabus & corporibus beatorū. Tunc refulsit sol in clypeos aureos, quādo corpus Christi, quod fuerat in nubilo passionis, sanctis patribus apparuit, iam repetiata dotibus gloriæ ueste peregrini, taliter ut in scissuris quas in uia longa susceperat, gloriorsior appareat, quatenus tātę peregrinationis iugis etiā in cœlo maneat memoria. Quam fecit propter nos homines & ꝓpter nostrā salutē & gloriā, Reuersio Christi ex peregrinatione limbi signatur in peregrino Iacob ex Mesopotamia reuertente ad propria, quia ait, In baculo meo transiui Iordanē istum, & nunc cū duabns turmis regredior, & turma alia tertia quā separauit fratri Esau sibi conciliando. Mesopotamia interpretatur redemptio, ex qua Christus reuertitur dum ab inferis rediit, ubi ad literā uisitauit, & fecit redemptionē plebis suæ. Item Mesopotamia est regio duobus fluuiis circundata, & limbus circundatus est inferno ex parte inferiori, & purgatorio ex parte superiori. Ex hac ergo regione peregrinus Iacob reuertitur tribus turmis gregum diues, quę idē significāt quod tres pueri de quibus superius locuti sumus. Dum autē iste peregrinus de baculo suo loquitur, uidetur ei gratias agere. Baculus Christi eius constantia fuit necessaria peregrino, qua pertingit ad terminum præfixū sibi. De

Iordane

Peregrinatio ad sanctum sepulchrum.

Vestes peregrini iam fulgent ab intus.

Cōstātia est baculus.

Iordane solummodo fecit mentionem, qui interpretatur fluuius iudicii, & est illud iudicium de quo ipse Iesus sanguinem fluens dixit: Si in uiridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? tunc in aquis amaris dolorum complebat peregrinationem suam Iesus, eius etiam in mari fuit uia. Remeauit igitur à limbo post quam acceperat centuplum & uitam æternam in suis, & uenit ad sepulchrum, ex quo aliam fecit peregrinationem non multo longe. Nam exinde iuit cum reliquia illa & centuplum ad beatam Mariam, quamuis hoc non dicatur in euangelio, sicut nec in Genesi dicitur quomodo Iacob reuersus est ad matrem suam, ex peregrinatione quam diximus. Tamen dicitur quomodo reuersus est ad patrem suum, de matre autem quæ eum pelliculis protexit, nulla fit mentio, nisi de patre ubi dicitur: Venit etiam ad Isaac patrem suum in Mambre ciuitatem Arbeæ, hæc est Hebron. Nunc autem non oportet narrare quomodo Iesus regressus unde uenerat, ad patrem redit, qui nunc dicitur uere Isaac, id est risus, quia ridens & alacer filium ex peregrinatione hac suscepturus est. De matre autem quid, fratres, dicam? Nunquid egressa est Maria obuiam filio redeunti? nunquid mens eius erat secum? si uiribus carens corporaliter non est egressa, spiritualiter saltim eam credo festinanter occurrisse peregrino tam desideratissimo: quapropter optime figuratur in illa de qua dicitur: Anna autem sedebat secus uiam quotidie in supercilio montis, unde respicere poterat de longinquo, & dum ex eodem loco specularetur aduētum eius, uidit a longe, & illico cognouit uenietem filium suum. Nunc Maria recte figuratur in Anna quæ interpretatur misericors, ut prestet misericordiā peregrino, uel in suo corpore mystico, nam priorem misericordiam posteriori superauit Maria, quia ultra misericordiam præstitam filio uteri sui, omnibus qui eius erāt exhibuit piissimā clientelam, ac si eos peperisset, & pro eorum consolatione

[Margin: Peregrinatio ad matrem. — Gen. 35. — Tob. 11. — Maria exito buiā peregrino asserē si sibi nomen maternum.]

tione

tione aduentum huius peregrini anxius optabat. Hęc ergo misericos domina sedebat secus uiam, scilicet resurrectionis per ampliorem fidem, quæ fuit secus uiã passionis stans iuxta crucem. In supercilio montis dicitur cõsedisse per altam contemplationem huius mysterii, quod a longe respicit antequam fiat. Et illico cognouit uenïẽtem filium. Ne uobis fratres uideatur nouum aut minus consentaneum, quod Maria illico filium suum a limbo egredientem uiderit, quoniam nimis penetrat oculus tanti amoris, qui scrutatur etiam profunda Dei. Ascendamus & nos cum beata Maria in supercilium montis sacræ scripturæ, ut resurrectionem Christi speculemur fratres, nam hodie secundus Adam euigilat a sommo mortis immisso sibi. Hodie arca quę est anima Christi ponitur in plaustro nouo corporis gloriosi. Hodie Isaac reddit ad suos uiuus, sacrificato ariete carnis, quam Deus suscitauit. Hodie renouatur ut aquilæ iuuentus Christi, quæ in mare passionis ceciderat. Hodie phœnix ex suis cineribus suscitatur. Hodie columba siue columbinus Iesus siccato diluuio passionis ramo oliuę in ore deferens pacem, redit ad arcã cęnaculi coruo Iuda suffocato siue detento in cadauere mortis & sanguinis iusti. Leunculus de tribu Iuda rugitu patris qui fuit terræ tremor suscitatur. Nunc Dauid superatis persecutionibus regnat in pace data suis. Hodie Daniel, de lacu leonũ limbo uidelicet egreditur, uictis accusatoribus suis. Hodie Helias qui est pater æternus suscitat filium uiduæ filium Mariæ, ut eam lætificet. Hodie Ionas exit de uentre ceti incolumis. Hodie Hieremias cum pannis ueteribus educitur de puteo, quia cum sanctis patribus Christus exit de lacu sicco. Hodie Ioseph de carcere liberatur ueste mortalitatis mutata, & passionibus tõsus est coram rege Deo. Nũc ab aquis lacrymarũ liberatur uerus Moyses. Hodie Noe a somno euigilat iam coopertus a nuditate sua & gloria decoratus Pellicanus nunc sangui-

Secus uiã, id est sec. fidem.

Figuræ resurrectionis.

ne proprio filios suscitauit, repullulat arbor uitæ & uiride lignum. Hodie quoque Sampson portas ciuatatis limbi attulit. Et Saul descendit ut liberaret uiros Iabes, templum corporis sui reparat Iesus, quod Iudæi destruxerant. Et rubus carnis apparet incombusta, refloruit caro Christi quæ est uirga Aaron. Denique hodie requieuit Deus ab omni opere suo quod patrarat in passione, quoniam iam uenit ad resurrectionem, quam ipse Iesus nobis tribuat. Amen. Quære in trilogio nostro literalem, & mysticum sensum. Hodie arcana secretorum oportet rimari, ex eo quod in resurrectione Christi scripturę implentur, nam hodie Adam Christus excitatur a sopore mortis, quem Deus immisit ei, ut ab eius latene Eua, id est ecclesia educeretur.

Baculo meo (in quit Christus, uerus Iacob reuersus a Mesopotami) transiuit Iordanem istum scilicet iudicium mortis, quod baculo crucis transuadaui, ut reuerteret cum magna substantia.

2.Reg.23 Cisternam siccam inuasit uerus Banaias in diebus niuis frigidæ charitatis, ut leonem uinceret luciferum ligno solummodo.

Daniel egreditur liber cum magna gloria ex lacu leonum, quo proiectus fuerat.

Euomit grandis piscis uiuum nostrum Ionam, ut prædicet 40. diebus usque ad ascensionem.

Filium mulieris suscitat Helias, qui figuram tenet patris æterni filium. Mariæ suscitantis.

Gaudent pater & mater ac tota domus Tobiæ, quia reuersus est uiuus & a pisce deuorante liber.

4.Reg.13 Hælisæus contactu suo mortuum suscitat mortuus, quia Christus obiens alios suscitauit sibi adhærentes.

Ioseph educitur a carcere crucis, tonsusq; in resurrectione regi Deo præsentat postquam socios carceris scilicet latrones destinauit alterum auibus inferni, alterum uero mensæ paradisi.

Leonis catulu suscitatur, patris rugitu, id est terræ

motu

motu lætitiæ, qua terra tremuit, & quieuit, dum resurgeret Deus.

Moysen accepit hodie ex fluuio passionis (cui eum mater synagoga exposuerat) filia Pharaonis. quæ est gentium ecclesia.

Noe manum extēdit, ut columbam apprehendat reuersam a diluuio, quia pater æternus maiestatem ostēdit, ut filium redeuntem a passione recipiat.

Oliua Christus, quæ præscissa fuerat, iam iterum pullulat, & rami eius idest Apostoli uirescunt, nòsque inuitamur, ut inserti in bonam oliuam gaudeamus.

Plaustro nouo insedit hodie arca Dei, quoniam anima Christi, renouato corpore ducitur in templum ecclesię, eique assistunt patrum sanctorum chori.

Querelæ sanctorum patrū hodie cessant, qui uti uiros labes in arcto positos reperit uerus Saul, qui eos eripuit, ad eos descendens.

Rex Dauid post multas persecutiones regnum obtinuit, & renouatur ut aquilæ iuuentus Christi, & rubus carnis eius ostenditur incombusta.

Sampson egreditur liber, & ianuas ciuitatis duxit in montem resurrectionis id est plagas suas, quibus cœlum intramus.

Tabernaculū Dauid quod cecidit, suscitatur. Et templum Christi Iudaica prauitate solutum, iam reædificatur.

Virga Aaron scilicet caro Christi, quæ sicca fuerat in cruce, iam floruit, cuius fructus sunt sancti patres.

Christus ungit hodie immortalitate uulnera sua, quia non eget unguentis fœminarum.

Isaac peracto sacrificio, quo moriturus erat, iā uiuus post tres dies redit ad suos.

F I N I S.

REGISTRVM,

* ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm
Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz

Aaa Bbb Ccc.

Omnes ſunt quaterniones.

VENETIIS,

Apud Ioannem Antonium Bertanum.

M D LXXXIII.

12

13

n: ab Ossuna sup Euág: Qda

19


calibrite
colorchecker CLASSIC
mm